




# **Vandaliae & Saxoniae Alberti Cranzij continuatio. : Ab anno Christi 1500 vbi ille desijt:**

<https://hdl.handle.net/1874/427272>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


Hist      Gentium  
Fol.      468.



109

mandatio  
saxonia







Vos autē dicitur amicos. quia omnia  
 querūq; audiuī a patre meo.  
 nota feci uobis. Non uos me ele  
 gistis. sed ego elegi uos. & posui  
 uos ut caris. & fructū afferatis  
 & fructus uī maneat. **V**t dicitur  
 peccatis patre in nomine meo  
 det uobis. **H**ec mando uobis. ut  
 diligatis unuē. Si mundus uos  
 odit. scitote quia me priorē uobis  
 odio habuit. Si de mundo fuisse  
 tū. mundus qd suū erat diligere.  
 Quia uero de mundo n̄ estis. sed  
 ego elegi uos de mundo. p̄p̄ta  
 odit uos mundus. **M**emento  
 sermōis mei. quē ego dixi uobis.  
 n̄ est sermō maior dño suo. **S**ime  
 p̄secuti sum. & uos p̄sequentur.

locutus sū uobis. ut cū uenerit  
 hora eorū. remuneramini quia  
 ego dixi uobis. **H**aec autē uobis  
 ab initio n̄ dixi. quia uobiscū erā.  
 At nunc uado ad eū qui me mi  
 sit. & nemo ex uobis interrogat  
 me quo uadis. Sed quia hec locu  
 tus sum uobis. tristitia impleuit  
 cor ur̄m. Sed ego ueritate dico  
 uobis. exp̄dit uobis ut ego uadā.  
 Si enim n̄ abiero. paracletus n̄  
 ueniet ad uos. Si autē abiero. mit  
 tam eū ad uos. Et cū uenerit. ille  
 arguet mundū de peccato & de  
 iusticia & de iudicio. De peccato  
 quidem. quia n̄ credunt in me.  
 De iusticia uero. quia ad patre  
 uado. & iā non uidebitis me.







11<sup>o</sup> 224. R.

---

N. 109. A.

danis. lã non multa loquar. uo

meo! hoc factã. **S** i diligitur me!

VANDALIÆ  
&  
SAXONIA  
ALBERTI CRANZII  
CONTINVATIO.

Ab anno Christi 1500. vbi ille desit:

PER  
STVDIOSVM QVENDAM HISTO-  
RIARVM INSTITVTA.

*Accessit*  
METROPOLIS SEV EPISCOPORVM IN  
Viginti Dicecesibus Saxonix, Catalogus, vsq; ad præsen-  
tem annum 1585. deducta.

*Cum Præfatione* *Et Tomæ Buidelii*  
DAVIDIS CHYTRÆI & INDICE.



VVITTEBERGÆ

Typis hæredum Iohannis Cratonis Anno M. D. LXXXVI.



VANDALIA

&

SAXONIA

ALBERTI CRANZII

CONTINUATIO.

Ab anno Christi 1500, ubi ille desit:

P E R

STVDIOSVM QVONDAM HISTO-

RIARVM INSTITUTE

AVCTORE

METROPOLIS SEV EPISCOPORVM IN

Regni Ducatus Saxonie, Cantuariensis, & Eboracensis

Metropolitani, & Archiepiscopi

Compositore

DAVIDIS CHITRAI & INDICE



WITTEBERGE

The books of this Catalogue are in the library



# DAVID CHYTRÆVS

Studioſo & candido Lectori S. D.



**N**ciderunt in noſtram hanc aetatem multa & inſignes

& conſideratione prudentiam ac memoria poſteritatis digna mutationes Regnorum & familiarum qua regna & principatus non in Saxonia ſolum, ſed univerſa penè Europa tenuerunt. Qua à DEO Conſtitui & aliquantiſper ſeruari imperia, & iuxta Syracida ſententiam, regnum à gente in gentem propter tyrannidem, inturias, & alia principum & populi delicta, transferri oſtendunt. Regum HISPANIAE, Caſtilia & Aragonia vetuſta ſtirpe Gothica, in Ferdinando

1516.

Catholico, Caroli V. auro materno extinguita: Auſtria archiducum familiam, à Rodolpho Habspurgenſe ortam, ad Hiſpania Imperium DEVS exiit. Cui recens Luſitania etiam tota, & latiſſimè patentes, Africa, India, & Inſularum maris Eoſ ditiones acceſſerunt: ut noua quadam monarchia, omnibus prioribus potentia & amplitudine imperij antecellens, ab occaſu exoriri videatur. Hiſpania enim nouus terrarum orbis, in occidente duplo tota Europa maior? Luſitania verò ampliſſima in littoribus Africa & India orientali regiones, ad Iapaniam & Molucas uſq̄, hoc noſtro ſeculo accreuerunt.

1580.

ITALIAE etiam pars maxima, excuſſis per Hiſpanos prioribus dominis, in Hiſpania regum poteſtatem ac diuionem hoc ſeculo peruenit. Neapolitanum enim regnum, quod dimidiam Italia longitudinem à Lyri fl. ad fretum Siculum occupat Alſonſi magni ſapientiſſimi & optimi regis nepotibus per Hiſpanos & Gallos eieciſtis, & mox Gallis per Conſaluum oppreſſis, Ferdinando Hiſpania regi, Caroli V. auro materno, illiuſq̄ poſteris ceſſit. Mediolanenſe autem Imperium opulentiſſimum, Gallis, qui iam 22. annos illud tenerant, trans alpes proſtigatis, Franciſcus Sfortia, & hoc extinguito Carolus V. poſſedit. Romam ipſam, Pontifice capto & omnes ditionum illius vrbes & arces in Caroli V. poteſtatem per illius duces redactas, optimus Imp. intra annum vertentem pontifici reſtituit. Florentina & Senenſis Reſpublica, olim libera & florentes, Caroli V. armis domita, Mediceos duces receperunt. ex quorum familia praſentium GALLIAE regum mater & Regni Gubernatrix orta eſt. Quod rotos iam Viginti quinque annos, inſtinctis odijs & diſſidijs agitatum & in ſua viscera conuerſum ex Valeſia gente in Bourboniam aut Lotharingicam, qua ſolam ſe ex Caroli Magni ſanguine ſuperſeſſe iactitat, deriuatum iri apparet.

à 50. gradu latitud. Auſtria ad 50. Borea uſq̄ ad grad. long. 180.

1501.

1503.

1521.

1537.

1547.

1511.

1557.

ANGLIAE regina, Eliſabetta uirgo, tranquillius & felicius, quam ulli antea viri patriam haecenus gubernans, eſi ex Henrici VII nepotibus poſtrema ſuperſeſt, & in aliam familiam imperium Britannia translatum iri videt: tamen nunquam ſe tuto moderatorem Britannia habenas ſentit, ſi de ſucceſſore futuro conſtaret (Quod in hiſtoria ſua gentis Buchananus memoria de illa prodidit) tametiſi à vicino, Buchananis diſcipulo, ſanguinis cognatione ei proximè coniuſto, non ſine ratione faſtigium illud ex peti & ſperari exiſtimatur.

DANICVM, quod ſuperiore ſeculo, à priſci ſanguinis Danici regibus ad exteros, & tandem ad antiquiſſima nobilitatis comites Saxonia Aldenburgenſes pervenerat: ſenes aliqui adhuc meminerunt, à regis Ioannis fratris ſenioris filio Chriſtiano II & illius poſteris, ablatum, patrio illius Friderico diuinitus tributum eſſe. SVECI eodem anno, relictis Dania regibus, ſua gentis viro, ex antiqua nobilitatis familia equeſtri orto Guſtavo Eriſi patriæ liberatori & vindici, regnum detulerunt. Moſchici tyranni potentia & imperiam, eiecto Tattarorum, quibus antea ſubditum erat, iugo, mirifice hoc ſeculo crevit ut à mari Caſpio, uſq̄ ad huius noſtri maris Baltici portus, Naruam & Parnouiam, omnia dominatu ſuo completeretur. Sed qua in Baltici & Finnici ſinus littore haecenus Ruſſia & Liuonia oppida & ditiones tenuit, Ioannis Suecorum, & Stephani Polonia, regum virtute & felicitate, ex tyranni ore & faucibus ruſum erepta ſunt & conſeruata. Polonia regnum, quod prouincijs Imperij Germanici a Boruſſia & Liuonia egregie auctum & locupletatum eſt, proximis annis, à Jagellonum Lithuanica gente, ad Henricum Gallum, & iam ad Stephanum Bathoreum Vngarum, Virtutis & ſapientiae potius, quam generis regij commendatione, translatum eſt. VNGARICVM, latiſſimis ſpacijs à Carpatho & Ponto Euxino, ad mare Adriaticum & Italia ſines olim porrectum, à Slauiſa lingua rege, ad Ferdinandum Auſtriacum, & Ioannem Cepuſium Vngarum diſcordibus procerum ſuffragijs delatum eſt, qui de Pannonia inter ſe infeliciter dimicantes, Turcicum Imp. acerrimum & feliciffimum Solymannum in Germaniam noſtra aetate attraxerunt.

1450.

1523.

1525.

1501.

1573.

1576.

1526.

Inter cetera

uero

varò Europa & orbis Christiani regna, GERMANICUM Imperium, solum ferè, in vna ill. Austria archiducum familia conseruatum est. qua, omnibus in Germania, & tota Europa, Principum familijs, nunc dignitate, potentia, & ditionum amplitudine antecellit. eodemq; fere tempore, cum Ottomanica Imperatorum Turcicorum gente, circa annum Christi 1300. crescere cepit & florere.

In Saxonia verò nobis propinqua, etsi multa vetusta Illustrum Comitum mascula stirpes, Hoia, Ritberg, Tecklenburg, Pymont, Spiegelberg, Esens, Henneberg, & alia penitus extincta sunt; tamen Dei beneficio, plerq; Principum politicorum Gentilitates, nusquam ferè interrupta generis serie, imperia & principatus à maioribus acceptos hoc seculo conseruauerunt. Etsi enim Elektorum Saxonie dignitas & ditiones aliquot, capto Iohanne Friderico Saxone, dominum mutarunt: tamen singulari Casaris Caroli Victoris sapientia & bonitate, in eiusdem domus Saxonica principem sobrinum translata sunt. Nunc quoq; Erico duci Brunsvicensi, nullis relictis hereditibus ex se natis defuncto, Iulius patruelis ex eadem stirpe succedit: & Borussia ducatum Alberti Friderici patruelis administrat. Liouonia verò, Borussia uicina, longissimo centum Germanic. mil. tractu ad mare Balticum porrecta, cum ab Imperio desereretur, per vicinos reges discripta est.

Sed in hanc inferiorem Saxoniam, nobis propiorem redeo, in qua, GELDRIAE etiam Ducum EGmondanæ originis series, in Carolo Egmondano prorsus deleta & ditiones illa, ad Rheno ostia, florentissima, ad Burgundicam domum redierunt, qua, Westfrisos etiam, primum sub Saxonia ducibus Alberto & Georgio, deinde sub Carolo Geldro tumultuantes subegit: & Vicinos Groningenses, qui episcopum Traiectensem olim titulotenus agnoscentes? deinde Ezardo Frisia Orientalis comiti nouennium, postea Carolo Geldria duci annos 22. paruerunt, tandem sponte deserto Geldro Burgundis se dedentes subiugauit. Belgica gentes sub Carolo V. florentissima & opulentissima, nunc perpetuo ferè 18. annorum bello intestino adstricta, à Germanis, Gallis, Anglis ut illi olim ab Aegyptijs & Syris, scipionibus dextris eorum perforantibus, patrocinium & defensionem frustra expectauerunt.

Ciuitates olim coniuncta, & libertatis sua custodes ac vindices, & Principibus ac regibus vicinis (ἑταίροις): nostra atate, rebus conuersis, disincta, in tristem seruitutem plerq; conuincuntur, & quibus terrori antea erant, nunc ludibrio sunt. Sic omnia uerti Cernimus, atq; alias assumere robora gentes, Concidere has. Qua rerum humanarum instabilitate, ac potentium Imperiorum, ac gentium totarum ruinis, admoniti, cum omnia, qua magna in mundo habentur, caduca & fluxa esse videamus, maiori studio, vnum & summum bonum, quod solum solidum & perpetuum est, DEVM ipsum, & Vitam cum Deo beatam & sempiternam experiamus, & admiremur. Nihil enim in rebus humanis magnum est, nisi Animus magna contempens, & vnum ac solum magnum DEVM Verè agnoscens & colens. Nulla humana potentia, nulla Imperia, nulla opes, deniq; nihil, quod magnum sit in mundo, adeo firmum & stabile est, ut durabilem illius possessionem & usum sibi quisquam promittere auit. Præcipue autem, ut Seneca verbis utamur. Non sic Libycis Syrtibus aquor Furit alternos voluere fluctus: Non Euxini turget ab imis Commota vadis vnda niuali vicina polo: ubi caruleis Immunis aquis lucida versat Plaustra Bootes: Ut præcipientes regum casus Fortuna rotat. sicut nostra atate in Francisco Gallie rege ad Ticinum capto? Henrico filio, inter nuptiales ludos lethaliter vulnerato. Ludoico Vngaria rege à Turcis profligato & in fuga submerso. Iacobo IIII. Scotorum rege, cum fratre Alexandro archiepiscopo Andreano, in acie ab Anglis caso. Christiano II. Dania rege profugo & tandem capto, & in carcere mortuo. Sebastiano Portugallie rege, ante septennium à Mauris in acie tructato, Exempla illustria vidimus, ut Campsonem Aegypti & Syria regem. usq; ad extremam seculatam fortunatissimum, tandem à Selymo ad Sengam casum, & successorem Tonumbeium, in porta Cairi strangulatum, taceam: cuius Victoria occasione, amplissima Aegypti in Africa, & Syria in Asia regna, & vrbs Hierosolyma, religionis & Ecclesia Christiana in omnes gentes inde propagata metropolis, in Turcarum potestatem peruenit.

Vult autem Deus has tantas generis humani & regnorum mutationes, & summorum regum ac Principum casus tristissimos, in nostram & patrum atatem ac conspectum ferè incidentes, non oscitanter à nobis præteriri, & obliuione ac silentio obrui, sed velut illustria providentia & præsentia Dei in genere humano, & iustitie ac pœnarum exempla, fideliter annotari, & litera-

rum monumentis consignata ad posteros transmitti & legi: ut Deum autorem & custodem eccle-  
sia & imperiorum, & inspectorem ac vindicem scelerum, sapientem & Iustum agnoscamus, &  
exemplis penarum in summis regibus & Principibus tristissimarum consideratis, ad timorem  
Dei, iusticiam, modestiam, & ceteras Virtutes Deo placentes ardentius colendas, exuscitemur.

Cum igitur Principum, qui Saxonis gentibus ab anno 1500. presuerunt, & precipua-  
rum mutationum, ac rerum in Saxonia actuum seriem, à quodam amico, mediocri diligentia, &  
studio non improbando, annotari ceptam, vidiissem: hortator ipsi fui, ut contexeret, & in Ge-  
nealogijs aliquot Principum & Comitum, & narrationum ac euentuum quorundam Veritate ac  
certitudine inuestiganda eum iuuare conatus sum. Cum enim annos iam quadraginta discendo  
& docendo in Saxonia consumpserim, qua hospitium & domicilium Vita & studijs meis tranquilla  
lum & liberale haecenus praebuit: existimaui hanc pietatem & gratiam pro tunc hospitij à me vi-  
cissim deberi, ut honestum hunc optimi Viri conatum prouehere studerem: Praesertim cum nemo  
alius, quod sciam, haecenus hunc laborem patriae honorificum & utilem aggressus sit. Scripsi igitur  
ad multos in his regionibus, & à singulis, tantum sui Principis aut ciuitatis res memorabiles in  
hoc seculum incidentes, communicari mecum petiui. Omnes initio liberaliter & prolixè polliciti  
sunt. paucissimi verò aliquid impertierunt. Pleriq; aliquoties admoniti, post biennium aut trien-  
nium responderunt, vel sibi propter alias occupationes publicas non vacasse ista inquirere & con-  
signare, vel se ab alijs, qui promississent frustratos esse: vel alioquin non tutò licere illa velut ar-  
cana alijs aperire. Quidam in collegijs & aulis, coram compellati, nec soceros, nec auos, quidam  
ne parentes quidem suorum Principum mihi nominare poterant. Brandenburgi & alibi, proxi-  
morum sua Diacecos, qui ab anno 1500. praesuisent, seriem, seniores capituli ipsi. ignorabant,  
vel absq; consensu sui Principis, & totius capituli, non indicare licere ostendebant. In aulis  
quosdam, ex suo haud dubie ingenio de alijs existimantes, hanc inuestigationem Veritatis scriptori  
necessariam, velut curiosam vel ambitiosam, vel peccunia quarenda aucupium, traduxisse intel-  
ligo. Horum iniqua sanè, ne dicam malitiosa interpretatione, ut primum vanitate & socordia  
impeditus & fractus, laborem hunc inquirendi abieci. & qualemcumq; hanc rudem & incondi-  
tam Chronici Syluulam edi passus sum. ut velut  $\sigma\upsilon\lambda\upsilon\lambda\alpha$  & delineatio esset futuri operis,  
quam alius deinde prudentia & scribendi facultate nobis antecellens, & rebus bonis ac utilibus  
augere facilius posset, & verborum ac sententiarum luminibus, tanquam coloribus diuis illustrare.

Speramus etiam, edito iam Chronici specimine, aliquos bonos & candidos Viros, quod in  
hac aut illa notationum vel Genealogiarum parte desiderabunt, vel, si quid intexi de sua patriae  
rebus, alijsue euentibus certò & exploratè cognitum volent, ad nos perscripturos esse. Quod  
eximij & singularis beneficij loco accipiemus. Consulto enim de ijs tantum rebus, qua nostra &  
petrum memoria acciderant, commemorationes, vel potius notationes instituire, nec ex antiquis  
Chronicis describere plura voluimus, cum non minus illos, quam nos de rebus in conspectu, & ob  
utulos penè nostros gestis audientes, falsis narrationibus decipi potuisse sciamus. Autor qui-  
dem Chronici, sponte & volens, in hac Syluula, nil nisi exploratè perspectum recitare, & media-  
cri diligentia & Vigilantia, inter excudendum typographica menda cauere & tollere studuit.  
Nihilominus tamen, ut fit,  $\alpha\upsilon\tau\omicron\mu\alpha\tau\iota\alpha$  quaedam &  $\sigma\phi\alpha\lambda\mu\alpha\tau\iota\alpha$  irrepserunt, qua inter relegendum,  
ad calcem, postrema pagina notauimus: quam primam in hoc Chronico perspicere à candido lectore  
velim. Edictum etiam Caroli Imp. verbosissimum aduersus Lutherum, omitti, & Traiecten-  
sis seditionis Tragœdiam arctius contractam esse, optarim.

Edidimus autem hoc tempore quadraginta solum modo annorum syluulam. Propiora  
enim nostra memoria, usq; ad 1585. annum iam deducta, & vberius ac prolixius pleraq; com-  
memorata, Veriti iniquitatem temporum, & Varietatem ac peruersitatem iudiciorum, & quod  
pleriq; mortaliū nihil intolerabilius est Veritate simpliciter & ingenuè dicta,  $\alpha\iota\tau\omicron\delta\omicron\varsigma$  hoc  
tempore seruanda duximus. Quanquam ut Mori (cuius personam in his edendis fortè sumpsi)  
verbis, animi sensu ingenuè aperiam, nec ipse mecum satis adhuc constitui, an sim omnino editu-  
rus. Etenim tam varia sunt palata mortaliū, tam morosa quorundam ingenia, tam ingrati  
animi, tam absurda iudicia, ut cum his haud paulo felicius agi videatur, qui incundi atq; hilares,  
genio indulgent suo, quam qui semet macerant curis, ut edant aliquid, quod alijs, aut fastidienti-

bus, aut ingratis, vel utilitati possit esse, vel voluptati. Plurimi literas nesciunt, multi contem-  
 nunt. Barbarus ut durum rejicit, quicquid non est planè barbarum. Scioli aspernantur ut tri-  
 uiale, quicquid obsoletis verbis non scater. Quibusdam solum placent vetera, plarisq, tantum  
 sua, adeo mobiles alij sunt, ut aliud sedentes probent, aliud stantes. Hi in aulis & tabernis seden-  
 tes inter pocula de scriptorum iudicant ingenijs, magna, cum auctoritate condemnant, utcumq,  
 lubitum est, suis quemq, scriptis, veluti capillitio vellitantes, ipsi interim tuti, & quod dici solet,  
 ἐξωβέλδο: quippe tam leues & ab rasi vndiq, ut ne pilum habeant boni viri, quo possint appre-  
 hendi. Sunt praterea quidam tam ingrati, ut cum impensè delectentur opere: nihil tamen mi-  
 nus oderint autorem, non absimiles inhumanis hospitibus, qui cum Opiaro conuiuio prolixè sine  
 excepti, saturi demum discedunt domum, nullis habitis gratijs, vel maledicentes etiam ei, à quo  
 sunt inuitati. Inunc, & hominibus tam delicati palati, tam Varij gustus, animi praterea tam  
 memoris & grati, tuis impensis epulum instrue: Vel tantis laboribus, curis, & Vigilijs, librum,  
 quo se oblectent, ede. Sed experiemur, quid de primis hisce pagellis iam editis censores iudicent.  
 Inde consilium de ceteris capiemus. Metropolis tamen Cranziana continuationem, seu  
 episcoporum in omnibus Saxonie Dicæsisibus seriem, usq, ad presentem annum 1585  
 deductam, adiunximus, quorum Catalogos spero lectorem sine molestia per-  
 lustraturum esse. Benè & feliciter vale candidè lector. Cas-  
 lendis Sextilis, Anno 1585.

**I**N Arctoo Germaniæ littore, Danicis & Gothicis insulis opposito, quod ab alluente sinu seu mari, (à Draui fl ostio, vt bis Lubecæ portu, VViburgum vsq;) circulo arctico subiectum, per 250. milliaria Germ. porrecto) **BALTHICVM**, à Balthiâ freto, Fyoniam & Selandiam, Daniæ insulas, dirimente nunc appellamus: **HENETI** seu Venedi populi, quos Germani VVenden, Itali Slauos, quidam nostrates etiam Vandalos appellant; circa annum Christi quingentesimum, post fatales illas gentium migrationes, à mari Balthico, ad Albim; à fontibus (seu riuus vndecim, antequam Boëmiæ montes exeat, in eum confluentibus, vnde nomen Elue, fluuio factum existimatur) ferè ad ostia illius; aliquot seculis consederunt et latè dominati sunt. donec ab Henrico Aucupe & Otthone Magno primùm ad Albim & Havelum aliquantulum repressi, deinde ab Henrico Leone, annis post primam illorum immigrationem sexcentis, continuis bellis partim cæsi ac deleti, partim seruitute extrema oppressi; & vnà cum religione Christiana, nouæ Germanicorum Populorum & Saxonum coloniæ in his regiones inductæ sunt, tametsi in hodiernum vsq; diem, passim ad ripam Albis, miseræ gentis Henetæ seu Slauicæ reliquiæ in Lusatia & alibi hærent. Ab his veteribus incolis Henetis seu VVendis, quos impropriè Vandalos alii qui vocarunt, totum hunc tractum Germaniæ inter mare Balthicum, Vistulam, & Albim interiectum, **VANDALIAM** Cranzius appellat, quem hoc tempore sex vrbes Vandalicæ, Ducatus Megapolitanus, Pomerania, Marchia Brandenburgensis, Lusatia, Boëmia etc. occupant. & orientem versus Morauis, Poloni, Russi, Moschi, Circassi, sicut ad Sauum & Danubium & mare Adriaticum Illyricæ gentes, Carni, Croatæ, Bosini, Rasci, Seruij, Bulgari, Histri, Dalmatæ & omnes in vniuersum Slauonici populi, eadem cum Bohemis, Polonis & nostris VVendis lingua, sed dialectis multum differente vtuntur, adeo, vt nullius linguæ popularis vtus hoc tempore latius in Europa pateat, & pluribus in regionibus & amplioribus regnis, imò in Turcici etiam imperatoris aula, colatur quàm Vandalicæ seu Henetæ.

Certum est autem, eiusdem gentis, quam VVenden Germani appellant, appellationes esse, Henetos, Venetos, Venedas apud Ptolemæum (lib. 3. cap. 5. tenent Sarmatiam maximæ gentes Venedæ, per totum Venedicum sinum) Venedos & Fennos apud Tacitum; **SLA VO** Sapud Gregorium Papam, Blondum & alios plurimos: Seruios & Sorabos, à Sarmatis veteribus nomen habentes ad Salam & Albim: VVinithas & VVinulos apud Helmoldum Chronici Slauorum scriptorem, ac Plinius de Succino agens disertè scribit, Venetos, à Græcis Henetos vocari proximos Pannoniæ, circa mare Adriaticum, vbi & Herodotus Henetos collocat, quos ab Antenore Troiano, post euersum Ilium, ex Paphlagonia eò ductos esse, Liuius initio suæ historiæ adfirmat, cum prius in Asia minore, prope Phrygiam sedes habuissent, quæ postea à Paphlago, Phinei filio, Paphlagonia dicta est teste Homero: Παφλαγονίω δ' ἤγειτο Πυλαμίδι ἄλαστον κῆρ' ἐξ Ἐνετῶν.

lib. 37.  
cap. 3.  
περὶ pag.  
151

α.β.

Siue igitur à veteribus illis Henetis, cultissimæ genti Ionicæ in Asia vicinis, & in Europam ad mare Adriaticum deductis; siue ex Sarmatiæ Europææ & Asiaticæ campis latissimis, olim progressi VVendi seu Slavi vtramq; Istulæ & Viadri ripam vsq; ad Albim compleuerunt: certum est, hunc maris Balthici tractum, in quo viuimus, annos circiter sexcentos ab ijs inhabitatum esse, eorumq; imperio paruissse, sicut adhuc vestigia nominis in vicina Hexapoli, & in ditione Megapolitana das Furstenthum VVenden, cuius oppida sunt, Gustrouia, Malchin, Röbel, VVaren etc, & in Pomeraniæ ducum titulo, Cassubij & VVendi, & in Marchia ac Lusatia ad Boëmiam vsq; habitantes VVendi, incolas veteres de monstrant.

Etsi autem de nomine Vandalorum quidam disputant, non rectè illud his populis, quos VVendos aut Slauos vulgò vocamus, assignari: cùm inter Germanicas gentes, Tacitus & Plinius lib. 4. c. 14. Vandalos recensent: & Procopius initio belli Vandalici, quod Belisarius Iustiniani Imp. auspicijs in Africa gessit, Vandalos, Gothicam gentem, eadem cum Gothis (quos Germanicè locutos non dubium est) lingua vsos fuisse, adfirmet; tamen cùm vel à nominum affinitate (vicina enim inter se sono nomina sunt VVenden & VVandali) vel à sedibus ijsdem, quòd post migrationem Vandalorum in Gallias, Hispaniam & Africam; Heneti seu VVendi eorum terras possederunt (sicut post migrationem Boiorum ex Boiemia in Bauariam, nihilominus noui incolæ Zechi seu Slavi veterum incolarum nomen retinent) hæc appellatio Henetis tum à multis alijs nostræ ætatis hominibus eruditis, tum verò ab Helmoldo etiam, qui chronica Slauorum ante quadringentos annos Lubecæ scripsit, tribuatur: comunè vsus nominis Vandaliæ, à Cranzio vsurpati, nos quoq; retineamus.

Indicat autem Helmoldus, primam in hoc littore Balthico ad Orientem, Slauorum nationem esse Russos (ipse Ruzos appellat (deinde Polonos. His succedere, qui antiquitus VVandali, nunc au VVinithi seu tem VVinden vocentur, quorum primi sint Pomerani inter Vistulam & Viadrum ad mare habitantes, à Viadro occidentem versus Leubuzi & Vvilzorum seu Luticorum populi: Tolentij ad fl. *ὀριάντιον*, Neobrandenburgum & Treptouiam alluentem, Redarij ab vrbe Rethè (fortè Röbel hodie) Circipani, ad Panim fl. in cuius ripa sunt oppida, Malchin, Demin, Anclam, VVolgast, Kyzini fortè in comitatu Gutzgovv. Nam Rugianos seu Ranos, gentem Slauorum fortissimam, Helmoldus, inhabitare insulam Vvilzis oppositam, refert, & Vvilzis finitimos versus occasum Vvarnauos ponit, ad Vvarnum seu Arnum fl. qui Sternbergam, Buzouium, Cygnæam & Rostochium præterlabitur. Inde Obotritos, quorum metropolis sit Mekelenburg prope Vvismariam. Polabi ad Raceburg. Vvagiri ad Lubecam & Aldenburgum, Heruli vel Heueldi ad Hauelum fl. Bryzani fortè nunc Prignitij, quorum metropolis Perleberga. Vvilinos & Stoderanos ad Berlinum & Brandenburgum collocant, quæ loca ante Vandalorum immigrationem, Senones, Sueui tenuerunt; supra quos, mare Balthicum versus, Teutonarios & Teutones, vbi nunc Rostochium & Vvismaria Megapolitanæ vrbes florent, & supra Teutonarios, occasum versus, Saxones in collo Cimbricæ Chersonesi Prolemæus collocat. Sed his gentium nomenclaturis relictis, Vandaliæ, littore

MAGNVS DVX MEGAPOL.

5

littori maris Balthici adiacentis Chronicon, Deo iuuante continuabimus, quod MAGNI ducis Megapolitani, præsentium principum aui, obitu, & oratione funebri, à se in exequijs illius recitata, Albertus Cranzius cōclufit.

Pars enim veteris illius Vandalix versus solem cadentem extrema est ditio Megapolitana, cuius occidentalem limitem hoc tempore Albis, à Domitio seu Eldæ fl. ostio, ad Beyzæburgum ( quod à Beyza fluuiolo in Albim delabente nomen habet ) & linea inde Lubecam versus deducta terminat : Versus Boream mare Balthicum, à Draui ostio ad Rekenisam ; versus ortum Rekenisa & Trebela ( vnde vicino oppido Tribles nomen est ) ac Tollentius fluuij : à meridie Marchia Reppinensis & Prignicensis, fines extremos claudunt, Quos sine vllius præiudicio *ει πλατε*, designatos annoto.

Excelluit autem ingenio, magnitudine animi, prudentia, & alijs virtutibus magno principe dignis, MAGNVS Ille Dux Megapolitanus, præsentium principum, Iohannis Alberti, Vlricj, Christophori & Caroli fratrum, auus; Henrici ad quem Ducatus Vandalix anno 1431, morte V Vilhelmi postremi ducis peruenit, & Dorotheæ, Friderico primo electore Brandeb. natæ, filius; Iohannis, Academia Rostochianæ fundatoris, nepos : Magni fratris Alberti Sueciæ regis pronepos Alberti primi Ducis Megapolitani abnepos : Henrici Leonis domini Megapol, (qui totidem gradibus PRIBISLAVM Vandalorum regem, ad Christianæ religionis cultum primò per Henricum ducem Saxonix adductum, & vrbis Rostochij ac cænobij Dobberanensis conditorem secutus est ) atnepos.

Fratres habuit, Albertum seniore, qui Catharinam postremi comitis Reppinensis V Vichmanni filiam coniugem habuit, sed sine liberis decessit : Ioannem, qui Erici II. Ducis Pomeraniæ filiam, Bugslai X. sororem Sophiam ducturus erat, sed cum peste subito extinctus esset, tertius frater Magnus eam postea sibi matrimonio iunxit. Quartus Baldasar, sacris ætate tenera initiatus & Suerinæ Episcopus electus, postea etiam ad Hildesheimensem ecclesiam, à præposito, qui arces diœcesis, & nobilitatem sibi adiunctam habebat, aduersus Henningum Vom Hause Decanū, à minore parte capituli electum, sed impetrata Romæ confirmatione & assentiente Senatu ac ciuibus, Hildesheimam introductum, vocatus : Peinæ cum præposito triennium ferè confedit. Cum autem bello cum aduersarijs contendendum esse grauissimo cerneret, cuius finem non prospiciebat, in patriam redijt, & paulò post, extinctis duobus fratribus ; resignato etiam Suerinensi Episcopatu Margaridem Erici II. Pomeraniæ ducis filiam, fratris suæ sororem duxit, & communibus cū fratre auspicijs patrium ducatum indiuisū, nullis susceptis liberis gubernauit.

1475.  
1470.

1479.

MAGNVS, Henricum & Albertum ac Ericum filios & Sophiam, Annam, Dorotheam & Catharinam filias reliquit, ex quibus Sophiam, hoc anno 1500. Ioanni Saxonix duci, Ernesti filio postea electori, in matrimonium tradidit: quæ Iohannem Fridericum Electorem Saxonix, nutricium ecclesiæ & scholarum, me adolescente, & confessorem constantissimum, cruce aureo colore in dorso fulgente insignitum, peperit, & duodecimo post partum die extincta est.

1503.

ANNAM GVILELMO medio, Halsia<sup>99</sup> Landgrauio, Ludoici II, filio elocauit, quæ Philippū Smalcaldici fœderis nota, ætate ducem, & præsentium quatuor Halsia Principum fratrum, Vilelmi,

1504.

A V Ludoici

Ludoici, Philippi, & Georgij patrem, genuit. Ipsa post mariti V Vilhelmi obitum, Ottoni, Philippi comitis Solmensis filio, nupsit, ex qua Fridericus Magnus, Ioannis Georgij & Ottonis pater, natus est. Tertiam Catharinam, Henricus frater postea, HENRICO Saxoniae duci, Alberti filio, Georgij fratri connubio iunxit, ex qua MAVRICIVS & AVGVSTVS qui Iohanni Friderico, à Cæsare capto, in electoratu Saxoniae succelserunt & aliquot filiae, nati sunt. Quartam Dorotheam Ribnicensi virginum cœnobio praefecit.

Erant autem in Magno, cum aliae virtutes magno & sapiente principe dignae, tum eximia quaedam reuerentia erga literas & doctrinarum studia, de quibus ut se honorifice sentire, eaq; velut inprimis Reipub: gubernandae necessaria & salutaria, amare, ostenderet: Illustrem principem filium suum, Ericum, hoc anno 1500 magistratum Scholasticum in Academia Rostochiensis gerere voluit, ut hoc iudicio & exemplo principis admoniti etiam Scholastici, magis amandas & colendas esse Reip. causa literas, & diligentius obtemperandum, & morum modestia in principibus amorem erga honestas disciplinas augendum esse cogitarent. Con-

stititerat tum Academia Rostochij annos vnum & octoginta, à Ducibus Megapol. Iohanne, Magni auo, & Alberto, Iohannis patruale, Alberti regis Sueciae filio: & senatu vrbs Rostochiensis, condita, & Martini V. Pontificis priuilegijs confirmata: & coloniae instar ex Erfordiensis potissimum & Lipsensi deducta anno. 1419.

Vix autem octennium post Academiae initium effluxerat; cum in bello Danico occasione literarum regis Erici ad communitatem ciuium de Senatu vrbs conquerentis, exorto ciuium aduersus Senatum tumultu, Consules ex vrbe discesserunt & post aliquot annorum processus eò rem deduxerunt, ut ciuitas excommunicata, etiam ab Imp. Sigismundo proscriberetur. Mandato igitur Concilij Basiliensis (cuius literae anno 1436. 4. cal. Octobris datae adhuc extant) Vniuersitas excommunicatorum participationem fugere iussa, Gryphisvaldum migravit. Inde quinquennio post, magno cum suo & successorum detrimento reuersi Academiam recollegerunt, sequentibus quadraginta annis mediocriter in hoc Germaniae tractu clarentem, donec Rostochiensibus iterum ab Episcopo Suerinensi ob impeditam erectionem ecclesiae collegiatæ D. Iacobi interdicto subiectis, appellationi eorum ad Pontificem se coniunxerunt. Verùm obsidione vrbs secuta, cætus discipulorum dissipatus, sed restituta pace, denuo Dei beneficio instauratus & auctus est, ut praesenti anno 1500. Rectore illius Erico duce Megapol. Magni filio, rursus mediocriter Schola, floreret & celebraretur.

1437.

1443.

1484.

1487.

1491.

Alterum verò filium Henricum natu maiorem, ad comitia, Augustae Rhetorum hoc anno à Maximiliano indicta Magnus ablegauit, ut patris nomine deliberationibus ac negocijs Imperij publicis interesset, & Friderici electoris Saxoniae ac Ernesti archiepiscopi Magdeburgensis & patruum illorum Alberti, Saxoniae ducum adfinium suorum, consilijs potissimum vteretur. Sunt autem in his comitijs decreta, de senatu Imperij perpetuo,

perpetuo, ex XX. viris omnium ordinum delectis, Noribergæ constituendo, facta: qui supremus Iustitiæ & pacis publicæ custos & sententiarum in Iudicio Camerae latorum & defensionis ac poenarum aduersus pacis violatores, executor esset. Ex Saxonis Principibus, Ernestus archiepiscopus Magdeburgensis & patruus illius Albertus Dux Saxonie (tametsi hic paulò post obiit) in Senatum illum cooptati sunt Dux Imperij summus Bavarie dux Albertus, Maximiliani Imp. sororius. Ordinata imperij præsidia, sic vt singulæ parochiæ singulos milites: Principes ipsi ad 1000. equites alerent: institutæ exactiones quadriennium duraturæ: Renouati & declarati Pacis publicæ & Ordinationis Camerae articuli aliqui: conditæ leges sumptuariæ: decreti legati ad Reges Vngariæ & Poloniæ de auxilijs aduersus Turcas coniungendis: ad Pontificem Romanum de Annatis ad sumptus belli. Turcici in Germania relinquendis: ad Sigismundum Poloniæ regem, de Borussia magistro summo, iuramentis, ab Imperio prouincias illas alienantibus, non onerando etc. Etsi autem Decreta hæc pleraq; vt solent, in fumum postea abierunt, nec quicquam inde ad imperium vtilitatis redijt: tamen vt obedientiam Imperatori debitam & voluntatem erga Remp. optimus Princeps declararet, non deesse suo loco communibus Reip. negotijs voluit. Cum autem reliquæ vitæ, rerum gestarum, obitus & exequiarum Magni historia, duobus postremis Vandalicæ libris copiosè exposita extet: repetitionem illius hoc loco omittam. Decessit Magnus anno 1503, exeunte, die 22. Nouembris post quem filius Henricus vnà cum patruo Baldasare, has terras gubernare cœpit: & in quinquagesimum vsq; annum, patriæ magna cum laude prudentiæ, iustitiæ, bonitatis, clementiæ, & amoris ac studij publicæ pacis ac tranquillitatis tuendæ præfuit.

SVERINENSIS verò Dioceseos in ducatu Megapolitano Episcopus anno Christi 1500. fuit CONRADVS LOSTIVS, ex patricia Vvismariensi familia ortus; ordine tricesimus à primo Episcopo & martyre IOANNE SCOTO, qui, cum prima initia & velut seminaria ecclesiæ in his gentibus Henetis, iacerentur, in vrbe tunc ampla & copiosa MEKELNBVRG, petente S. Godscalco Henetæ gentis Principe Christiano, ab Alberto Archiepiscopo Bremensi, qui apud Imper. Henricum III. omnia gubernabat, Episcopus primus constitutus est.

Hunc quadriennio post Vvendi, Christianam religionem denuo abijcientes, crudeli supplicio, manibus & pedibus truncatum afferunt, die 10. Nouembris, anno 1066. cum paulò antè Godscalcum principem suum Leontij ad aram die 7. Iunij trucidassent. Post 84. annos sub, Conrado III. Imp. alter Episcopus Eberhardus, & paulò post Bruno seu Berno successit, qui deleta in bellis Vandalicis vrbe Mekelnburga, ab Henrico Leone duce Saxonie & Bavarie potentissimo, SVERINAM, condito templo cathedrali translatus est, vbi nouam Episcopam, literis solennibus & dote attributa erexit & confirmavit, de dicatione Ecclesiæ 8. Idus Septēbris Anno 1170. celebrata: cum biennio ante,

Vvalde-

## FVNDATIO EPISC. SVÉKIN.

VValdemaro Daniæ rege, Rugianorum insulas à mari oppugnante, ipse cismarinas eorum regiones, Bardam, Tribsees, Grimmam bello cepisset: & victo Teslao fratrem illius Iarimarum, Christianæ fidei cultorem, Principem terris Rugiæ præfecisset, hac conditione vt Insularum Rugiæ Dominium directum penes Daniæ regem, & ecclesiarum in ijs gubernatio penes Roschildentem Episcopum esset. Citeriores autem in continenti prouinciæ, Henricum Leonem supremum principem, & episcopi Suerinensis ecclesiasticam iurisdictionem agnoscerent. Postea proscripito per Fridericum Barbarossam Henrico Leone, & ducatu Saxonie in Bernardum Vrsium translato: huius nepotes, Albertus & Ioannes, dominium etiã directum illarum regionum Suerinensi episcopo donarunt anno Christi 1261. Quare VVislao, postremo Rugiæ principe, huius Iarimari abnepote, sine liberis extincto, episcopus sibi retinere regiones illas cupiebat. Sed cum vicini Pomeraniæ Principes, vi patrum, inter Vvislaum Rugium & Vratislaum Vvolgastensem initorum, & voluntate prouincialium, Rugiæ ducatum in continente & insulis occuparent: episcopus se imbecilliolem videns, Alberto Megapolitano & agnatis illius Ioanni & Nicolao Herulis, feudum cismarini ducatus Rugiæ, oppidorum Bardæ, Tribuseæ, Grimmæ confert, vt terras illas velut propria bona defendant. Hinc graua & diuturna inter vicinos Principes Megapol. & Pomeranos bella exorta sunt, quæ tandem recepta à Pomeranis Grimma & Barda anno 1354. ægrè conqueuerunt. Exemplum literarum FVNDATIONIS, & DONATIONIS Ducum Saxonie adiungo.

FVNDATIO EPISCOPÆ SVERINENSIS. In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis: Henricus DEI gratia Bauariæ atq; Saxonie Dux. Summa æternæ pietatis prouidentia, potestatem & administrationem in temporalibus, idcirco nobis contulit, vt bonum operemur ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Si itaq; in promouendis vel ordinandis rebus ecclesiæ, vel ecclesiasticarum personarum commoditatibus deuoti, & studiosi æmulatores fuerimus, emolumentum laboris nostri ab eo expectamus, qui dat mercedem bonam sustinentibus se. Quapropter notum facimus vniuersis tam presentibus, quam futuri temporis Christi fidelibus, quomodo nos pro remedio animæ nostræ, & parentum nostrorum, ad propagandam Christianam religionem, in terra Slauorum transalbina, in loco horroris & vastæ solitudinis, tres episcopatus construximus, allodijs, redditibus mensæ nostræ dotauimus, insuper ea, quam gladio & arcu nostro quæsiuimus, hæreditate ampliauimus. Prærogatiuam quoq; totius ecclesiasticæ libertatis, iuxta formam sanctorum Canonum, & leges Imperatorum tam ecclesijs, quam ecclesiasticis personis, DE O ibidem seruientibus nostræ autoritatis edicto firmauimus, & banno Apostolorum, Archiepiscoporum, Episcoporum corroborari fecimus.

Ex quibus Episcopatum Suerinensem, quem postremo omnium consecrari, & dedicari in honorem Domini nostri Iesu Christi, & sanctæ DE I genitricis Mariæ, & sancti Iohannis Euangelistæ fecimus, trecentis mansis & duabus villis, ac duabus curijs allodij nostri dotauimus, Villa scilicet Borist in Sadelbant, villa Virkin, Chotendorp, cum duabus curijs huius in eadem dote adiunximus Terram, quæ vocatur Butsoyve, & castrum Vverle dictum, cum terra attinenti, etiam Vverle dicta, ex vtraq; parte aquæ Vvarnovve, & castrum Barth cum terra attinenti videlicet Tribedne vocata, & terram Pythne vocatam, & duas terras propè Demmin, videlicet Vvstrofe & Lofis dictas, & decem villas, Ilovv, Moysle, Darfis, Gugulnosei, Iastrovve, Notzta, Pamij, Montino, Quatzutin, Losovv, Gnesdig, & villam sancti Godehardi, quæ prius Godrach dicebatur, cum omni vtilitate, & attinentijs suis, & molendinum ex australi parte eiusdem villæ. Duas villas in Barda, villam Meiritz, & aliam in Vvarnouu,

Item propè Suerin duas villas Rampe & Liscovve, quæ mutato nomine alta villa vocatur, & insulam Schuerin adiacentem, & aliam Insulam propè Dobin, quæ Lipze dicitur. Ipsam ciuitatem Suerin à domo piscatoris Suek super australe stagnum positam, vsq; ad antiquum cœmeterium, & inde protendit in directum vsq; ad minorem scalam, cuius medietatem, ad areas fratrum deputamus. Maiorem verò scalam vsq; ad prædictam insulam, & molendinum in aquilonari parte ciuitatis situm. Hæc itaq; omnia autoritatis nostræ munificentia sæpè dictæ ecclesiæ in vsus episcopi libera donatione, cum omni iure & vtilitate donauimus, interposita nimirum astipulatione eorum, quorum beneficia ante fuerunt, & banno episcoporum, qui aderant, roborari fecimus. Hæc autem ad vsum Canonorum cedant. Duæ prædictæ villæ prope Schuerin, Rampe & alta villa: in Brezin triginta mansi in Ylovv quatuor villæ. De decem supradictis, cum omni vtilitate & attinentijs suis nauale telonium in Schuerin, vbi tamen excipiuntur homines episcopi.

Parrochiam in Schuerin cum omni iure Medietatem decimæ in Slatzne, tertiam partem decimæ in Muchelberberg, & in Ylovve: in Vvarnovv, & in Muritz tertiam partem decimæ. Quia verò decimæ Sclauorum tenues sunt, de tot prouincijs canonicis ad stipendia sua deputatæ sunt. Nam cum DE O donante, decimæ postmodum more Christianorum more conualuerit, in Episcopi dispositione tunc præsidentis sit, vt canonicorum numero, qui tunc erit, stipendia sufficiant, & de reliquo aliæ congregationes substituantur. De duabus verò villis, & duabus curijs, supra nominatis, quas dominus Dux de alodio hæreditatis suæ dotauit, redditus in tres partes diuidentur, ita quod in anniuersario ducis, vna pars reddituum Canonicis, altera pars paupe-

pauperibus ad seruitium conferatur, tertia verò in dedicationem ecclesie, ad seruitium tribuatur. Hæc siquidem omnia, cum omni integritate & vtilitate, nunc & postmodum, profutura, sine aliqua exceptione ecclesie contulimus. Ne ergo in posterum deleantur miserationes, quas fecimus in domo DEI, sed in perpetuum valeant, chartam hanc conscribi, & sigilli nostri impressione signari iussimus. Testes autem hi aderant. Euermodus, Episcopus Ratzeburgensis, Berno, Episcopus Suerinensis, Ancellinus Præpositus, Godefridus Capellanus, David Baldevvinus, Conradus Reinoldus, Magister Bartholdus, Helmvvicus, Hartevvicus, Liborius Comes, Henricus de Rauensberge, Otto comes de Benthem, Calemarus de Demmin, Pribitzlaus de Kirzin, Guncelinus comes de Sverin, Bernhardus Comes de Ratzeburg, Conradus Comes de Regenstein, Hermannus Comes de Luchovve, Conradus Comes de Rhodin, Reinbertus de Richelinge, Meniricus de Molburch. ministrales, Henricus Burggravius de Hetlane, Iordanus dapifer, Otto de Erthineborch & alij quam plures. Acta sunt hæc 8. Idus Septembris in dedicatione eiusdem ecclesie, Anno dominicæ incarnationis M. C. LXX, indictione IIII. Data per manus Henrici præpositi Bremensis ecclesie sancti Stephani.

Exemplum Literarum Ioannis & Alberti, ducum Saxonie filiorum Alberti I. nepotum Bernardi Vrsi, quem Fridericus Barbarossa ducem Saxonie proscripto Henrico Leone primùm creaverat: datum anno Christi 1261. non tam donationis terræ Tribsees in ducatu Rugie, quam Genealogie veræ & stirpis ducum Saxonie electorum, & Leoburgensium (quam Cranzius etiam lib. 8. cap. 29. & lib. 9. cap. 10, 20. Impeditissimam esse fatetur) indicandæ & confirmandæ causa recito. Nam hic Ioannes, Alberti primi filius, stirps est sequentium ducum Saxonie Laoburgensium, auus Erici I. Albertus verò, Rodolphi, Habsburgensis gener, Rodolphi senioris electoris Saxonie, non abavus, sed pater est.

In nomine sanctæ & individue Trinitatis, Ioannes Dei gratia Saxonie, Angarie & VVestphalie dux, & Albertus frater eius. Omnibus in perpetuum notum esse volumus, tam præsentibus quam futuris, quod nos ob reuerentiam Dei, & salutem animarum nostrarum, ecclesie sanctæ Mariæ genitricis DEI, & beati Iohannis Euangelistæ in Suerin, terram Tribuses, prout tenditur in Stralesfund, conferimus cum omni iure, iudicio, seruitio & vtilitate, si qua nunc est, & in posterum esse poterit, ita tamen, quod memoria felicitatis recordationis patris nostri Ducis Alberti, sicut ducis Henrici fundatoris dictæ ecclesie, & nostra, post mortem nostram, cum deuotione annis singulis peragatur, vnde dictam terram ad manus Imperij ad vtilitatem supra dictæ ecclesie liberaliter resignamus. Et ne nostrum solenne factum, ab aliquo valeat impediri, vel perturbari, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri appensione, & testium inscriptione duximus corroborandam. Testes sunt hi: Domina Helena mater nostra, Comes Guntzelinus, Milites, Conradus VVackerbarth,

10

Barth, Detleuus de Bärkentin, Hinricus de Rychovve, Hinricus de  
Insula, Hinricus Huxet. Clerici verò, Vvernerus pater, Olricus episco-  
pus Raceburgensis, Nicolaus scholasticus Suerinensis. Ioannes præpo-  
situs de Rune, & alij quam plures. Acta sunt hæc anno Domini M.  
CC, L XI, die vndecim millium virginum,

Sed ad **CONRADVM** episcopum Magno Duci Megapolita-  
no *συνυπαρνού* & familiarem redeo, qui Petro Lostio, patritio Vvismariensi,  
& Margarita filia Conradi Pegelij senioris, à quo in ecclesijs vrbis Vvis-  
marix aliquot beneficia fundata hodie extant, genitus: studijs bonarum  
literarum ac legum, consilio patruu Nicolai canonici Lubecensis & Sue-  
rin: opulenti, à prima ætate adhibitus & I. V. D. creatus, sub Baldasaro  
duce Megapolitano & Nicolao Pentzte episcopis, Tribseensem in Pome-  
rania archidiaconatum administravit. Quatuor enim archidiaconis,  
ecclesiastica diœcesis Suerinensis gubernatio præcipuè commendata fu-  
it. quorum vnus Rostochij, alter Vvarenæ, tertius Tribesefæ & Sundij  
in Pomerania sedem habuit. ab eo tempore, quo Henricus Leo dux  
Saxonix armis subactas Ducatus Rugix in continente provincias, Ber-  
nonis episcopi Suerinensis iurisdictioni subiecerat, et quanquam extincta  
Ducum Rugix familia veteri, post diuturna cum Megapolitanis bella  
Pomerani tandem duca tum occuparunt: ecclesiastica tamen iurisdi-  
ctio, Sundij & in vicinia penes Suerinensem episcopum permansit  
qui post mutatam quoq; patrum nostrorum ætate religionem,  
& Pacem Imperij, qua episcoporum Iuris dictio suspensa est decimas ex  
territorio Sundensi & Tribseensi, episcopo antiquitus debitas, multum  
tamen accisas, percipit. VVISmariensis verò ecclesiæ inspectio olim  
ad Raceburgensem: Stargardicarum, ad Havelburgensem: Gultrovi-  
ensis, ad Caminensem, episcopos pertinuit, qui tamen intra hominum  
memoriam, nullam in eas iurisdictionem vnquam exercuerunt.

Conradus episcopus Suerinj anno 1482. Cal. Iulij electus, & se-  
quenti demum anno consecratus, in ea tempora incidit, quibus Magno  
Duci Megapolitano Rostochij collegium ecclesiæ ad D. Iacobum in-  
stituere nitenti, variæ difficultates & aduersationes à Senatu & commu-  
nitate ciuium Rostochiensium, insidias libertati suæ, prætextu religionis,  
a principibus strui existimantium, obijciebantur. Quas sedare & tolle-  
re, autoritate sua ecclesiastica conatus, rogatu principis Magni, Se-  
natum & ciues sub pœna Interdicti monet, ne institutum Principis ad  
DEI gloriam, & cultus divini amplificationem spectans impedirent.

Cùm autem à monitoria episcopi ad PP. Rostochienses ap-  
pellarent, & fratribus S. Francisci & Dominici sacra facientibus, inter-  
dictum Conradi episcopi negligerent: Magnus Dux ipse Romam  
cum

Lib. 14. Van-  
dalia cap. 6. 8.  
p. 11. 14. 16.

cum Ioanne Raceburgensi episcopo profectus est, quem executorem in  
Causa Rostochiensi P P. Innocentius instituit, cui quanquam se paritu-  
ros esse senatus responderat, tamen de die in diem differri executionem,  
metu grauiorum turbarum in vrbe secuturarum petebat, donec tandem  
biennio toto exacto, principes Megapol. fratres, Magnus & Baldasar,  
cum episcopo Suerinensi Conrado & Ioanne Raceburgensi, urbem ipsi  
ingressi, collegium Canoniorum ad D. Iacobum inchoarunt, vbi qua  
acciderint & consecuta sint, copiose a Cranzio exposita, cum ad proposi-  
ta nobis tempora non pertineant, pratermitto. Conradus episcopus, vt  
Magno duci Megapolitano aetate coniunctus fuit: ita 32. do post Ma-  
gnum die, eodem anno 1503. exeunte, pridie natalis Christi ex vita disces-  
sit, cuius obitu, vacante sede Suerinensi, exequiae Magni per vicinos epi-  
scopos Lubec. & Raceb. ineuntis anni 1504. die 16. Ianuarij, solen-  
nibus ceremonijs & latina oratione funus principis cohonestan-  
te Alberto Cranzio, quam Vandaliae suae extremae in-  
seruit, celebratae sunt.

**POMERA**

Conradus episcopus Suerinensis anno 1484. Cal. Iulij electus, & Re-  
genti ducum anno consecratus in ea tempore incidit, quibus Magnus  
Duci Megapolitano Rostochij collegium ecclesiae ad D. Iacobum in-  
stituit, vnde in Rostochio aduersationes & sermone & conu-  
nitate cum Rostochiensi, in his libere libere, hanc tu rati-  
a principibus sicut in hunc, obsequium, quas scilicet & colle-  
re auctoritate sua ecclesiastica conatus, totum principis Magni, 25.  
natum & eius sub aera interdicti mones, ne in hunc Principis ad  
DEI gloriam & cultus diuini animum hunc in hunc impeditur.

Qua aetate a monitione episcopi ad P. Rostochienses ap-  
pellant, & tractibus, Francisci & Domini hanc hanc, inter-  
dictum Conradus episcopi negligens: Magnus Dux hanc Roman-  
tum

**POMERANIAM**, ab Rechinæ fl. ostio, secundum littus Germanici seu Balthici maris (vnde & nomen toti Prouinciæ ad mare sitæ inditum est) olim ad Vistulam vsque (vbi adhuc Pomerellæ regibus Poloniae parentis nomen superest) nunc ad Lebum fl. longo amplius 50. miliarium Germanicorum tractu pertinentem; vniuersam anno 1500. **BUGSLAVS X.** Heroica virtute & felicitate Princeps iam vltra viginti annos gubernabat, qui patriam penè oppressam, & continuis bellis propè exhaustam, verè heroica virtute & admirabili fortuna rursus erexit & confirmauit, & in tota vitæ & gubernationis suæ historia, celsitudinis animi & virtutum insignium ac successuum felicium exempla, & prouidentia ac præsentia **DEI** testimonia illustria posteris reliquit. Quæ diuinitus constitui & defendi imperia, & Principes aliquos excellenti virtute & felicitate à **DEO** ornari, & singularibus motibus regi, ostendunt, vt cursus eorum populis salutaris sit, & pacem post magnas bellorum tempestates, religionem, leges, iudicia, disciplinam, & alia iustæ ac honestæ gubernationis & vitæ præsidia & neruos restituant & conseruent. Inciderunt enim vitæ huius Principis initia, in tristes familiae ducum Pomeraniæ & acerbos casus, & patriæ periculosos motus intestinos, & bella externa, ex quibus non alio, quàm solius **DEI** auxilio potuit eluctari.

Natus est Bugslaus anno 1454, die 28. Maij, viuentē adhuc rege **Erico** sene, qui propter heroicam præstantis ingenij & virtutis indolem, & quod **Margaritæ** reginæ **Semiramidis Danicæ** ex sorore **Ingelburgi** nepos esset, olim planè adolescens, ad **Daniæ**, **Sueciæ**, & **Noruegiæ** imperium euocatus, cum amplius 40. annis ea rexisset, tandem relicta regnorum administratione, in patriam redijt, vbi viginti adhuc annos in ocio & quiete superstes vixit. 1439.

Tenebat is à patre **VVartislao VII.** acceptam vltiorem Pomeraniam (quæ adhuc **Henetorum** nomen retinet) cuius oppida sunt **Stolpa**, quod **Bugslau** nascentem excepit; **Rügenvold**, aulæ **Erici** sedes, **Sclage** quod à **Slauis** nomen habet &c. Accessit **Erico** seni, sexennio ante natum **Bugslau**m, ceterior Pomeraniæ pars, inter **Inum** & **Parfantam** fl. interiecta, cuius oppida sunt, **Stargardia**, **Caminum**, **Gryphenberga**, **Treptouia** ad **Regum** quæ **patruelis** ipsius **Bugslai IX.** ditio fuerat. Cuius **Bugslai IX.** anno 1448. defuncti vnica filia **SOPHIA**, **Erico II.** **Duci Pomeraniæ** (cuius pater **VVartislao IX.** **VVolgasti** ad ostium panis fl. aulæ sedem fixerat, nec tamen **Bardensem** ducatum, **Rugiam** & alias ditiones, quarum singulae singulos Principes habebant, eo tempore receperat) nupta mater fuit **Bugslai X.** quo nascente, **Stetinensem** etiam ducatum **Ino** & **Pani** fluminibus interceptum, qui florentissima Pomeraniæ pars est, peculiaris Princeps iam annis amplius 150. possidebat. Cum autem inter tot Principes multæ de finibus & successione disputationes essent: accessit hæc etiam **Erynnis**, vt **Ericus II.** dux **VVolgastensis** iuuenis, de **soceri Bugslai IX.** ducatu, **Regi Erico seni**, qui eum vt proximus agnatus occupauerat, controuersiam moueret, & armis se ius suum repetiturum ostenderat. Hac iuuenis temeritate & petulantia adeò offensus est **senex Ericus**, vt præsentibus multis Principum legatis, qui dirimendæ controuersia causa conuenerant, & aliâs, adfirmaret, non **Ericum VVolgastensem**, sed **Ottonem Stetinensem** sibi propiore gradu agnatum, ideoq; heredem proximum esse.

1459.

Cum autem paulò post, durante adhuc discordia, Rex Ericus decessisset, et si dux Ericus, totam regis Erici hæreditatem, fratre etiam suo VVartislao X. excluso, sibi soli vindicare, quod vxor Sophia, regis Erici patruelis filia erat, nitebatur: tamen, cum eo tempore minus diligenter conseruatis aut perlustratis veteribus monumentis gradum agnationis liquidò non demonstraret; Marchio Fridericus II. elector Brandeburgensis, VVartislai X. socer, & Ottonis III. Ducis Stettinensis, tutor, allegato regis Erici, qui Stettinensem Principem, vinculo agnationis propiore, quam Ericum VVolgastensem, sibi iunctum esse, palàm adfirmarat, testimonio nixus; perfecit, vt ditiones à rege relictae in tres æquales partes diuisæ, Ottoni Stettinensi & Erico II. & VVartislao X. VVolgastensibus, pariter distribuerentur.

1465.

Decimo ætatis Bugslai anno, inexpectata Ottonis III. Ducis Stettinensis planè adhuc adolescentis morte secuta, Fridericus elector Brandeburgensis, ducatum Stettinensem, (qui florentissima Pomeraniæ pars est, duodecim vrbes continens, Ino & Pani fluminibus terminata) morte Ottonis, cuius VVolgastenses duces agnati non essent, apertum, sibi ratione transactionis inter Ludovicum Romanum & Barnimum III. Ducem Pomeraniæ ante centum annos factam, vt deficientibus hæredibus masculis, marchiones succederent, debitum, conferri à Friderico III. Imp. petiuit: & Stettinensium ac Pomeraniæ Ducis titulum tunc primùm vsurpare cœpit. Sed subditorum in equestri ordine & ciuibus (vno consule Stettinensi Marchita excepto) tanta fuit erga superstites principes, Ericum Bugslai X. patrem, & VVartislauum X. ab eodem stipite, Barnimo primo videlicet) septimo gradu distantes, beneuolentia & fides, vt extrema omnia suorum principum & hæredum legitimorum nomine subire decernerent.

Cum igitur post aliquot annorum tractationes, nec dominium vtile nec directum ducatus Stettinensis, quem feudum Marchicum agnosci à ducibus Pomeraniæ Fridericus marchio volebat, se adipisci posse cerneret: anno 1468. cum tredecim Principibus foederatis bellum Pomeranis indixit, & oppidum Gartz, & arces Loknitz & Vierraden cepit, VVermündam irrito conatu obledit. Stettinum proditione consulis occupasset, vt Lanij quidam fortè serius domum reuertentes, portam hosti iam iam venturo à consule noctu patefactam, occludi curassent. Sed rebus ex animi sententia parum succedentibus, Marchio, dolore animi aliquantò post extinctus est.

1471.

Succesit ei frater Albertus Achilles Germanicus, cui Fridericus III. Imp. (Cum duces Pomeraniæ aliquoties ab eo citati, vt in persona se apud Imp. sisterent, se excusassent: & tandem legato eorum in itinere mortuo, tertia vice omnino non comparuissent) totam Pomeraniam in feudum concessit, & anno 1471. mandata ordinibus ducatus Stettinensis & coniunctis, imperialia misit, vt Alberto marchioni Homagium præstent, eumq; dominum recipiant.

Cum autem his tantis motibus & bellis, Pomeraniæ, à vicina marchionum familia illatis, prætextus inde quæsitus sit, quod Genealogia principum minus accuratè superioribus seculis, annotata fuit, sicut & Cranzius alicubi in ea hæret, & in Iohannis Bugenhagij Chronico alia serie quædam recensentur: integram DV-CVM POMERANIÆ GENEALOGIAM, ex archiuis, & literis foundationum, diuisionum & recessuum hæreditariorum, diligentissimè inquisitam & coagmentatam, ab eo tempore, quo Christianam religionem primùm amplexi sunt, vsq; ad nostram ætatem, sicut à nobilissimo & doctissimo Heroe, Valentino ab Eichstedt; ducis Philippi Cancellario, mecum communicata est, hoc in loco integram.

Vt

Vt autem ad Bugslauum præsentium Pomeraniæ ducum proauum, red-  
am: pater ipsius Ericus, dum aduersus Marchionem & foederatos, Stettinen-  
sem cis Viadrum ditionem armis tuetur; coniugem Sophiam cum Casimiro  
& Bugslao filijs, & quinq; filiabus, in vltiorem Pomeraniam, Borussia finit-  
timam, quæ pacatior & tutior erat, ablegat, VVartislaum filium apud se reti-  
net: Cumq; anno 1474. Bogislaus obiisset: eum statim VVartislaus senior fi-  
lius secutus est.

B V G S L A V S, cum ex tota nobilissima Pomeraniæ principum stirpe,  
solus cum patruo VVartislao vnica spes generis deinceps propagandi superes-  
set, summo omnium subditorum studio & alacritate receptus est. Sed  
instabat denuò, & minis & armis vrgebat Marchio Albertus, quem Germani-  
cum Achillem dixere, vt feudum Pomeraniæ marchionibus ab Imp. Frideri-  
co tributum, recognosceret, & se Vasallum marchionis profiteretur. Prouo-  
cante autem Bugslao ad Iuris cognitionem, Albertus bellum renouat, & Piri-  
tij Bugslauum obsidet, qui inde elapsus, nouis collectis copijs obsidionem sol-  
uit. Postea ducum Megapol: Magni & Baldasaris intercessione tandem  
Prenslauia res composita est, his conditionibus, vt occupata vtriq; retinerent,  
captiui vtrinq; dimitterentur, Friderici fratris Alberti filia Margaris Bugslao  
nuberet: & Bugslai ac ordinum Pomeraniæ literis, de successione, si mascu-  
la ducum Pomeraniæ linea desineret legitimè marchionibus caueretur.

Biennio post VVartislaus, Bugslai patruus, transactione Prenslaensi non  
comprehensus, singulari stratagemate oppidum Garz, monitu & opera viri  
nobilis Bartholomæi Brushauerij anno octauo post, quam in marchionum  
potestatem venerat, vna cum arcibus Quadrigario & Lökenitio recepit. Irritatus  
ita marchio bellum denuò mouet, & amissa quædam recuperat, sed Gar-  
ziam irrito conatu obsidet. Cum autem durante hoc postremo bello, VVar-  
tislaus, exeunte anno 1478, decessisset: Bugslaus tandem, cum marchione in-  
tegrè transigit, & pacem perpetuam & constantem sancit.

Eluctatus itaq; ex tot bellorum fluctibus & Pomeraniam vniuersam solus  
imperio suo subiectam tenens Bugslaus, deinceps iudiciorum ordinem & au-  
toritatem & disciplinam ac pacem repressis latrocinijs & rapinis, quibus belli  
tempore multi impunè grassabantur, & itinera publica infesta tenebant, &  
alia vitæ ciuilibus commoda & ornamenta restituit, cumq; viros sapientes, iu-  
stos, fideles & magnanimos, Henricum Borkium, Hardingerum Ostenium,  
& postea VVernerum Sculenburgium, & Georgium Klestium Cancellarium,  
DEVS ipsi consiliorum, & rerum gerendarum socios & ministros adiunxisset,  
horum monitu & præfecturarum œconomias, belli tempore concussas aut op-  
pignoratas constituit: & senatum aulicum ex nobilitate, Prælati, & Iuris ac le-  
gum peritis, velut perpetuum iusticiæ & pacis custodem ordinauit, & latas in  
senatu sententias seuerè executus est, ac prædones in primis & raptores diligen-  
ter peruestigatos supplicijs debitis affecit. Hæc seueritas in iusticiæ & pacis  
violatoribus grauius plectendis, & in audiendis ac iustè componendis subdi-  
torum negocijs comitas, industria & assiduitas, magnam ipsi auctoritatem, re-  
uerentiam & gratiam in populo pariebant, vt non secus ac heroem & seruator-  
rem Pomeraniæ coelitus demissum sui & exteri eum amarent & venerarentur.  
Breuiter autem euentus aliquot insigniores, ex vita illius, adscriptis annis, reci-  
tabo.

1479.  
mense Iulio.

Anno 1486. sororem Catharinam Henrico seniori duci Brunsvicensi,  
 Suerini apud affinem Magnum ducem Megapol: copulauit, atque inde in  
 ducatum Brunsvicensem 1000. equitibus armatis, comitatus, cum nouo  
 affine profectus, pacem ipsi à ciuitatibus vicinis, Hildesie confœderatis op-  
 pugnatò, sua virtute & industria recuperauit. 1487. Magno duci  
 Megapolitano, affini suo aduersus rebelles Rostochienses opem laturus,  
 Rostochium ad portam, D. Petri irritò conatu obsedit. 1488. à  
 ceruo lethaliter vulneratus est. 1489. prima coniunx Bugslai Margaris  
 Marchica sterilis obiit. Quare biennio post ANNAM Casimiri Polo-  
 niæ regis filiam Stettini duxit, ex qua Casimirus, & anno 1493. die XI, Apri-  
 lis, Georgius, per quem familia propagata est, & Barnimus, qui sine prole ma-  
 scula obiit nati sunt. 1491. Bernardi Maltzani rebellis Vasalli arcem  
 VVolde funditus euertit, qui vicinos Demminenses & alios petulanter læse-  
 rat, & multa aduersus principem ipsum insolentiæ & contemptus exempla  
 ediderat. Anno 1496. exeunte, iter in Italiam & Palæstinam Bug-  
 laus ingressus est, cuius peregrinationis historia integra & heroicæ fortitu-  
 dinis Bugslai aduersus piratas Turcicos, in mari editæ, & honorum, qui à se-  
 natu Veneto, à Pontifice Alexandro Romæ, & Imp. Maxæmiliano Oeni-  
 ponte ipsi exhibiti sunt, descriptiones copiosæ extant. Rempublicam ipso  
 absente Benedictus Episcopus Camminensis, Georgius à Slabrendorff Magi-  
 ster ordinis S. Iohannis, VVernerus à Schulenburg & Georgius Kleist Can-  
 cellarius sapienter, iustè & feliciter gubernabant. Anno 1498. in patriam  
 reuersus, adduxit secum ex Italia Petrum Rauennatem, & filium ipsius Vin-  
 centium, Iuris Doctores per quos Academiæ Gryphisvaldensis celebritatem  
 auxit. Anno 1500. cum Ioachimo I. Electore Brand: qui patri Iohanni re-  
 cens mortuo, successerat, hæreditaria fœdera & successione pactum, Bugsla-  
 us renouauit.

1499.

## MARCHIAM

enim Brandeburgensem anno Christi  
 1500 gubernare cœperat Ioachimus eius nominis primus in hac familia prin-  
 cept & elector: filius Iohannis, & Margaritæ, natæ VVilhelmo III. Duce Sa-  
 xoniæ, & Anna, Alberti II. Imp. filia, & Sigismundi nepte: frater Alberti  
 postea archiepiscopi Magdeburgensis & Moguntini electoris, tandem Car-  
 dinalis creati anno 1518.

1513.

1514.

Cùm autem de nomine & veteribus  
 incolis ac familijs principum Marchiæ, & alijs Dei donis ac ornamentis in  
 eam collatis, Oratio nuper delineata extet, poterunt qui volent, hac occa-  
 sione attentius eam relegere, & quædam præsentì instituto seruientia, in-  
 texere.

Nomen amplissimæ regioni, quàm à metropoli, Brandeburgensem  
 MARCHIAM hoc tempore appellamus, etsi consentaneum est a limite Imperij  
 factum esse, quem Henricus Auceps, collocato in arce Brenni, Duce aduersus  
 vicinos Henetos & Obotritos, defendi voluit, sicut (exemplo Caroli magni,  
 qui in Morauia & Austria marchiones seu defensores limitum aduersus Sar-  
 matas, Polonos & Vngaros creauit) in cæteris etiam finibus imperij à se  
 ampli-

amplificati, Marchiones Misnæ, & in Lusatia aduersus Boëmos, Slesuici aduersus Danos & Iutas, Badenses aduersus Gallos constituerat: tamen non absurdum esse arbitror, à veteribus incolis Sueuis Marcomannis, quorum excellens virtus, & vires, & scientia ac gloria rei militaris, atq; ipsa etiam sedes, pulsus olim Boijs, virtute parta celebratur, appellationem deriuare.

Hos enim orientalem Albis ripam antea tenuisse non obscure ostendit Velleius Paterculus, qui ipse fuit in exercitu Romano, quem auspicijs Augusti Cæsaris Tiberius vsq; ad Albim fluuium, domitis antea interiectis Germaniæ populis, perduxit, & cum classe Romana, flumine Albi subuecta, coniunxit. Disertè enim inquit, Cum nihil iam esset in Germania, quod se Tiberio palàm opponeret, præter gentem Marcomannorum, hos Marobaduo duce, natione magis quàm ratione barbaro, excitos sedibus suis, atq; in interiora refugientes, incinctos Hercyniæ syluæ campos, cui regioni Boiohemum nomen sit, incoluisse, ac è regno Marobadui, Sueuos, Senonas & Longobardos fuisse Tacitus ostendit, postea cum Boëmiam Marcomanni tenerent, Morauis alteram partem Hercyniæ cingentibus, & Marchiæ flumini, & Marcomannorum campis è regione Viennæ nomen ab eis relictum esse non dubium est. Quo in loco etsi aliquot annis post, M. Antoninus armis & precibus christianæ legionis Melitenæ eos repressit: tamen virtutem eorum & fortitudinem non extinxit, qua incitati paulò post Italiam ipsam sub Aureliano Imp. inuadentes, ad Padum Romanos fuderunt.

Certum est autem, Iulij Cæsaris & nati Christi tempore, Marchiam, quæ nunc ferè quadranguli figura, ab ortu trans Viadri ripam, Poloniæ fines: à borea, Pomeraniam & Megapolin: ab occasu Albim, & trans fluuium, Lunenburgensem Ducatum: meridie Electoratum Saxonæ & Lusatiam attingit: magna ex parte à vetustissimis ac nobilissimis Sueuorum populis inhabitatam & cultam fuisse. ac inter Sueuum, Haelum, & Albim SENONAS consedis, quorū integritas, fortitudo & grauitas tantopere à Strabone prædicatur, vt *Σένορες* quasi *σεμνὸς* dici existimet, ac respondisse eos suo nomini, maximæ res domi forisq; gestæ & virtutis illorum vestigia in medias Gallias & Italiam impressa, & coloniæ eò deductæ, demonstrant. Nam hodierna die in Gallia, Senonum vrbs, quæ nunc sedes primatis regni Gallia est; & in Italia Senonum de nomine Sena; multæq; aliæ à Senonibus ædificatæ, extant. Et in captæ vrbs Romæ historia, Senonibus mixti fuisse Teutones narrantur, Quos in hac patria sede etiam, vicinos fuisse, Ptolemæus ostendit, qui in extremo quadranguli antea descripti, angulo, occasum solstitialem spectante, in diœcesi Haelbergensi, non procul Margaritopoli, Teutonarios, & inde orientem versus, Sueuis propinquos Teutones collocat, à quibus aliquot seculis nomen toti Teutonici genti nunc v̄sitatissimum extitit, sicut Saxones, quibus angustos ad radicem Cimbricæ Chersonesi fines, Teutonarijs propinquos, Ptolemæus tribuit, nomine & dialecto sua ferè dimidiam veteris Germaniæ partem inter Rhenum & Albim ac v̄terius ad Viadrum & mare Balthicum pertinentium, occupasse videmus.

Quem totum tractū, inter Albim, mare Balthicum (quod ab accolis Sueuis, Sueuicū illo tempore nominabatur) Vistolam & Hercyniā, Sueuicas nationes Marcomannos, Senonas, Longobardos, Angilos, Varinos, Hermunduros, Elyfios, Quados etc: tenuisse, ex Cornelio Tacito, Strabone & Ptolemæo perspicuum est, & ipsa Sueui fluuij, vrbem Arctoam, quæ Marchionū hoc tempore

## M A R C H I A

sedes est, præterlabentis, appellatio vetus ostendit, ac Lucanum etiã, inter populos, qui Iulio Cæsari aduersus Pompeium militarunt, hos Marchiæ incolas, qui in Gallia sub ipsius stipendijs meruerant, recensere meministis. Fundit ab extremo flauos Aquilone Sueuos Albis. Hi postea lacesiti vicinorum armis, ad loca Rheno propiora progressi, paulatim plura præsidia domo accita ad Rheni ripam adduxerunt: donec tandem Augusto concedente, in Rhetia & locis, fonti Danubij & Rheno vicinis, confederunt.

In eo autem tractu, qui nunc vetus Marchia dicitur, nomen fluuioli & oppidi Angermundæ, veterũ Angriuariorum vestigiũ esse consentaneum est, qui postea progressi, teste Tacito, Bructerorũ sedes ad fontem Amasis fluuij inter Visurgim & Lippiã occuparunt, vbi hodierna die, oppidi & ducatus Angriuariorum regio est. His vicini ad Albim in diœcesi Parthenopæa, Longobardi fuerunt, qui clarissimis rebus gestis in Pannonia, et Italia, cõstituto regno, (quod etsi post annos 200, Franci occuparunt, tamen nomen Longobardiæ in hodiernam vsq; diem retinet) celebrati sunt: & nobilissimas familias Fori Iulij & Spoleti, penes quas Romani imperij titulus aliquandiu fuit, condiderunt.

Ad Viadrũ, Buguntis & Phrugundis Ptolemæi, à quib. Burgundos postea verus occasum progressos esse, & in Gallia regnũ constituisse apparet: et supra hos Ruticlijs & Sidinis, quorũ metropolim Stettinum hodie nominant, vicina est.

Post fatales illas gentium Germanicarũ migrationes, quæ annum Christi 400. secutæ sunt, Henetæ & Sarmaticæ nationes, immensis agminibus, Vistulã & Viadrum transgressæ, totã orientalem Germaniæ oram, à Danubio ad fontes Albis & inde secundum totam fluminis longitudinem vsq; ad Cimbricam Chersonesum, & vniuersum littoris Balthici tractum post annum Christi 500. cõpleuerunt, sicut hodierna die, nõ procul à Danubio, in Morauia, in tota Boëmia, et in toto Albis tractu, in Lusatia vtraq; prope Misnam & VVitebergam, & in ducatu Luneburgensi, lingua Heneta vtentes populi supersunt: & sex vrbes Henetæ, quarũ Lubeca metropolis est, veterem gentis sedem ostendunt.

Etsi verò diuersæ & varijs appellationibus distinctæ Henetorum nationes Marchiam & Balthici littoris tractum Vistulæ & Albi interiectum tenuerunt, Lebusij ad Viadrum, Lutitij ad Sueuum V Vilini circa Berlinum, Sorabi ad Albim à montibus Sudetis vsq; ad ostium Salæ: & in huius ducatus vicinia, Tolensij ad Neobrandeburgum & Deminum: Brizani, à quibus Prignicensis tractus, vocatur: & supra hos Obotriti in ducatu Megapolitano, & Heruli, quorũ vetustissimæ arcis <sup>quarũ</sup> rudera ad V Varnam fluuium prope vicinum huic vrbi oppidum Cygneam conspiciuntur: tamen vni Regum familiæ omnes paruerunt, cuius longissima, & ex vltima antiquitate repetita series, vsq; ad Illustrissimos Duces Megapolitanos Iohannem Albertum & Vtricum fratres, Academiae Rostochiensis nutricios, deducta, extat.

Cùm autẽ præcipua ornamenta regionum sint Principes sapientia & virtute excellentes, qui veram Christi religionẽ, honestam ciuium disciplinam, leges, iudicia, pacem, honestarum artiũ studia, in ditionibus suis excitant, defendunt & propagant; & Domini DEI, supremi principis loco, cuius imaginem et vices in genere humano gerunt, hæc diuina bona populis sibi cõmissis impertiunt & tuentur: relicta veterum incolarũ commemoratione, principum aliquot Marchiacorum, eximia virtute præstantium mentionem faciam, quibus præter Christianæ pietatis religiosam venerationem, summæ etiam fidei, prudentiæ, magnitudinis animi, & consilij ac diligentiæ in omni genere officij laudem merito tribuemus.

Primus

Primus gentes Henetas, totam hanc arctoam Germaniæ oram, à Vistula vsq; ad Albim & Salam annis iam quadringentis possidentes, coercere & vera Christi religione imbuere cœpit Henricus Auceps, ex laudatissima Saxonico-  
rum principum stirpe Imperator. qui non solum ad Albim & Salam domitis à se Henetorū populis, episcopos misnæ & Mersburgi primos constituit: verum-  
etiam traiecto Albi, interiora Henetorum regna penetrans, cum anno Christi  
927, BRANDEBURGVM, Hauelo fluuio adiacentem expugnasset: custodem limi-  
tis imperij Germanici aduersus Vandalos ibi collocauit SIGFRIDVM comitem  
in Ringelheim, fratrem coniugis suæ imperatricis Mechtildis, quæ collegium  
Quedlinburgense postea inchoauit. Sigfrido successit GERO, cuius toties VVit-  
tikindus Corbeiensis mentionem facit: monasterij Gerenrodensis conditor, ab  
Ottone I. institutus, qui propagatis ad ostium Haueli vsq; imperij limitibus,  
Collegium Ecclesiæ in monte Huelbergenfi anno 946, fundauit. cum antea  
Brandeburgi, Misnæ, Mersburgæ & alibi ecclesias à patre fundatas perfecisset,  
Geronis filius fuit BRVMITO, Brandeburgi in monte Harlungorū, vnā cum fi-  
lijs Meinfrido, Sighardo, Hermanno, sepultus. Quorum frater fuit HVGO, ille  
Hetruriæ Gubernator ab Ottone II. Imp. designatus, qui Ottonē Romæ ob-  
fessum. consilio pleno prudentiæ & fidelitatis liberauit. Is Pistorij in Italia mor-  
tuus anno 1001, Florentiæ in Abbatia à se condita humatus est. Huius ex fratre  
Sighardo nepos Theodoricus, irritato voce contumeliosa Misteuio Heneto-  
rum & Heruiorum rege vicino, Bennonis Saxonix ducis filiam Mechtildem  
ambiente, quod non esse Henetocani filiam principis Germanici elocandam  
dixerat: bello ab Henetis petitus, anno Christi 1020. amissa arce Brandeburga,  
& omni ditione sua exutus, Magdeburgi in exilio tandē ex hac vita emigravit.  
Postea Henrici III. Imp. tempore, cum Heneti arcem Brand. adhuc tenerent:  
Sigfridus II. comes Stadenfis, parti Marchiæ præfectus est, qui Landsberge pro-  
pè Berlinum, aulæ sedem habuisse dicitur, ex huius successoribus VDO, post in-  
terfectum ad Mersburgā Rodolphum Sueuum Cæsarem, eiectis Henetis & re-  
cepta vrbe Brandeburga, & trans Albim quibusdam oppidis Marchiæ additis,  
veterem ducatus formā restituit. Huius filius patri ὁμάνυμος, cum biennio ante  
Imp. Henrici III. obitum, conspiracy aduersus Imp. cum episcopis &  
principibus Saxonix fecisset: permissu Imperatoris, Pribislaus I. in littore Bal-  
thico rex Henetorum & Obotritorum, vt à suis maioribus amissas Heneto-  
rum ad Hauelum ditiones recuperaret: ex Marchia Vdonem eiecit.

Postea Henricus V. Imp. OTTONI DIVITI marchioni Heliopolios (vulgò  
Soltvedel, fortasè à falis scaturiginibus nominant) ex vetusta familia comi-  
tum Ascaniæ & Ballensted propagato, & Magni ducis Saxonix genero, titulum  
& insignia Marchiæ Brandeburgensis contulit, cuius filius, ALBERTVS Vrsus,  
tandem recuperata, oppressis Henetis Marchia, anno 1152. Mersburgi à Frideri-  
co Barbarossa Imp. inauguratus est. Cumq; post aliquot annos Henricus Leo  
Saxonix dux potentissimus, ab Imp. Friderico proscriptus fuisset: BERNAR-  
DVS Alberti Vrsi filius concessu Imp. Saxoniam quoq; vniuersam Marchiæ  
adiunxit, qui primus insignia trabium auratarum & nigrarum, & ferti rutacei  
vsurpauit.

Vt autem ab hoc Bernardo electores Saxonix veteres, & principes Anhal-  
tini ac duces Saxonix Laoburgenses: ita ab OTTONE Bernhardi fratre,  
conditore monasterij Leninensis propè Brandeburgam: familia Brandebur-  
gensium marchionū, qui annis ferè ducentis postea Marchiam gubernarunt,

propagata est. ac Ottonis filius Henricus, memoriam nominis sui, instituto primum collegio Stendaliense anno 1188. posteris commendauit.

Henrici ex fratre Alberto nepos, Otto pius, monasteriū in oppido Strausberg fundauit, cuius ædificia ruinosa, & chorum templi marmoratis parietibus & tot marchionū sepulchris olim insignem, nunc tecto nudatum sub dio complui & collabi, non sine admiratione superioribus annis conspexi. Huius Ottonis, ex filio Alberto, neptes fuerunt, Beatrix, Henrico Leoni duci Megapolitano nupta, quæ dotis nomine regionem Stargardiā in Ducum Megapol. ditionem attulit; & Agneta, Nicolao puero Rostochiensium Domino desponsa. Qua temerè repudiata, cum Otto & Hermannus Agnetæ patruelles contumeliam familiæ illatam ulturi Rostochio bellum intentassent, Rostochienses, deserto domino suo, regis Daniæ Erici tutelæ se subiecerunt. Otto pius fratrem habuit Iohannem, Chorinensis monasterij autorem, cuius nepos V Voldemarus II. vltimus ex hac familia marchio Brandeburgensis post sex fratres ante se defunctos tandem & ipse anno 1319. decessit.

Cum autem Ludouicus Bauarus Imp. feudū Marchiæ vacans, filijs suis Ludouico & duobus alijs ordine contulisset, & fictitijs quidam V Voldemarus, vicinorum principum, Bauaris inuidentium, consilijs & opibus adiutus, sibi illius possessionem armis vendicaret? varijs bellorum vicibus Marchia agitata est, donec sub Carolo III. qui eam ab Ottone filio Ludouici Bauari pecunia redemit, & anno 1376. Tangermündæ arcem condidit, aliquantum acquieuit.

Postea Sigismundus, Caroli filius, anno Christi 1410. Imp. creatus, Fridericum Noribergensem Burggrauum, stirpem præsentis familiæ Electorū Brandeburgensium, Gubernatorem Marchiæ præfecit; eiq; sexennio post, in concilio Constantiensi, anno 1417. die 18. April. feudum Electoratus Brandeburgensis solenni ritu contulit. De huius Friderici filio Iohanne, exemplum modestiæ, & animi in viro principe ab ambitione alienissimi, memoria dignum recitat Æneas Syluius. Cum enim Fridericus, anno Christi 1441. moriturus, quatuor filios, Iohannem primogenitum, ingenio placidiore, & ocij liberalis amantem: Fridericum, qui ob acrimoniam & industriā in rebus gerendis, marchio cum ferreis dentibus appellabatur: Albertum, Achillem Germanicum postea cognominatum: & Fridericum II. ad se euocasset: petit à Iohanne primogenito, vt ipsius voluntate Marchionatum Brandeburgensem, cui ius eligendi Imp. coniunctum est, Friderico fratri, ætate proximo, qui acriore animo & laborum tolerantior esset, conferre liceret. Cuperet enim se, in familia illa, in quam ipse primus dignitatem electorum à Sigismundo Imp. collatā intulisset, conseruari. Videre autem se, Iohannem quietis & tranquillitatis cupidiorum: Electoris verò dignitatem, cum perpetuis curis & laboribus coniunctam esse. Ideo se Friderico illam tuendam: Iohanni verò Voithlandiam: Alberto, Franconiæ partem, relicturum esse. Hanc patris sententiam cupidissimè Iohannes amplexus, beneficio singulari se affici iudicauit, quod sibi ocium, fratri Friderico negocium, extrema patris voluntate relinqueretur. Huius Iohannis filia fuerunt: Barbara Ludouici Mantuani marchionis vxor (quam inter matronas sui seculi forma & moribus præclaram Æneas Syluius celebrat) & Dorothea duorum Daniæ regum, Christophori III. & Christiani I. coniunx, Friderici II. nostra ætate in Dania regnantis proauia.

Iohannis frater, Fridericus, mortuo sine liberis Ottone III. duce Stettini, cum Pomeraniæ feudū velut vacuum à Friderico III. impetrasset; nec cognati

Ottoni

Ottoni principes, gradum agnationis perspicuè docere possent : titulum Ducum Stettini ac Pomeraniæ primus in hac familia vsurpauit, & diuturnum cum Pomeranis bellum gessit, quod mortuo ipso Albertus Achilles Germanicus pertexuit. Sed cum Bugslai X. Heroica virtute & felicitate Pomerania defenderetur, tandem hac conditione transactum est, vt Marchiones titulum & insignia ducum Pomeraniæ vsurparent, & hæredibus deficientibus in feudo succederent sicut centesimo ferè anno antè, inter Ludoicum Romanum & Barnimum III. Ottonis abauum quoq; conuenerat.

Honorificè autem & prolixè marchionis Alberti virtutem & fortitudinem bellicam celebrat, eamq; principum Italicorum iactationi longissimè præponit Æneas Syluius Senensis, qui postea PIVS II. Pontifex fuit, cuius vtpote hominis Itali de Principe Germano testimonium virtutis singulare, omni adulationis suspitione carens, in Europa illius cap. 93. & lib. 2. correspondentium Alfonsi Neapolitani dictis & factis exemplorum libro, singuli legendo cognoscere ipsi possunt.

Cum autem in comitijs electorū, quibus Maximil. I. Imp. electus est, anno Christi 1486. anno ætatis 72, die II. Martij, marchio Albertus Achilles Germanicus, procreatis octo masculis & decem filiabus, obiisset, duo filij Iohannes & Fridericus, qui soli superstites manserant, amplissimas regiones à patre relictas ita diuiserunt, vt Iohannes, dignitatē electorum & Marchiam Brandeburgensem. FRIDERICVS Franconiæ partem circa Noribergam teneret. Hic Fridericus, ex Sophia, Casimiri Poloniæ regis nata, duodecim filiorū pater fuit, & anno Christi 1536, ætatis 76, primū obiit. Ex filijs Casimirus bellica virtute præstans, in expeditione Vngarica contra Iohannem Cephium anno 1527. Budæ extinctus est, (relicto impubere filio Alberto, quem postea vicinis bellū inferentem & passim in Germania tumultuantem, & tandem patria ditione pulsum, & in exilio mortuum, Alcibiadem Germanicū ætas nostra nominauit.)

ALBERTVS, Borussia Ducatum, sapientia, virtute & fortitudine sua, Domui Brandeburgensi adiunxit, & annos 58. continuos iustè & feliciter gubernauit. GEORGIVS, princeps optimus, cum pietate non fucosa Deum coleret, & in gubernatione iustus, beneficus & moderatus esset, sincera & sancta fide, illucentem sua ætate, deterfis erroribus & idolis Pontificijs, puram & salutarem euangelij doctrinam, inter primos amplexus est: & ecclesias ditionum suarum piè & religiosè iuxta verbi diuini normam emendauit & paterna benignitate fouit. Postea in conuentu Augustano anni 1530. in quem epitalis certaminū ecclesiæ nostri temporis incidit, cum confessio, quæ Augustana inde nominatur, Carolo V. Imperatori exhibita est: nulla odia, nec pericula, piæ doctrinæ confessoribus tum proposita defugit, sed aperte & constanter, & nominis sui subscriptione, ostendit, se id doctrinæ genus in confessione expositū amplecti: & nusquā optimo principi Ioanni Duci Saxonie Electori, pulcherrimæ illius & æterna laude celebrandæ confessionis ἐξάρχω defuit. Hunc veræ pietatis & studij erga religionem & ecclesiam ardentis cursum constanter deinceps vsq; ad vitæ finem vsit, nec tam mandatis & legibus, quàm vitæ suæ exemplo, populum, ad veræ pietatis & cæterarum virtutum officia inuitauit. Huius, ex Æmylia, Augusti Saxonis sorore, filius GEORGIUS FRIDERICUS, vnicum hoc tempore illius familiaris à Friderico propagatæ columen, Ducatum Borussia etiam, patris Alberti virtute partum gubernat, & patris ac patris pietatem ac virtutem Heroicam studiosè ac feliciter imitatur. Sed

1552.

1554.

1557.

D.A.

1552.

1552.

1552.

Sed relicta ducum, in Franconia, à Friderico propagata serie: ad Brandenburgensis Marchiæ Principes electores reuertor, ex quibus IOHANNES, Achilles Germanici filius, Friderici frater, elector, tredecim solummodo annos patriæ præfuit, cuius prudentiæ, virtutis & eloquentiæ specimen in signe & memoria dignissimum, à Iohanne electore Saxonie aliquando commemoratum, alicubi his verbis recitatur.

Cùm duo præstantissimi eius temporis Reges MATTHIAS Hungaricus, & CASIMIRVS Polonicus anno 1489. ingentes exercitus in Silesiam duxissent, ac vterq; occupare regnum Bohemicum conaretur; Electores Germanici intelligentes, quantum viciniæ periculum futurum esset, si duo illi potentissimi Reges iam ingressi Germaniam, bellum ibi gererent: exercitum subito contrahunt ex ea Germaniæ parte, quæ & numero & robore equitum antecellit, sex millia equitum, & ad Reges Vratislauriam accedunt, orant, vt sinant rem componi, & pacis conditiones æquas proponunt, quæ ne contemnerentur, adfirmabant se adiuncturos esse copias illi, qui adfentiretur, aduersus alterum, vt sicut olim dicebatur, *ἀμα κρημνίω δόρυ* ostenderent, Ita pax facta est, Eius causæ orator publicæ in Regum & Principum confessu fuit Marchio IOHANNES, adeoq; laudata est oratio, vt sapientes iudicarent, quanquã in illo cœtu multi essent ingenijs, vsu & eloquentia, excellentes, tamen neminem fuisse hanc tantam causam tam splendidè dicturum, Ita tunc electorum consilio ac virtute, & eloquentia marchionis Iohannis Germania pacata est.

Iohannis filij fuerunt Ioachimus I. & ALBERTVS archiepiscopus Magdeburgensis & Moguntinus, electores, qui suæ pietatis & amoris erga doctrinæ cœlestis & literarum studia specimen illustre, non in patria solum anno 1506. instituto Francofordiæ ad Viadrum Gymnasio omnium doctrinarum & artium publico, verum passim in toto Imperio reliquerunt. & Albertus præcipue, præstantis ingenij, virtutis ac industriæ suæ præcones, egregios, Vlricum Huttenum, & Erasmum Roterodamum nactus est, Ioachimus etiam pater & filius, Georgij Sabini subditi sui poëmaticis & epistolis ad posteros duraturis celebrati sunt. In horum præstantium & laudatissimorum Principum vestigia hoc tempore IOHANNES GEORGIVS Elector Brandenburgensis successit, cui vt felicem & tranquillam gubernationem, & salutaria ecclesiæ & Reipublicæ consilia & successus tribuat Deus autor & custos imperiorum & principum bonorum, toto eum pectore pecor.

**BORVSSIÆ** Orientali 1500. Fridericus Dux Saxonie, Alberti filius, Georgij & Henrici frater, summus ordinis cruciferorum militum Teutonicorum magister præerat: tricesimus tertius ab Henrico V Valpod, qui primus in castris ad Ptolemaida ordinis fratrum domus Hospitalis S. Mariæ in Hierusalem, à Friderico Sueviæ duce Friderici Barbarossæ filio & cæteris in ea expeditione præsentibus Germanis Principibus & comitibus communi consilio instituti magister creatus erat: tricesimus ab Hermanno de Saltza, qui primus rogatu Conradi ducis Masouie, nepotis Boleslai III. Criuousti Poloniæ regis, ex minimo natu filio Casimiro: Aui Vladislai Loktici Poloniæ regis: cum exercitu cruciferorum Borussiam anno 1217 ingressus est, cum paulò ante Gladiferorum fratrum militiæ Liuonicæ ordo, ab Alberto Bremensi tertio post Menardum per Alexandrum III. Papam confirmatum Liuoniæ episcopo, inchoatus esset, qui tamen post 39. annos, cruciferorum in Borussia

ordini

ordini crescenti vnitus & subiectus est. Cùm autē post defectionem ciuitatum Prutenicarum ab ordinis magistro Ludouico, Erlingshusio ad Poloniae regem Casimirum, & bellum inde secutum; tandem Pax his conditionibus facta esset, vt Ordo, tota illa Borussia parte, quam rex tenebat, perpetuò cederet: reliquā, velut Poloniae regis feudum possideret, ita vt singuli ordinis magistri, intra sextum ab inito magistratu mensem, Poloniae regem, praestito fidelitatis iuramento, Dominum recognoscerent, eiq; aduersus quoscunq; opem ferrent. Id iusiurandum etsi aliquot ordinis Magistri deinceps secuti Polono dederunt: tamen Fridericus, quem modò nominavi, Saxoniae Dux, Maximiliano Imperatore & alijs Germaniae principibus auxilia ipsi ad excutiendum Polonorum iugum, & recuperandā libertatem amissam promittentibus; recusabat. Quem Poloniae rex Ioannes Albertus, cùm vi & armis reuocare ad officium moliretur: & iam Torunam vsq; cum exercitu progressus esset; subito apoplexia ictus, nono regni sui anno adhuc coelebs interiit. Verùm triennio post, cùm Alexander, qui fratri Ioanni Alberto successerat, Iuramentum fidelitatis à ciuitatibus in Borussia acciperet: Fridericus magister ordinis, cognito illius aduentu, ne vel iurare in verba regis, vel imparatus belli molem sustinere cogere, deserta Borussia, ad fratrem Georgium ducem Saxoniae, in Misniam se recepit, vbi Rochliciae anno aetatis 36, Christi 1510, die 14. Decembris, aqua intercute extinctus est.

1454.

1466.

1501.

1504.

1234.

1501.

1513.

CVR.

**LIVONIÆ** Princeps seu magister summus, anno 1500. fuit **VVALTERVS A PLETTENBERG**, Heroica virtute & felicitate excellens, ordine quadragesimus tertius à Vinnone primo fratrum Gladiferorum magistro in Liuonia instituto: quadragesimus primus ab Hermanno, qui fratrum militiae Teutonicae ordini Borussiaci primus se coniunxit hac conditione inter ceteras sancita, vt in Liuonicum ordinem soli VVestphali nobiles: in Borussia, soli superiores Germani reciperentur. Hic **VVALTERVS** non solum intestina Liuoniae bella sapienter ac feliciter composuit, verùm etiā, duobus magnis praelijs, Moscos, primum in Liuonia, & sequenti anno ad Plescouiam superauit, & quinquaginta annorū pacem Liuoniae optimis conditionibus extorsit. Liuonicum etiā ordinem, Prussiae magistro antea subiectū, certa pecuniae summa, Alberto ad bellum Polonicū se instruenti persoluta, liberauit, ac Princeps Imperij factus, vsq; ad annū 1535. Liuoniae in summo florem existenti praefuit. Est autem **LIVONIA**, ad Eoum maris Baltici latus porrecta centū & viginti miliaribus Germanicis, à Nerua Emporio, 62. gradui Latitud. subiecta vsq; ad Croni fl. quem Memelam hodie vocant, ostiū, ac finitimos habet ab ortū Moscos seu Russos; à meridie Lithuanos & Borussos; ab occasu mare Balthicū; à borea sinū Finnonicū; & Russiae partē ad Naruē & Louatae fl. exitus. Vniuersa in tres partes, locis & linguis distinctas, ESTIAM, LETTIAM & CVRLANDIAM distribuitur. ESTHONVM prouinciae HARRIAE, Reualia metropolis est: **VVIRIAE**, **VVESenberg**, **Tolsborg**, **Borcholm** episcopi Reual. sedes. **Allantakia**, **NERVA**, **Nyschlot**. **ODENPOæ**, **DERBATVM** **VVernebek**, **Helmede**, **Ringena** & **C. IERVIAE**, **VVittenstein**, **Lais**, **Ouerpolen**, **Vellin**, **VVICHIAE**, **Habsael**, **Leal**, **Lode**, **PARNOVIA**. Estthonis Insulae adiacent: **OSILIA**, 14. mill. patens; **DAGEDEN** 9. mill. longa, 4. lata. **MONA**, **VVormsee**, **Vrangen**, **Kien** etc. in quib. partim Esthica, partim Suecica lingua vtuntur. **LETTORVM** vrbes sunt, **RIGA**, **Kokenhusen**, **VVenden**, **vvolmar** & tota archidiocesis Rigenfis. Liui vero proprie dicti, tractū littoralē, à Riga & ostio Dunę, versus Salin & Parnouia incoluerunt.

**CURLANDIAE** oppida & arces sunt, Mitouu, Goldingen, Candouu, VVin-  
douu, Grubin, Pilten, Amboten &c. Bausken semigalliae arx est. Curlan-  
diam verò à Littorum populis & reliqua Liuania, fluuius **DVNA** distermi-  
nat, qui ex Russia, longissimo tractu, per Lithuaniam & Liuoniam manans,  
duobus infra Rigam milliariibus, in sinum Liuonicum & Balthicum mare  
tandem infunditur.

Triginta enim ab vrbe Moscha occasum versus milliariibus, ad gradum  
long. 62. lat. 57. Sylua vasta & palustris est, VVolkousky dicta, vbi non lon-  
gis & æqualibus ferè decem milliarium interuallis, quatuor amplissimorum  
fluminum, ac in his **DVNAE**, fontes emanant. **VVOLGA**, longissimo per Mo-  
schouiam & Tattariam in orientem tractu, tandem propè celeberrimum em-  
porium Citracham seu Astrachan, in mare Caspium, multis ostijs effunditur:  
**BORYSTHENES**, d. Neper ab incolis appellatus meridiem versus VVie-  
tzman, Drobiobus, **SMOLENSCO**, Orsam, Dobrunam, **KYOVIA**, Rus-  
siae, olim metropolin & archiepiscopi sedem, Circaßum &c. alluens, tandem  
40. mill. infra Circaßos in Pontum Euxinum defertur: **LOVVA TA**, in bore-  
am cursu directo, Vielico Lucam (36 mill. à Polocia) & Nouogardiam ma-  
gnam præterlabens, in sinum Finnicum ad Coporram effluit.

**DVNA** verò, longo primùm tractu in occasum decurrens, vbi Lithu-  
aniam attingit, oppida & arces Vitebsiam, Vlam, Torolam, **POLOCIAM**,  
Vsatzem, Disnam, (à Vilna 40. milliariibus distantem) Drissam, Druham,  
inde in Liuania Duneburgam, Selburg, Kakenhusiam, Asceradum, Lein-  
vvard, Vxel, Kirchholm, **RIGAM** præterlabens, duobus infra Rigam mil-  
liariibus in sinum Liuonicum, mari Balthico contiguum, se exonerat.

Cingunt autem Liuoniam, ab ortu & borea vndiquaq; **MOSCHOVVI-  
TARVM**, vt nunc nominant, seu **RUSSORVM**, eadem cum cæteris Sarmatis,  
Polonis & Boemis lingua vtentium, regiones amplissimæ; à glaciali Oceano  
& Sueciae ac Norvvegiae finibus, vsque ad Meotin ferè & pontum Euxinum  
& Tyram fl. ac montem Carpathum porrectæ, nam Podolia etiam, boreali  
Tyræ fl. ripæ adiacens & Vollinia, & Russia ad Carpathi radices sita, cuius epi-  
scopi sedes Leopoli est: Russicarum gentium prouinciæ sunt, iam Poloniae  
regno subiectæ. **MOSCHORVM** autem & Moschouitarum nomen, vni  
ex multis Russorum borealis oræ populis, non ita pridem, ab arce & flumine  
Mosqua, in Occam & VVolgam se exonerante, tribui cœptum est, cum ante  
200. annos, Iohannes quidam Dux, Danielis filius, sedem suam ibi constitu-  
isset, cuius posteris suo quodam fato crescentes, vicinos Russorum populos  
in multas ditiones diuisos, & feraliter inter se dissidentes; Paulatim connu-  
bijs, successioneibus, vi & fraude sibi adiunctos, longe Moschis nobiliores &  
potentiores, imperio suo subdiderunt, vnde Moschorum nomen, in omnes  
illis subiectas nationes, quarum nomina in titulo suo enumerare magni Mo-  
schouiae duces solent, propagatum est. Omnes autem Russorum & Mosco-  
rum duces ab anno Christi 1236 vsq; ad Basilium præsentis Moschici tyran-  
ni patrem, Tattarorum subditi & beneficiarij extiterunt. Magnus verò Dux  
seu Rex Moscouiae anno 1500. fuit **IOANNES**, (Basilij cœci, quem fratris fi-  
lij regnum inuadentes oculis priuarant, filius: Basilij & Sophiæ, Viroldi Li-  
thuaniani

thuani filia, nepos; Demetrii pronepos) qui potentia & felicitate omnibus suis maioribus longè antecelluit.

Daniel.

Ioannes castrum Mosquæ vrbis primus incoluit.

Ioannes.

Basilus anno 1400. floruit.

Basilus cæcus

Georgius.

IOANNES MAGNVS

Andreas, Demetrius

vsq; ad annum 1505.

Basilus.

Ioannes nostri temporis tyrannus.

Ioannes quem anno 1500 adhuc regnasse dixi, primus se Monarcham totius Rursiæ scripsit, & præter cæteras amplissimam Ducis Tvverensium Michaëlis, cuius sororem Mariam coniugem primum habebat, prouinciã: & NOVOGARDIAM magnam, vrbem potentissimam, & emporio celebri, ab omnium harum vrbium mercatoribus frequentari solito illustrem, Imperio Moschico adiecit: & hoc anno 1500. latè in tota Rursiã dominans, filia suæ Helenæ maritum Alexandrum, Casimiri Poloniæ regis filium, magnum Lithuaniae ducem, missis in Lithuaniae exercitibus oppugnabat: ducatum Smolensensem, & reliquas ad Borysthenem Rursiæ prouincias vsq; ad Berezinam fl. maioribus suis ademptas, à genero reposcens. Etsi autem aliquot territoria, Alexandro, nec virium, nec animorum satis, contra tam potentem hostem habenti, ademit, & sequenti anno in Lithuaniae & Liuoniam exercitus remisit: tamen à magistro Liuoniæ VValthero à Plettenberg, duobus prælijs victus: ad pacis conditiones, vtrique prouinciæ, tum foederatæ, tolerabiles descendens, Liuonis, quinquaginta, Lithuaniae sex annorum inducias concessit, & paulò post anno 1505. moriens, filio Basilio, quem ex altera coniuge Sophia, Thomæ Palæologi filia susceperat, imperium florentissimum tradidit.

Finitimi autem Moscis versus meridiem, & iam perpetui ferè illorum hostes, olim patroni & superiores Domini erant, Crimei TATTARI, quorum rex summus in Taurica Chersoneso sedem habens, Mahmekerei, a sidiuis incurfionibus Poloniam sub Iohanne Alberto rege vexabat. Euocatus igitur à Polonis & Lithuanis, Zauolgensium Tattarorum Princeps Schahmat, traiecto cum centum millibus Tattarorum VVolga & Tanai fluminibus, Mahmekereium occurrentem, acri & cruento prælio ad Kyouiam, quo à legatis Polonorum deductus erat, cædit. Sed filius Mendlikerius, instaurato bello, Schahmatem ad Kyouiam cum suis desidentem, & Polonorum ac Lithuanorum promissa ex foedere auxilia frustra expectantem, rursus ex improviso opprimit & profligat. qui cum paucis fugiens Kyouiam, à præfecto loci Vilnam transmissus est, vbi cum fugæ con-

C

filia

filia aliquoties cepisset petentibus Mendlikerei legatis ad perpetuos carceres damnatus, & Caenam deportatus est. CAZANAE Tattaricæ rex Machmedemin, filius Abrahami & Nursultanæ, Magnum Moscouiæ ducem, vt aliqui ipsius antecessores initio superiorem agnoscens, anno 1504. ab eo defecit, vnde varia & diuturna inter Moscum & Cazanenses bella exarserunt, donec tandem Ioannes, præsens Moscorum tyrannus, vrbe Cazano expugnata, & regibus captis, toto illo imperio Cazanensi nostra demum memoria potitus est anno 1551.

**POLONIÆ** regnum, ad ortum Borysthene, & Moscorum ac Tattarorum solitudinibus: ad austrum monte Carpatho & Tyra fl. ad boream, mari Balthico terminatum, & occasum versus ad Viadrum ferè pertinens (Silesiæ & nouæ Marchiæ fines stringit) anno 1500. Rex IOANNES ALBERTVS administravit; natus patre Casimiro magno: filio Vladislai primi ex Ingellonia Lithuanorum familia: qui anno Christi 1386. ducta Hedvige, Ludoici Vngariæ & Poloniæ regis filia, sacro fonte ablutus, & rex Poloniæ factus, amplissimas Lithuanicæ & Russiæ coniunctæ prouincias, cum Polonia primus copulauit. Huic seni, ex quarta coniuge Sophia Kyouiensium ducis filia, Vladislaus & Casimirus nati sunt, ex quibus ille, admodum adolescens, patri in Polonia & Lithuania; deinde Alberto Cæsari defuncto in Vngaria quoque successit. Vbi aliquot de Turcis potitus victorijs, hosti Amurathi contra Caramanos in Asiam profecturo, petenti pacem iureiurando confirmatam dedit, quâ instinctu Iuliani Cardinalis, legati Pontificij altero anno violata, ducens in Thraciam exercitum, apud Varnam cum Amurathe ex Asia reuerso conflictit, ac penè victor, subito conuersa fortuna, toto ferè Christianorum exercitu horrenda & miserabili strage à Turcis profligato, fortissime dimicans interiit, cui hoc epitaphium quidam composuit:

*Romulida Carras, ego Varnam clade notauit,  
Discite mortales non temerare fidem.*

*Ne nisi Pontifices iussissent rumpere fœdus,  
Non ferret Schythicum Pannonis ora iugum.*

1445. Post Vladislaum, ad Varnam cæsum CASIMIRVS frater minor, in Poloniæ regno successit. Qui Borussia totam & Pomeraniæ partem deditibus se ciuitatibus præcipuis ab ordine deficientibus, & ipsum ordinis magistrum tredecim annorum bello fatigatum, coronæ regni tandem subiecit. Huic ex Elisabetha, Alberti Cæsaris filia & Ladis-

Ladislai Vngariæ & Boëmiæ regis sorore, sex filij, in quibus quatuor Reges fuerunt, & totidem filia nata sunt, ex quibus Hedvvis, Georgio Duci Bauariæ Landshutensi, auo Ottonis Henrici electoris materno; Sophia, Friderico marchioni Brandenburgensi in Franconia sedem habenti: Anna, Bugslao X, Duci Pomeraniæ anno 1491; Barbara; Georgio Duci Saxonix anno 1496; Elisabetha Friderico Lignicensi elocata, illustrissimas totius Germaniæ principum familias, arctissimo adfinitatis nexu, Poloniæ regibus deuinxerunt.

Filiorum natu maximus Vladislaus, Boëmiæ regnum post Georgium Podebradum, ac mortuo Matthia, etiam Vngariam obtinuit. Casimirus & Iohannes Albertus, Vngaris quibusdam post Matthiæ mortem regem à patre petentibus propositi sunt, sed his dissensione partium desertis, Vladislaus primogenitus, reginæ Vngarorum Beatricis viduæ, coniugium illius expetentis, opera potissimum adiutus, cæteris fratribus prælatus est. nec longo tempore post, Casimirus sanctissimæ vitæ iuuenis, in Lithuania obiit. Fridericus Archiepiscopus Gnesnensis & Cracouiensis, ac ecclesiæ Romanæ Cardinalis fuit IOANNES Albertus, Alexander & Sigismundus, post patrem anno 1492. defunctum in Polonia ordine regnarunt.

1471.

1491.

Fuit autem præceptor Iohannis Alberti & Consiliarius, summæ apud eum autoritatis, Philippus CALLIMACHVS, Tutcus natione, Poëta & Orator ac historiæ scriptor non inelegans, cuius ingenium & vitæ cursum ac exitum memorabilem, inter reliqua virorum literis illustrium elogia, Paulus Iouius celebravit. quæ eam ob causam adscribo, quod paulò aliter de tempore & genere mortis Callimachi quidam prodidère quodque nihil ferè in Iohannis Alberti historia hoc viro mentione dignius sit. Callimachus antiquo nomine Philippus, Geminiano Etruriæ oppido editus, ingenium lectissimis literis Romæ excoluit, nec multò post, indignam in fonte animo subiit calamitatem, cum Paulus secundus illustres Academiæ sodales, odio temerè concepto, tanquam malignè conspirantes persequeretur, ita, vt ipse ante alios desumpti Græci nominis reus, tormentis & carcere pœnas daret. Ab ea autem iniuria indignabundus in vltimas terras profectus, Casimiro Sarmatiæ regi ingenij operam obtulit. Is virtute fortunaque clarissimus, sed Pontificij nominis hostis, quatuor Regum pater fuit. In honore tum erant optimæ literæ apud externos reges, vno præ cæteris Matthia Coruino studijs ac artibus eximijs liberaliter fauente. Itaque Callimachus Alberto filio præceptor datur, à quo demum, post Casimiri patris interitum, ad summum familiaritatis, atque potentia locum euectus est, tanta Polonorum consternatione, odioque, vt eum tanquam impium, & Moldauicæ cladis authorem, tyrannidemque impotenti imperio exercendam Regi suaderet, aula extruserint. Maligno enim iudicio nobilitatem, quod imperatæ pecuniæ & suscepto bello

auerfa eſſet, ſæuo hoſti obiectandam eſſe cenſuerat, vt nemo demum ſuſceſſet, qui libertatis per manum traditæ iura tueretur. Sed Callimachus, vel Alberto abſentis deſiderium vix ferente, ſemiexul in Vilna Sarmatica apud veterem amicum occultatus, fato ceſſit: ita vt morte celata ſine funere arefactus tepore clibani in armario ſeruaretur. Id reſciuit Alberto, & pietatis ergo, Cracouiæ in æde Trinitatis æreo ſepulchro honeſtandum curauit, de quo Ioannis Latomi inſcriptio tali diſticho concluſa extat:

*Aeneus eſt tumulus: mors aenea: aneus ille,*

*Qui legit hac ſiccis triſtia verba oculis.*

Præcipuum eius ingenij monumentum, extat Hiſtoria exactiſſimè conſcripta de rebus geſtis VLadiſlaj Sarmatiæ, atque Pannoniæ Regis: qui ad Euxinum Varnenſi acie, ab Amurathe ſuperatus interiit. Adeo enim eleganter eius grauiſſimi muneris leges impleuiſſe exiſtimatur, vt omnes, qui à Cornelio Tacito, per tot ſæcula, id ſcribendi genus attigerint, meo iudicio ſuperarit.

Acceperunt autem cladem illam in Moldauia Poloni, cùm anno Chriſti 1497. rex Iohannes Alberto expeditione in Turcas Poloniſ indicta, aduerſus Stephanum VValachiaſ ſuperioris, ſeu Moldauiaſ (ad boream Tyra fl. ad ortum ponto Euxino, ad occaſum Tranſyluaniaſ parte, ad meridiem Hoyna ignobili definitæ) principem duxit. ac irrito conatu obſeſſa Sotzauia gentis metropoli ad Moldauam fl. (vnde regioni nomen eſt) ſita; dum in Poloniã per ſyluarum ac montium anguſtias redit, à VValachis circumuentus, plurimis crudeliter trucidatis ægrè euafit, ac ſequenti anno VValachi, & præcopitaſ Tattari vicini, ab illis incitati in Podoliam & Ruſſiam effuſi longè lateque omnia populati, circiter centum millia hominum ex Poloniã regno nemine reſiſtente, in triſtiſſimam ſeruitutem, Turcis Macedonibus, Scythiſ & Aſiaticis paſſim vendita abduxerunt. Eas incurſiones anno vertente per Volhyniam & Ruſſiam australem ad Viſtulam vſque, & ruruſum anno 1500 per Lithuaniam Sandomiriam Lublinenſem &c. Tattari repetentes, & cædibus ac incendijs paſſim graſſantes, impunè ruruſum infinitam hominum & armentorum multitudinem abegerunt. vt ſanè infelix ſub rege Iohanne Alberto, quantum breui tempore regnante & prudentia, magnanimitate ſolertia & facundia, etiam latina non vulgari prædito, ſed parùm efficaci & in bellis infortunato; Polonia fuerit.

MASO.

**MASOVIÆ** etiam Duces, ex antiqua Regum Poloniae familia, nusquam interrupta generis serie orti, Ideoque vetustae stirpi Regiae multo quam Jagellones, sanguine propinquiores, duriter sub Iohanne Alberto afflicti & magna ditionis parte multati sunt. Mortuo enim Ianusio, Boleslai filio, Plocensium Masouiae duce, qui mortuo Casimiro, regnum Poloniae cum Iohanne Alberto ambierat; etsi fratrem Conradum & fratris liberos superstites habebat; tamen cum filios ex se natos non relinqueret, rex ditionem Plocensem velut feudum vacuum ad se transtulit. Cum Conrado, qui *ἐκων ἀέκωντι γε θυμῶ* assentiebatur, ita transegit, ut si Cirnensem ditionem iure haereditario ad posteros transmitteret. **VVARSAVIENSIS** vero, **VVissegradensis**, **Czarocimensis** ad Vistulam, **Lomzensis**, **Pultouscensis**, **Nouogrodensis** ad Nareium fl. **Camenicensis** ad Bugum & caeterae Masouiae prouinciae, Conrado defuncto, ad regem regnumque redirent. Sed has prouincias, defuncto Conrado, Anna vxor, ad regni senatum prouocans, & procerum Masouiensium consilio & fide singulari adiuta, filijs seruabat. Quare sub Alexandro rege, qui anno 1502, fratri successerat, in comitijs regni, prioribus Iohannis Alberti pactis iniquioribus abrogatis, ita transactum est, ut **VVarfauiam** & caeteras Masouiae ditiones, quascunque pater tenuisset, filij ipsius Ianusius & Stanislaus retinerent, & suis filijs relinquerent, & fratri sine liberis defuncto, frater succederet: non rex: ad quem deficientibus demum haeredibus Ducum masculis, tota Masouia rediret. Id paulo post anno 1526. amobus fratribus repente & continuo sublatis, sub Sigismundo rege, & Bona regina, factum est.

Cum autem creberrima ducum Masouiae, non in Polonicis solum, sed Germanicis etiam fratrum ordinis Teutonici in Borussiae historijs mentio fiat; Genealogiam eorum adiungam.

**Ioannes,**

**Stanislaus**

Duces Masouiae fratres, A.C. 1526. extincti.

**CONRADVS** Dux Masouiae **VVarfauensis** &c. obiit 1503.

**IANVSSIVS** seu **IOANNES** Dux Plocensis, cuius prouincias rex Ioh. Alb. occupauit.

**BOLESLAVS** Dux Masouiae, Rex ante Casimirum 1446. electus, sed non coronatus,

**Ziemouitus** Plocensis, **Vladislaus** Rauenfis *ἀμωδες* obierunt 1462.

Ziemouitus Rauenfis.

**Vladislaus** Plocensis. ⊕ 1455.

**Cimbürga** mater **Frid. III.** Imp.

**IOANNES** obiit 1428. Vxor **Anna** Keistuti Lithuae Ducis filia.

**Ziemouitus** Dux Masouiae Plocensis, contra **Sigism. Vng.** regem, rex Poloniae renunciatus, sed non coronatus, vxor **Alexandra**, Jagellonis soror.

Ziemouitus

obijt 1381.

Boleslaus

⊕ 1340.

Casimirus

⊕ 1354.

Ziemouitus

VVenceslaus,  
Ioanni Boem. Regi  
se subiecit, 1328.

Troidenus.

Conradus

Cirnensis ⊕ 1294.

BOLES LA VS Plocensis cum  
Henrico Probo regnum ambi-  
uit, obijt 1313.

CASIMIRVS

Dux Cuiaviae, pa-  
ter Vladislai Locti-  
ci regis Poloniae a-  
uus Casimiri magni.

Ziemouitus

⊕ 1260.

Miecislaus, Boleslaus

⊕ 1247.

CONRADVS

Dux Masouiae & Cuiaviae, equites  
ordinis Teutonici Crucigeros con-  
tra Prutenos primum accinit 1217,  
obijt 124712. LESC VS Albus Rex  
Polon. pater Boleslai Pudi-  
ci, interfectus a Suantepol-  
co 1226.8. Vladislauus  
maximus natu,  
a fratribus regno  
pulsus, stirps  
Ducum Silesiae.

9. Boleslaus.

⊕ 1143.

10. Miecislaus.

⊕ 1202.

11. CASIMIRVS  
minimus natu, tan-  
dem rex Poloniae 1178,  
vicit Prutenos, obijt  
1194.7. BOLES LA VS III.  
rex bellicosissimus &  
felicis. obijt 1139.

Criuouitus.

5. Boleslaus, II. qui S. Stanislaum  
interfecit, ⊕ 1081.6. Vladislauus,  
⊕ 1102.4. CASIMIRVS monachus  
⊕ 1056.

3. Miecislaus. obijt. 1034.

2. BOLES LA VS Chobri, acer, PRIMVS PO-  
LONIAE REX ab Ottone III. Imp. creatus,  
A. C. 1001. obijt 1025.

B

- Miecis-

<sup>β</sup>  
1. MIECISLAVS primus Poloniæ princeps Christianus.  
A. C. 967. Gnesnæ baptizatus. obiit 999.

Finitima regno Poloniæ ad Tyram fl. est VVALACHIA: ab ortu, Ponto Euxino; versus austrum, Istro; ad occasum Alutâ fl. in Istrum se exonerante & Transylvaniæ montibus terminata, cui in duas partes diuisâ, superiori ad Tyram, quæ Moldavia a fl. perlabente adpellatur, anno 1500. Stephanus vir acer & bellicosus (Bogdani filius) multis aduersus Turcas & Polonos clarissimis rebus gestis celeberrimus præfuit, cui paulò post extincto, Bogdanus filius successit: huic Stephanus, anno Christi 1526. huic P E T R V S ille, cuius ingenium acre & atrox, & fortunæ vices mirandas, qua post cœsum à Transylvanis auxilio ipsius Andream Gritum, & cladem à Sigismundo Poloniæ rege acceptam, à Turcis pulsus, & à Iohanne Vngariæ rege captus, & Constantinopolim missus, ac Peram relegatus, iterum à Solymano in patriam VValachia regnum restitutus est: lib. 40. Historiarum sui temporis Iouius, luculentè describit.

Minorem VValachiam Transalpinam à nostris, à Turcis Carabogdanam minorem dictam ab Hieralsi, quem Prud hodiè nominant, & Istri confluente, vsque ad Alutæ ostium, & vltèrius Vngariam versus pertinentem, peculiaris Princeps, Radul, Turcæ tributarius regebat. cuius ante 110. annos antecessor, à Sigismundo rege deficiens, Turcarum arma aduersus Sigismundum irritauit. quod primum exitij religionis libertatisq; Christianæ in VValachia & Vngaria à Turcis oppressæ initium fuit. A. C. 1390. Postea duo cognati VValachorum principes, Daan & Merches de dominatu inter se discordantes, cum Daan alterius potentia & viribus se superari cerneret, ad Turcarum in Bulgaria vicinorum auxilia confugit. alter à Sigismundo opem flagitans à Turcis vincitur, qui ea occasione tributariam sibi Transalpinam VValachiam primùm fecerunt.

Cæteræ ad meridionalem Istri ripam, linguæ Henetæ seu Slauonicæ gentes, Bulgari, Rascij, Seruij, Bosnenses, quas paulò ante annum Christi 600. Istro traiecto, Mysiam vtramq; & Illyricum totum, vsque ad mare Adriaticum occupasse, ex Procopij lib. 3. & Blondi lib. 8. & alijs constat: hoc anno 1500, Turcicis armis pleræq; fatigatæ, Baiazeti II. Turcarum Imperatori maxima ex parte parebant. BVLGARIA, à Bolga seu VVolga Russiæ fl. dicti, inter Danubium, Pontum Euxinum, & Hemi montes, in Mysia inferiore consistentes, & in extrema versus occidentem ora, SOPHIAM & Nicopolin vrbes celebres, olim tenentes; à Turcis, per VValachos Transalpinos à Sigismundo rege Vng. deficientes, primùm A. C. 1396. euocatis, capta Nicopoli, & postea ad eam urbem Sigismundi exercitu cæso, subacti, regem proprium nullum amplius habebant. & iam Bellerbegi Græciæ seu supremi in Europa Turcici imperij militum præfecti sedes, SOPHIAM in extremis Bulgariæ & Seruiæ (à Danubio in mediterranea magis recedentis) collocata erat.

**R A S C I I**, quorum vt lingua, sic nomen Ruffis cognatum est, vtramq; Danubij ripam, à VValachia & Bulgaria finibus, vsque ad Tibisci & Sauu ostia incolentes, paulò ante adhuc regem seu Despoten proprium, **G E O R G I V M**, regni Vngariae socium & amicum habuerant. qui regni sui vrbem præcipuam Albam Græcam, ad Sauu & Danubij confl. Sigismundo regi Vngariae, receptis ab eo alijs in Vngaria oppidis & Castellis tradiderat. Sed accensis in Vngaria post Alberti Cæsaris mortem dissidijs de successione & bellis intestinis Amurathes occasionem ob-

1439. seruans, tota Rascia direpta, & occupatis aurimetallis, Sinderouiam ad Danubium, Rasciae caput expugnauerat; & duos Georgij filios, Stephanum & Georgium captos excæcarat. Quos tamen paulò post, inuadentibus prouincias illius in Asia Caramannis, facto cum Vngaris fœdere, dimissos, in regnum restituit. Sed tertij fratris Lazari filiam postea Stephanus **B O S S E N A** rex duxit, qui mortuo socero, Rasciam quoque occupans, 1464. à Mahomete II. Turcarum Imp. excoriatus est.

BOSNA.

Primum autem Turci in Bossenam, leui & ridicula occasione, ab Hernoia quodam Spalethij duce, circa concilij Constantiensis tempora attracti erant. Nam in aula Sigismundi, Hernoia ille, vultu moribusque bouinis, ludibrij causa aliquando per mugitum salutatus erat à Paulo Chupore prouinciae illius præfule. Id cum in regia, vt fit, statim sparsum, risibus & iocis materiam in omnibus conuiujs & ipsa Sigismundi regis mensa præbuisset: Hernoia contumeliae impatiens, cum regem ipsum vnà ridere & delectari ipsius ignominia intelligeret: Vindictae cupiditate ardens, à Sigismundo ad Mahometem I. deficit, à quo acceptis equitum & peditum Turcicorum copijs; traiecto Sauo cœdibus & incendijs in Vngaria grassatur. & proceres, quibus Reipub. cura, rege in concilio absente commissa erat, ac in his Paulum Chupori, cum exercitu sibi occurrentes profligat: multos cædit, quosdam viuos in potestatem redigit. In his Paulum Chuporium bouino tergo insuit, ac misero insultans, iubet, vt qui sub humana specie, bouina quondam voce ytebatur, bouinam quoque nunc cum voce formam induat. His dictis eum in profluentem Sauum demergit. Hic primus Turcarum in Bossenam aditus fuit, de quo verè exclamare possis.

*Eheu quàm leuibus pereunt ingentia causis.*

Nam ea occasione Mahometi primùm in Bossena superiore præfectum Isaacum constituit, quem vbi auspicijs Sigismundi Nicolaus Macedo interfecit, rex Stephanus, Lazari Rasciani gener, Bosnam vsq; ad Mahometi II. tempora tenuit, à quo blandè euocatus & dolosè circumuentus & tandem pelle detracta necatus, vitam & regnum amisit.

Sic **B O S S E N A** quoq; vniuersa (cuius limites sunt, ad boream Sauius, ad occalum Croatia, ad meridiem Macedonia ad ortum Seruia à Danubio & Rascia in mediterranea magis recedens, vbi Dardani olim fedes

RASCIA

iii

sedes habuerunt) in Turcarum potestatem venit, laicam tamen medio inter superiorem & inferiorem Bossenam loco, ad Plenam fl. sitam, à Matthia Hunniade statim recuperatam, anno 1500 Vngari adhuc tenuerunt. Quo ipso anno, Turcæ à Ludouico Sfortia aduersus Venetos euocati ex Bossena per Croatiam, vsque ad Colapin fl. porrectam, & vicinam VVinidarum marchiam progressi ad mare Adriaticum, & littora vrbi Venetæ vicina excurrerunt, & longè lateque omnia populati sunt, sedem tamen in interiore illo sinus Adriatici recessu stabilem & Satrapiam seu præfecturam certam, nondum Turci fixerunt.

Croatiam autem, septennio ante à Ioanne Frange panno comite, aduersus Emericum Drencenum præsidentem euocati, horribiliter vastarunt, incolis regni illius plurimis in Austriam & Vngariam Dravo finitimam emigrantibus, ac sequentibus annis, aliquoties per Croatiam, in Carinthiam & Stiriam vsque progressi, multa hominum captiuorum millia in seruitutem perpetuam abduxerunt, donec anno 1051 pacem Veneti cum Turcis, relicta illis Methone & Corona fecerunt.

Interamnem verò Pannoniam, Sauo & Drauo fluminibus in Danubium exeuntibus conclusam, quæ olim Valeria, Sauia, Bubalia & Sirmiensis, hodie generali appellatione, *das Windische Land* appellatur, Vngariæ regni sociam & amicam, anno 1500. Vladislaus Vngariæ rex integram adhuc tenebat. Reliquas ad fontem Sauo & Drauum regiones Slauonicas, Coruatiam seu Carnorum sedem vetustam, cuius Labacum, à fl. allabente nomen habens, metropolis est, & Carinthiam ac Ciliam, & sinus Tergestini ac Istriae partem ad mare Adriaticum, Maximilianus archidux Austriae & Rom. Imp. aduersus Turcas & Venetos defendit. cuius posterius adhuc ea loca, Dei beneficio, vnà cum toto BOEMIAE cis Danubium regno, & coniunctis illi, Morauiae, Silesiae & vtriusque Lusatie Albi finitimae prouincijs, quas iam ab annis ferè mille, populi VVenedi seu Slaui passim incolunt, cum Imperio possident.

**BOIEMIAM** vero, anno 1500, non Austriae, sed Slauicæ gentis, rex VLADISLAUS, Casimiri Poloniae regis, Lithuanica stirpe oriundi filius, iam tricesimum ferè annum post Georgij Pogiebradi obitum; Vngariam verò decennium, post Matthiae Hunniadis excessum, tenuerat. & iam repudiata sponsa Beatrice, relicta Matthiae vidua, Ferdinandi regis Neapolitani filia sterile; ANNAM Gallam, ex Aquitania comitum Candallæ, & materna regum Navarrae familia ortam, ducere instituerat; consobrinam Germanæ, regis Hispaniae Ferdinandi catholici, conjugis secundæ. Ex hac coniuge Gallica, Vladislaus Boemiae & Vngariæ rex, filiam suscepit, cui auiae Elisabethae nomen in baptismo tributum est. Sed cum quadriennio post, filium Ludouicum enixa, partus doloribus extincta esset, pater vt desiderium coniugis leniret, Annam nominari filiam voluit, quam vno ante mortem



## SAXONVM, qui

nunc dimidiam veteris Germaniæ partem sua dialecto & ditione occupant, prima & antiquissima, apud Ptolemaum mentio fit, qui supra cimbrica Chersonesi dorsum, vbi nunc Holfati & Marfi vicini sedes habent, ad Albim, & in vicinis insulis eos collocat; finitimos ad boream Cimbris; ad ortum Teutonibus & Teutonarijs, cum quibus communi Cimbrorum & Teutonum appellatione ab exteris olim nuncupati sunt. Nominatim verò Saxones innotescere primùm Romanis, & celebrari in eorum historijs cœperunt, Cæsaris Maximiliani temporibus, postquam Francis confinibus suis adiuncti, maritimas Galliarum & Britannia oras, assiduis excursionibus & bellis infestarunt, paulò ante annum Christi trecentesimo. Primus igitur ex Romanis scriptoribus, Eutropius, in Diocletiani Imp. vita Saxonum cum Francis coniunctorum, annis amplius septuaginta, ante Valentiniani Cæsaris ætatem meminit. Deinde Ammianus Marcellinus, Saxones vnà cum Scottis, Britannos ærumnis vexasse continuis lib. 56. refert; & lib. 27. Gallicos tractus, FRANCOS & SAXONES iisdem confines, quo quisque erumpere potuit terra vel mari, prædis acerbis incendijsq; & captiuorum funeribus hominum violasse; & ducem Theodonium, qui postea imperauit, ad Britannia defensionem missum, ac Lundonium peruenisse narrat: & lib. 28 Saxonum multitudinem Valentiniano & Valente Augustis III. Coss. (anno Christi 372) erupisse, & Oceani difficultatibus permeatis, Romanum gradu intento limitem petijisse, & Romanorum sæpè partem funeribus, tandem concessa illis à Romano duce libera ad suos redeundi facultate, ex insidijs oppressam & deletam esse commemorat.

Processerant autem paulò antè, circa annum Christi 260. Saxonibus etiam quibusdam vicinis assumptis, terrestri itinere FRANCIS, relictis ad Visurgin vetustis Cauchorum sedibus, trans Amasin, ad Batavianam & Rheni ostia. Vnde à Constantio Constantini patre reiecti, Germanicam Rheni ripam ad Menum vsque occupantes, vetustas Sicambrorum & Tencterorum regiones possederunt. & in Meni traiectu, castrorum sedem, & velut arcem perpetuam FRANCOFVRDVM Saxonibus in meridionali ripa. Meni collocatis, fixerunt, ex qua perpetuis in vicina Galliam incursionibus factis, etsi, vt ante ab Aureliano, à Probo, à Constantio chloro, ex sexaginta, quæ in Belgico occupauerant oppidis expulsi; ita deinceps à Constantino magno, Iuliano Coloniam à Francis captam recipiente, & postea Stilicone, (quod passim deprædicat Claudianus, qui Francos, Salios, Sicambros, Caycos seu Chaucos, quorum partem Francos fuisse consentaneum est, promiscuè appellat) aliquantisper repressi sunt: tamen paulò post, Treuiros accersiti à Senatore, cuius vxorem Lucius præses Romanus, rapuerat, Regnum in Gallia pulcherrimum anno Christi 406. inchoarunt.

Lib. 16. Ammiani Marci.

Cum

Cùm igitur Franci, alijsq; ante hos populi, solum vertissent; SAXONES paulatim à littoribus Oceani, ostio Albis, & Chalusi, quo nomine Trauam fl. à vicino tractu, quem hodie Chluserort, & oppidum Chlusi appellat, nuncupari; & vicissim Trauæ fl. nomen vrbi ad Albim sitæ, à Ptolemæo, horum locorum ab Ægypti Alexandria remotissimorum non satis perito, tribui consentaneum est: Ab his, inquam, maris occidui, & orientalis seu Balthici littoribus, Albi & Trauæ vicinis, SAXONES, non naualibus tantùm excursionibus Romanorum prouincias infestantes, sed in Germaniæ etiam regiones interiores effusi, & Visurgin Amasinq; transgressi, Rhenum versus in Galliam procedere cogitantes, à Valentiniano repulsi in Westphalia constitierunt, & terras à Francis ad Amasin desertas, suæ gentis colonis sensim compleuerunt. Ideo Paulus Orosius Saxones, gentem in Oceani littoribus, & paludibus inuisitam, virtute atq; agilitate terribilem, in Romanos fines eruptionem meditantes, in Francorum finibus (qui orientalem Rheni ripam tenebant) repressos esse narrat. & D. Hieronymus, circa annum Christi 350. Francum, Constantij Imp. aulicum, ab Hilarione sanatum referens, candore corporis, inquit, patriam indicans. Inter Saxones quippe & Alemannos gens eius non tam lata quàm valida, apud historicos Germania, nunc verò Francia vocatur.

Nominat Saxones, Arcadij & Honorij Impp. temporibus, etiam Claudianus: maduerunt Saxone fuso Orcades, incaluit Pictorum sanguine Thule & alibi, Honorio & Stiliconi suo adulans, Roma, inquit, quantum te principe possim, Non longinqua docent, domito quod Saxone Thetys Mitior & fracto secura Britannia Picto. & Stiliconis effectum curis ait, ne Britannia littore toto prospiceret dubijs venturum Saxona ventis. At paulò post, Britanni desperatis Romanorum auxilijs, quorum à Gothis & Francis imperium in Italia & Gallia penè euersum erat, aduersus Pictos, Scottos, & alios, qui partem Insulæ iam tenebant, Hengistum Anglorum Saxonum ducem, inuocant, qui repressis Britannorum hostibus postea prætextu stipendiorum non solutorum, circa annum Christi 450. Britannos ipsos opprimunt, & cum Scottis, & Pictis, concessa illis Insulæ parte, transigunt: ac pluribus colonis ex Saxoniam accersitis, nomen Angliæ insulæ à se imponunt, eaq; de causa Angliam, transmarinam Saxoniam, Bonifacius appellat.

Quo tempore Sidonius Apollinaris, aliquoties Saxonum meminit, quorum peritiam rei naualis, & ingenium ac fortitudinem bellicam & in captiuos hostes truculentiam graphicè in epistola ad Nammalium depingit. & in Paneg. ad Auitum Iocorum: Quin & Atemoricus piratam Saxona tractus. Sperabat, cui pelle salum sulcare Britannum Ludus, & asfuto glaucum mare findere lembo. & ad Lampridium: Isthic Saxona cærum videbis, Asuetum salo, solum timere, cuius verticis extimas peroras, Alrat lamina marginem comarum &c. Aëtius etiam in prælio aduersus Attilam, Gothos, Burgundos, Francos & Saxones habuisse scribitur.

A. C.  
455.

Cùm

Cùm autem Francorum rex Theodoricus, Clodouei magni filius, Metis aulæ sedem habens, circa annum Christi 520. aduersus affinem suum Ermenfridum Turingorum regem bellum gereret; Saxonum auxilijs vsus est, quibus parata victoria, partem Turingiæ ad Harcyniam vbi adhuc vestigium arcis Sachffenburg ad Vnstrom superest, mercedis loco, vt pacti fuerant, Theodoricus concessit: eosque Francorum socios & amicos nominauit. Inde fabula de agro, quem à Turingis Saxones emerint, nata est, quam initio Annalium suorum VVitrikindus commemorat.

Secuta est Alboini Longobardorum regis in Italiam, à Narsete euocati, expeditio, qui vt plurimum sociorum præfidijs instructior eò veniret, viginti millia Saxonum sibi adiunxit, & regnum Longobardorum in Italia fundauit. cuius cum tæderet Saxones, anno sedecimo post, relicta Italia, pristinas ad Albim & visurgin sedes, à Sueuis, quorum reliquiæ Pomeraniam & Marchiam incolebant, interea occupatas, magna cum difficultate recuperarunt anno 584.

Præcipuè autem SAXONVM nomen & res gestæ, in bellis cum Francorum regibus Dagoberto, Carolo Martello, Pipino, & Carolo Magno, à quo ad veri Dei & redemptoris nostri Iesu Christi agnitionem & cultum adducti sunt, celebrari historiarum monumentis cœperunt. Quo tempore, LIMITES SAXONIAE veteris, ad orientem, Albis & Sala (tractum enim superiorem à confluente ad Sudetes montes, quem nunc Mysi & Voitlandi incolunt, Heneti Sorabi eo tempore possederunt) ad meridiem, Harcynij montes (Turingiam & Hassiam Francorum imperio tunc parentem, complectentes) ad occasum Rhenus ab ostijs Coloniam vsq; ad Boream, Eydorus fl. prope Slesvvigam, & vicini ad ortum Heneti, VVagrii, Polabij, Obotriti &c. fuerunt.

Totam verò Saxoniam, in tres gentes præcipuas; Ostphalos seu orientales, Angarios; VVestphalos, seu Occidentales, diuisam fuisse, VVitrikindus, Annonius, & †Vrspergensis testantur. Ex his VVESTPHALIA à Visurgi ad Rhenum vsque versus occidentem: Angarij seu Angriuarij, ad vtramque visurgis ripam (vbi postea ducatus ad visurgin fuit, & Minda, Heruordia, Lemgouia, Hamelia vrbes hodie florent, & vestigium nominis in pago Engern, sepultura VVitrikindi illius magni Saxonum ducis superest) sedes tenuerunt, Ostphali, ab orientali Visurgis ripa ad Harcyniam & Albim vsque pertinuerunt. Qui tractus, inter Visurgin a primo ferè ortu, & Albim ex montibus Boëmiæ prædeuntem, vsque ad amborum fluminum ostia interceptus, vna cum nouis Saxonum colonijs, ante 400. annos in Henetorum terras trans Albim vsque ad mare Balticum deductis, solus ferè, in nunc vsitata regionum Germaniæ distributione, antiquo Saxoniam nomine, exclusis ab hac appellatione VWestphalis, veris & antiquissimis Saxonum colonis censetur.

†  
In annis Leo-  
nis Imp. A. C.  
779.

Nam ex decem Germaniæ prouincijs seu circis, vt vocant, in comitijs Coloniensibus anno 1512. distinctis; Austriaco, Bauarico, Suenico, Francico, Rhenensi superiore ac Electorali Burgundico, VVestphalico, & duobus Saxonis: SUPERIORI SAXONIAE, exigua sanè & angusta, decem fortasse milliarium, Electoratus Saxoniae ditio, ad vtramque Albis ripam, & florentissima hoc tempore ac pulcherrimæ regiones Misniae ac Turingiae, & ex noua, seu Transalbina Saxonia, Brandeburgensis Marchia & Pomerania attribuuntur. SAXONIAE INFERIORI, reliquus ille veterum Ostphalorum inter Visurgin & Albim tractus, vsque ad vtriusq; fl. ostia, continens diœceses Magdeb. Halb. Hildes. Bremensem, Verd. Ducatus Brunsvicenses, Lunenburgensem & trans Albim Louuenburgicum, Megapolitanum & Holsatiae, vnâ cum Lubecensi, Raceburgensi, & Sverinensi episcop. hoc tempore adsignatur. VVESTPHALICVS orbis inter Visurgin & Rhenum, episcopatus Osnabrugensem, Monasteriensem, Mindanum, Padebornensem, ducatus Chuiæ, Bergæ, Geldriae & trans Rhenum Iuliacensem vnâ cum, Leodiensi & Traiectensi diœcesibus complectitur.

Quum igitur præcipuorum Saxoniae principum, politicorum & Ecclesiasticorum, nomina & successiones, ab anno Christi 1500, vbi Albertus Crazius desijt, continuare deinceps & pertexere vsque ad nostram ætatem decreuerimus: Ordinem in tribus hisce iam enumeratis regionibus seu circis seruatum, rectissimè sequemur.

SAXONIAE igitur superioris principes, anno 1500, fuerunt FRIDERICVS Sapiens elector, cum fratre IOHANNE, qui Turingiae partem regebat: & horum patruus ALBERTVS, eodem anno in Frisia extinctus, pater ducum Saxoniae Georgij, Friderici, & Henrici, ex quo (Henrico) Mauricius & Augustus electores, qui nostra ætate patriam fortiter & feliciter rexerunt, & ornarunt, progeniti sunt.

FRIDERICVS elector, Ernesti & Elisabethæ, natæ Alberto III. Duce Bauariae (cuius Alberti amita, SOPHIA, Venceslai Boemiae regis regina, & Iohannis Hussi patrona fuerat) filius; Friderici II. electoris Saxoniae, & Margaritæ sororis Friderici III. Imp. nepos; Friderici, qui primus ex familia Marchionum Misniae, dignitatem & ditionem electorum Saxoniae à Sigismundo Imp. anno 1423, adeptus erat; & Catharinae Henrici Ducis Brunsvic. filia, VVilhelmi Victoriosi sororis; pronepos fuit: natus die Antonij anno 1462. biennio ante quam pater Ernestus, ab auo materno Ernesto archiduce Austriae, nomen adeptus; Friderico II. electori Lipsiae, die 7. Septembris, ex hac vita euocato, successit, qui Ernestus Saxoniae electoratum, Misniam & Turingiam, fratre Alberto in bellis absente, amplius viginti annis solus ferè gubernauit, donec tandem, post Maximiliani Regis Rom. electionem, cum fratre ditionem partitus, paucis diebus post, 26. Augusti, anno ætatis 46. extinctus est, quatuor relictis filijs, ERNESTO Archiepiscopo Magdeburgensi FRIDERICO electore Saxo-

Saxonix. ALBERTO & Archiepiscopo Moguntino, de quo Virgilanum illud, Ostendent terris hunc tantum fata, nec ultra. Esse sinent, recte v surpauerimus. adolescens enim, ante annos curamq; gerens animumq; virilem, Dieterico Isenburgio, qui moniturus eum collegio comendauerat, in Archiepiscopatu successit, ac spe summa apud omnes bonos de se excitata, biennio post, annu agens ætatis vicesimu in humanis esse desijt. cum duobus ante mensibus mater ipsius Elisabetha Bauarica obiisset eximia prolis mater, quæ diuite partu Tres electores lumina clara dedit. Quartus enim & minimus natus huius Elisabethæ & Ernesti filius IOANNES, in Electoru Saxonix dignitate, fratri Friderico postea successit, & Boni ac Constantis cognomen adeptus est, cum confessione fidei, Augustæ, Carolo V. Imperatori nullis fractus minis aut terroribus palam, constanter, excelso, & intrepido animo exhibuisset, & in tota gubernatione Bonum Principem nihil à patre bono differre exemplo suo declarasset. Hic, solus inter fratres, ne ditio inter plures distracta imbecillior fieret, hoc anno 1500, coniugem duxit, Sophiam, Magni ducis Megapolitani filiam, Henrici & Alberti sororem, ex qua Iohannem Fridericum postea Saxonix electorem, pridie Calend. Iulij, anno 1503. suscepit, in cuius nascentis dorso crucem aureo colore fulsisse ferunt, matre post paucos dies in puerperio extincta. Deinceps igitur aliquot annis elapsis, Margaritam Voldemari Anhaltini Principis filiam, VVolfgangi sororem, in matrimonio habuit, ex qua Iohannem Ernestum ducem Saxonix Coburgensem, & Mariam, Philippo Pomeraniæ duci nuptam procreauit, de quibus suo loco dicetur. Filix Ernesti, electoris Friderici & Iohannis sorores, fuerunt: CHRISTINA, Daniæ regi Ioanni, anno 1478. elocata; quæ Christiernum II. regem genuit: MARGARITA, Henrico Iuniori duci Luneburgensi nupta, Ernestum, & Franciscum Duces Luneburgenses filios habuit, qui cum Ioanne electore Saxonix, auunculo, confessionem Augustæ Imp. Carolo V. simul exhibuerunt.

ALBERTVS, Dux Saxonix, Ernesti frater, Friderici & Ioannis patruus, maximis rebus pro Maximiliano rege Romanorum in Belgico aduersus Gallos & Belgas contumaces, & pro patre illius Friderico Imp. aduersus Matthiam Vngariæ regem in Austria gestis clarissimus, DEXTERA manus IMPERII Innocentij VIII. literis nominatus est. Huic cum rex Maximilianus & filius Philippus, meritorum ergo, Frisiam, Isulæ & Amasi interiectam donassent, vt titulo hæreditarij gubernatoris Imperij nomine eam teneret; & hic occiduam illius partem tumultuantem armis pacasset, & aliquot annis per filium rexisset, detrectantes obedientiam vicinos Groningenses, domare auxilijs vicinorum Principum, & in his Transamasanæ seu Orientalis Frisix comitis Ezardi, qui Tammam oppidum Groning vicinam occupauerat, instituit. Cum autem aliquot menses urbem Albertus obsedisset, in ipsa conditionum pacis tractatione, Heros clariss. rebus adhuc pendentibus, incertum quo morbi aut mortis genere, die 12. Septemb. ex hac vita discessit, cuius intestina in templo Emdensi condita; reliqui corporis exuuia Misenam delata, & regali splendore, iusta funebria facta sunt.

Coniunx Alberti fuit ZEDENA, GEORGII Pogiebradi Boëmiæ regis filia. Cùm enim VVilhelmus III, Dux Saxoniz, Alberti patruus, post adolescentis Ladislai Boëmiæ regis ad finis sui mortem, in ciuili diffensione, à quibusdam ordinibus, Silesijs præcipuè, ad regnum Boëmiæ vocatus esset: spontè Georgio, ab altera factione electo, vt Ionathas Dauidi, de regno cessit, ac perpetuo amicitiz foedere cum illius familia inito, filiam Annam, Alberti Imp. neptem Henrico regis Georgij filio, qui Dux Monsterbergensis postea creatus est, coniugem dedit, ac vicissim, cùm liberis masculis ipse careret, fratris sui Friderici II. electoris Saxoniz filio ALBERTO, regis Georgij filiam Zedenam matrimonio copulauit. Ex qua nato filio, nomen aui materni inditum est, GEORGIO Duci Saxoniz, qui in gubernatione patri Alberto anno 1500. successit, & patrum memoria Misniam magna cum Iusticiæ clementiæ & prudentiæ laude, in annum ferè quadragesimum rexit, ac ex Barbara, Casimiri Poloniz regis filia, nouem liberos, Ioannem, VVolfgangum, Fridericum, Magdalenam, Christinam, Christophorum, Annam, Agnetem, Margaretam suscepit, qui omnes vnica filia Christina, Philippi Landgrauij Hassiz coniuge excepta, ante patrem obierunt.

*DNIA 1496.*

Frater Georgij HENRICVS, adolescens, Frisiz à patre præfectus, cùm seditiosæ multitudinis rebellantis impetu furioso, in oppido Franica obsessus, in summo vitæ discrimine versaretur, anno 1500. à patre, (paucis mensibus post in Frisia mortuo) liberatus est. Deinde vt peregrinatione prudentiam aleret, & variorum populorum instituta, & mores cognosceret, fortè etiam religionis ergò, vt illius temporis persuasio erat, Hierosolymam, & post aliquot annos Compostellam in Hispanias profectus est. Deinceps Imperatoris Maximiliani aulam & bella secutus, cùm in patriam rediisset, à fratre Georgio, angustam sanè regiunculam, cuius præcipua vrbs Friberga erat, accepit: vbi, Catharina, Magni ducis Megapolitani filia, vxore ducta, Mauritium & Augustum electores Saxoniz, & Seuerinum, qui viuentem patre, in aula Ferdinandi Oeniponte decessit: & filias, Æmyliam, Georgio marchioni Brand: Sibyllam, Francisco duci Saxoniz, Lauenburgensi, & Sidoniam vel Zedeniam, Erico Brunsvvicensi iuniori postea nuptam suscepit. Tertius Alberti ducis Saxoniz filius FRIDERICVS, Teutonici ordinis in Prussia magister anno 1500. erat, vnde, cum fidem iuratum Poloniz regi dare recusaret, in patriam redijt, & à patruale Ernesto, Magdeburgensi archiepiscopo, coadiutor factus, ante Ernestum, aqua intercute extinctus Rochlicij ex hac vita, anno ætatis 38. Christi 1510. emigrauit. Quo ipso anno etiam, Zedena mater, fato functa, Misnæ ad latus mariti condita est.

Filia Alberti Catharina Sigismundo Austriæ archiduci, & hoc mortuo 1497. Erico duci Brunsvvicensi nupta & Mundæ sepulta est.

*1493.*

Nunc ad FRIDERICVM Saxoniz electorem redeundum erat, qui anno post excessum patris septimo in Palestinam profectus; & biennio post, primis Maximiliani comitijs, in quibus IVDICIUM CAMERÆ institutum,

*1495.*

&

& PAX PUBLICA, quæ extat, sancita est VVormatiæ præsentia sua co-  
honestatis: anno 1500 Augustæ etiam consilia Maximiliani, de constitu-  
endo senatu imperij perpetuo pro pace & salute publica excubante adiuuit,  
& anno 1502. Vitebergensem Academiam, veræ de Deo, & omnis elegan-  
tioris doctrinæ, domicilium, omniumq; piarum in Germania Scholarum  
metropolin postea factam, fundauit. Cùm autem Friderici huius, &  
fratris Iohannis ac sequentium Saxonie electorum historia vitæ, & lauda-  
tiones luculentæ, in omnium manibus versentur: nolim ijs commemo-  
randis, quorum summæ suo postea loco annotandæ erunt, hoc tempore  
immorari.

Sed familiæ præsentium Saxonie electorum, quam à marchionibus  
Misniæ, & vetusta ac nobilissima VVittikindi magni Saxonum & Angria-  
uariorum regis stirpe, nusquam interrupta sanguinis serie deriuant, par-  
tem adscribam.

VVITTIKINDVS magnus à Carolo magno

Imp. ad veram Christi religionem ad-

ductus A. C. 785.

VVittikindus junior comes VVethinij &

Soraborum, ad Salam & Albin.

Ditgrems

VVittikindus stirps

Ditmarus

regum Gallie.

Dietericus tempore Ottonis I.

Dedo.

Dietericus II. tempore Henrici Pamberg.

Dedo hostis

TIMO minimus natus inter

Henrici III.

sex fratres, MARCHIO MIS-

Imp.

NIAE ab Henrico III. desi-

gnatus, A. C. 1091.

Dedo fundator mona-  
sterij Petersberg pro-  
pe Halam 1102.

CONRADVS tempo-  
re Lotharij & Conradi  
III. Imp.

OTTO diues,  
sub quo metal-  
la Fribergensia cœ-  
perunt 1170.

Dietericus III. fun-  
dauit Dobreluch  
in Lusatia.

Dedo condidit CEL-  
LAM ad Mildam  
1174.

Albertus pa-  
trem cepit,  
fratrem eiecit,  
obiit 1195.

Dietericus III, à fratre pulsus, ducta IVDITHA, Her-  
manni Langr. Thuringiæ filia, ditionem recuperat.  
cùm Misniam, fratre Alberto mortuo, tres annos Hen-  
ricus VI. Imp. tenuisset. ⊕ 1220. die 27. Feb.

HENRICVS ILLVSTRIS Marchio Misniæ &

D iij

Land.

## S A X O N I A.

Landgravius Thuringiæ primus, Anno Christi  
1248, confirmatus post transactionem cum  
Sophia, S. Ludoici & Elisabethæ  
filia 1263. ⊕ 1288.

ALBERTVS degener Landgr.  
Thuringiæ, vxor Margarita, filia  
Friderici II. Imp. fugiens mariti  
crudelitatem, obiit Francofordij  
in monasterio 1270. vendita Adol-  
pho Imp. Turingia tandem inops  
& exul Erfordix obiit 1314.

Dietericus V. mar-  
chio Misniæ fra-  
tris filios hæredes  
instituit.  
Albertus.

FRIDERICVS Admorsus post bella cum patre 1281,  
Imp. Adolpho 1294, 1295, & Alberto Imp. 1306. 1307. ge-  
sta, vrbes Imperij Aldeburgam, Cygnæam & Chemni-  
cium in compensationem damnorum & expensarum  
anno 1308. subegit. ⊕ 1325.

Theo-  
doricus.

Fridericus Grauis, comit. Orlamund & Vinariam ditioni adiecit  
1345. electus Imp. 1348. ⊕ 1349. vxor Mechtild, filia Ludoici  
Bauari Imp.

Fridericus strenuus cum  
coniuge Elisabetha Hen-  
nebergensi ditionem Co-  
burgensem accepit. Voit-  
landiam occupauit ⊕ 1381.

VVilelmus I.  
vnoculus  
⊕ 1407.

Baltasar Landgr.  
Thuring. ⊕ 1406.

Fridericus Pacificus  
⊕ 1439.

FRIDERICVS bellicosus  
primus Elector Saxonix,  
à Sigismundo Cæs. creatus  
1423. ⊕ 1428.

VVilelmus II.  
Diues ⊕ 1425.  
fundauit Al-  
denburgense  
Collegium.

Fridericus II. pla-  
cidus Elector, ha-  
buit sororem Fri-  
derici III. Imp.  
Margaritam obiit  
1464.

Sigismundus  
episcopus  
Herbipolen-  
sis. ⊕ 1457.

VVilelmus III.  
Landgravius Tu-  
ringiæ. ⊕ 1483.  
vxor Anna, filia  
Alberti Imp.

ERNESTVS  
Elector obiit  
1486.

Anna nupta  
Alberto Achil-  
li Germ.

ALBERTVS  
obiit 1500.  
12. Septem.

FRIDERICVS AL- III. sapiens, sub quo Lutherus scri- bere contra Pon- tificem cœpit. ⊕ 1525.	BER- tus arch, Magde- burgensis. ⊕ 1532.	ERNE- STVS epi- scopus Magde- burgensis. ⊕ 1532.	IOAN- NES. Bo- nus & constans lis. ⊕ 1532.	Georgius Fri- dericus obiit 1539. 17. Apri- lis.	Henricus natus 1473. die 16. Martij. vxor Ca- tharina filia magni Ducis Megapolitani.
--	--	---	---	--	---

IOANNES FRIDE-  
RICVS elector, Nutritius  
ecclesiæ & scholarum, ca-  
ptus à Carolo V. 1547. die  
24. Aprilis, liberatus 1552.

⊕ 1554.

Ioannes Frideri-  
cus Gothæ captus  
1567. Aprilis 13.

Io. Ernestus  
Coburgæ se-  
pultus.

Ioannes  
Vilhelmus, Dux  
Saxonæ, ⊕ 1573.

MAVRITI-  
VS Elector in  
prælio cum  
Marchione  
Alberto ic̄tu  
globi perijt  
1553.

CHRISTIA-  
NVS

IOAN. Ca- simirus,	IOAN. Er- nestus,	Frid. Vil- helmus.	Ioan- nes	Christianus Au- gustus 23. Sept. Anno 1583.	Ioannes Geor- gius 6. Martij Anno 1585.
-----------------------	----------------------	-----------------------	--------------	---	---

In Diœcesibus Saxonæ superioris ad Albim & Salam: MISNENSEM Ecclesiam, ab Henrico Aucupe primùm fundatam, & à filio illius Otto ne magno, redivis certis & ædificio templi, anno 958, consecrati, orna- tam; rexit anno 1500, Ioannes, ex Salhusiorum familia, ordine quadrage- simus secundus à Burcardo primo pastore, quem ex cœnobio S. Emerani Ratisbonâ euocatum, Otto concionatorem aulicum hæcenus habuerat.

Fuit autem præsulis Ioannis, sagacitas, prudentia, seueritas, magnitu- do animi & industria in officio suo eximia. Libros precationum, lectio- num & cantionum, quibus sacerdotes vtuntur, ab Andrea Proles, cuius tum eruditio & pietas inter monachos præcipuè celebris erat, emendari & imprimi curauit. Præcones indulgentiarum, nomine & autoritate anti- stitis Magdeburgici, venias venales circumferentes, ex sua diœcesi planè reiecit, & populi stultitiam reprehendit, qui pecuniam mitteret in eam ci- stam, ad quam referendam clauis non haberet. Superstitiones tempo- rum suorum multas palàm improbauit, ac se, sacra Biblia legentem, Reli- gionem præsentem valdè dissimilem inuenire dixit. Nobili cuidam de Mis- sarum fundatione consilium ipsius petenti, respondit, pulcherrimum in equo membrum esse oculos. Verùm si totum corpus nihil præter oculos esset, prodigio magis quàm ornamento id futurum esse. Nullum animal audacius esse eo, quod è cucullo prospiceret, de monachis aiebat, ac mul- ta illius similia in superstitiones ætatis suæ iocantis apophthegmata fe- runtur, deniq; paulò ante obitum, à Tecelio indulgentias denuo vendi au- diens, dixit Hunc fore Indulgentiarum institorem vltimum, quod nimia ipsius & intoleranda impudentia esset.

MERSBURGENSEM Tilo de Trote, senex : quadragesimus primus à Bosone primo Episcopo, nobili Bauaro, itidem ex cœnobio S. Emerani Ratisbona accersito. Quem anno Christi 968. præsentè Ottone magno fundatore, Albertus archiepiscopus Magdeburgensis, & cum Bosone, Burcardum Misnensem, Hugonem Citiensem, Tudonem Havelbergensem, & Dietmarum Brandeburgensem, episcopos primos ordinavit, & Magdeburgensis diœceseos membra & suffraganeos esse voluit. **NAO-**

**BURGENSEM** diœcesin gubernavit Ioannes Schönbergius, ordine tricesimus octavus ab Hugone primo, Citij ad Elistrum, anno 968. autoritate Ottonis, à quo Hugone, quartus Hildebertus, Naoburgum ad Salam, sedem & titulum episcopi, auspicijs Eccardi Marchionis Misniæ ac Turingiæ, Gunteri Pleiffensis filij, paulò post annum Christi Millefirmum transtulerat.

ANHAL

La Diœcesibus Saxonie superioribus ad Alton & Salam Misniam  
 Eisdem, ab Henrico 4. hunc partem in ducatum, & a thilo illius Otto  
 ne magno, rediversitate & rediversitate, anno 972, constitutus, eius  
 tam, rediversitate, & rediversitate, anno 972, constitutus, eius  
 sumus locutus, hunc primo pastore, quem ex cœnobio S. Emerani  
 Ratisbonæ, Otto concinnavit, hunc hactenus hactenus.  
 Hinc tunc prælatis Joannis, sagaces, prudentia, tenentis, magis  
 doctum & industriam in officio suo eximia. Libros prælectionum, lectio-  
 num & cantionum, quibus sacros, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea,  
 tum studio & pietate inter monachos præcipue, & Antea, & Antea, & Antea,  
 impium curavit. Precones in ducatum, nomine & autoritate anti-  
 stitis Magdeburgensis, venis, venas circumferentes, ex sua diœcesi plan-  
 tavit, & populi salutem reprobendam, qui hactenus in eam re-  
 stant, ad quam referendam clare non habet. Superfluitates tempo-  
 rum innotuit, nullas palam improbanis ac se, sacra Biblia legentem, Reli-  
 gionem præterit, & de dissimilem invenit dixit. Nobili curiam de Mis-  
 lam fundatione constituit, ipsius petenti, respondit, & hactenus in  
 edno membrant esse oculos. Verum si totum corpus nihil præter oculos  
 esse prædixio magis quam ornamentum id futurum esse. Nullum animal  
 audacius esse eo, quod è cucullo prospiceret, de monachis sicbat, ac nun-  
 trallus similis in reprobationes, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea,  
 tunc, deinde, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea,  
 dicit, hinc fore indulgentiarum infirmitatem, quod  
 Antea, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea, & Antea,

**A N H A L D I N Æ** Ditionis, quæ superiori Saxoniam ad Albim continens & adiuncta est, principes, anno Christi 1500. fuerunt: **V V O L D E M A R V S**, Georgius ac cæteri fratres, nati patre Georgio seniore, qui Sigismundi principis Anhaltini filius; Ioannis nepos; Alberti junioris pronepos; Alberti senioris abnepos; Sigfridi, stirpis Seruastanæ conditoris atnepos; Henrici I. Principis Anhaltini, Bernardo Vrso duce Saxoniam patre prognato, trinepos fuit. Genuerat autem Georgius senior nouem filios ex quatuor coniugibus, quarum prima Offega, Alberti ducis Saxoniam electoris postremi vidua, Conradi ducis Silesiæ in Olsen filia fuit, altera Meza (sic enim scriptum nomen inuenio) soror Bernardi vltimi Bernburgensis, qui Ottonis filius; Henrici nepos; Bernardi pronepos; Bernardi stirpis Bernburgicæ conditoris, Sigfridi Seruestani fratris, abnepos; Henrici primi Principis Anhaltini atnepos, anno Christi 1466. extinctus est. Tertia Sophia comitis Honsteinij (quem Sigismundum in stemmate Margaridis **V V o l d e m a r i** filiam vocari video) quarta Anna, **V V i c h m a n n i** postremi comitis Reppinensis & Lindaensis soror. Ex his coniugibus nati Georgio ante annum 1500. fuerunt filij nouem Bernardus, Ioannes, Laurentius, mature mortui, **V V o l d e m a r v s**, Georgius & huius gemellus Sigismundus; Henricus **E R N E S T V S** & Rodolphus, & octo filiam. Cum autem ditio angustiior videretur, quam vt tot Principum sumptus sustinere cum dignitate posset: Præsertim cum Contentem ditionem sobrini adhuc superstites possiderent: **R O D O L P H V S** militiam secutus, aliquot annos Imperatori Maxamiliano, dissimulata generis dignitate, inseruiit: donec tandem magnitudine animi, virtute, fide & industria in rebus gerendis, Generosam & Heroicam naturam & familiam prodens, a Maxamiliano agnitus, in bello Veneto, exercituum illius in Italia summus Imperator fuit, cuius etiam Franciscus Guicciardinus in historia anni 1513. meminit. **V V o l d e m a r u s** Margaritam, Guntheri Svartzburgij (filij Henrici & Elisabethæ Cliuensis) & Margaridis **V V i l e l m o** Hennebergenfi natæ filiam, in matrimonio habuit, ex qua **M A R G A R I S**, altera Ioannis electoris Saxoniam coniunx, & **V V o l f g a n g v s**, Princeps Anhaltinus, qui Confessioni Fidei Augustæ cum sororio subscripsit, & Ioanni Friderico Saxoniam electori postea familiarissimus fuit; anno 1492. in lucem editus est. **E R N E S T O** ex Margarita Henrici Ducis Munsterbergenfis Filia, Georgij Poiebradi Boemiam regis nepte, tres filij superstites, nostra memoria floruerunt, summa inter se concordia, & caritate verè fraterna, patriam gubernantes, Ioannes Zeruesti: **G E O R G I V S** præpositus Magdeb. **V V a r m s d o r f i**, & minimus natus Ioachimus Dessauiam: qui puer apud cognatum Principem Georgium Ducem Saxoniam, cuius mater Zedena, Henrici Munsterbergenfis, (aui horum principum Anhaltinorum materni) soror fuerat, educatus est.

**M A N S .**

MANSFELDENSIS

Comitatus vetustissimi & nobilissimi, & fodinis cupri aliorumq; metallorum clari, ad Thuringiæ, Harcyniæ, Anhaltinæ & Halberstadenfis dioceseos fines pertinentis, principes, anno 1500. quinq; patruales adolescentes, ab vno auo Guntero, & duobus parentibus fratribus, Ernesto & Alberto, deriuati fuerunt; Gebhardus & ALBERTVS, (cui enarrationes Euangeliorum & epistolarum suas Lutherus postea inscripsit) ERNESTI filij: & Gunterus, Ernestus, Hoierus, Alberto genitore sati, a quibus numerosa hæc turba comitum, qui nostra ætate, inter varia dissidia, confusiones & bella intestina, patriæ duriter onerata & adflicta præfuerunt, propagata est.

Partem familiæ adiungo.

GVNTERVS comes Mansfeldensis, stirps

omnium nostræ ætatis comitum

obiit 1475.

ALBERTVS

⊕ 1484.

ERNESTVS

⊕ 1486.

Guntherus sine liberis obiit 1526.

ERNESTVS in Helderung sedē aulæ habuit plurimos liberos ex duabus coniugibus suscepit ex quibus maxime celebres fuerunt.

Hoierus Carolus V. Imp. familiaris obiit 1540.

Vxor Margarita filia Gebhardi comitis Mansf. qui sine hæredibus masculis obiit 1492.

GEBHARDVS Seburgæ tenuit. ⊕ 1518.

ALBERTVS Lutheri amicus,

Ernestus De-canus Magdeburgensis.

PHILIPPVS in Gubernator Ducatus Lucemburgensis. obiit sub electione Max. II. 1562.

IOHANNES Gebhardus archiepiscopus Colonien- sis, A. C. 1558. obiit sub electione Max. II. 1562.

IOHANNES Albertus archiepiscopus Artern. tenuit obiit 1572.

Georgius Gallus, bello gallico 1537. periit. Sraplæ quietus possidet.

CHRISTOPHORVS solus hoc tempore suam comitatus partem Sraplæ quietus possidet. inter varias fortunes vices annos amplius 60. patriæ præfuit, vxor ANNA comitis sa ab Honstein, quæ quinq; filios & totidem filias ipsi peperit.

Albertus ⊕ 1560.

Hugo Bornstetanus. xonia principis vices gessit tredecim liberos habuit obiit 1579.

Agnes vxor Gebhardi Truchsesij archiepiscopi Colonien.

Philippus obiit 1563. Noriberga.

Caspar in expeditione Vngarica 1542. periit.

IOHANNES VOLKARDVS militum Dux nostræ ætate celebris, obiit 1566.

Wolfgangus bello Germanico 1546. obiit.

CAROLVS Dux equitum sub Argen.

Argen.

Argentinae ⊕ 1578.

liam 1554. Margaritam Ernesti  
Lunck, filiam 1559. duxit.

Alanzonio.

ERNESTVS optimæ indolis adole-  
lescens, cuius nomine de Henrico  
Aucupe Oratio lænæ scripta extat.

Fridericus  
Christophorus.

**STOLBERGICÆ** in sylua Harcinia comitum familiæ antiquissimæ Princeps anno 1500, fuit Henricus, Bothonis filius, cui primum Mechtildis Mansfeldica, deinde Elisabeth, filia Ludoici comitis VVirtebergensis nupta fuit, soror EBERHARDI BARBATI primi ducis VVirteb. apud quem, Botho, sororij filius, educatus est.

Ludoicus

Botho Comes Stol-  
bergensis.

VVirteb.

Eberardus Bar-  
batus pri-  
mus dux  
VVirteb.

Elisabeth.

HENRICVS co-  
mes Stolbergæ,  
natus 1436.  
obiit 1503.

Elisabeth nupta VVILELMO  
duci Brunsvicensi.

Henricus se-  
nior.

Catharina vxor  
Magni Ducis Sa-  
xonie

ERICVS  
Brunf.

Henricus

Catharina vxor Gustavi  
regis Sveciæ.

Iulius Dux  
Brunf.

Ericus XIII, rex Sveciæ.

BOTHO comes in Stol-  
berg, cuius amitini Duces Brun-  
svicenses suæ ætatis Henricus &  
Ericus fuerunt, coniugem habuit

ANNAM, postremam ex familia comitum à Königstein, qui propè Fran-  
cofordiam ad Menum in aditu montium Melibocorum arcem in edito  
colle munitis, & ditionem amplam tenuerunt. Ex hac tredecim liberos  
suscepit, ac in his Ludoicum, comitem à Königstein, Imppp. Caroli, Ferdi-  
nandi & Maximiliani consiliarium & Oratorem Illustrem: quorum suo  
loco nomina recitabo.

**HONSTEINIÆ** familiæ, in aditu Harcyniæ versus Tu-  
ringiam, propè Ilfeldam monasterium, nostra ætate eruditissimis Michaë-  
lis Neandri scriptis, celeberrimum, sedem olim habentis, comes anno 1500.  
fuit ERNESTVS, Henrici filius, à quo comites Honsteinij nostra ætate vi-  
uentes hac serie propagati sunt.

Ernestus II.

Henricus IX.

ERNESTVS III.

ERNESTVS III.

VVILELMVS episco-  
pus Argentin, ab an-  
no 1506. vsq; ad 1541.

Anna, nupta  
Alberto comi-  
ti Mansfeldico.

ERNESTVS V. vxor  
Anna comitissa in  
Bentheim.

Henricus  
Franciscus.

Christo-

Christo-  
phorus,Volmar, VVolf-  
gang, vxor Mar-  
garetha Barbiensis.VVilel-  
mus,ERNE-  
stus VI,  
a. m. d. s.

ERNESTVS nostro tempore viuens.

**BARBIENSI** ad Bodæ & Albis confluentem ditioni, comes  
BVRCARDVS præfuit, qui ex MAGDALENA Henrici Ducis Stargardie  
Megapolitani filia, Vlrici postremi ex Stargardie ducibus sorore, VVar-  
tislai X. Pomeraniae ducis vidua, anno 1482, ducta decem filios susce-  
pit, ex quibus deinceps suo loco aliquos nominabo nunc maiorum ali-  
quot nomina adscribam:

Albertus vixit anno 1300.

obiit 1332.

Albertus  $\oplus$  1358.Guntherus  $\oplus$  1404.Burcardus  $\oplus$  1420.vnico filio trien-  
ni relicto,Ioannes statim  
post patrem  
decessit.

II  
GUNTHERVS senex  $\oplus$  1483. nouem filios  
& sex filias reliquit, ex quibus.

BVRCARDVS  
qui A. 1500. flo-  
ruit, patrium  
comitatum so-  
lus gubernauit.Hoierus De-  
canus Ar-  
gentinensis  
 $\oplus$  1526.Ioannes, Fridericus,  
Albertus. omnes an-  
te patrem decesserunt.Melchior Re-  
stor Acade.  
VVitteb. 1511.VVOLFGANGVS  
quinq; electorum  
Saxonie consiliarius.

MAGDE-

Christo-

**MAGDEBURGENSEM** Dioecese-  
 sin metropolitanam ad Albim & Salam Anhalinae ditioni coniunctam, anno Christi 1500. archiepiscopus ERNESTVS DVX Saxoniae, Ernesti Electoris filius, & FRIDERICI sapientis, ac Ioannis electorum Saxoniae, & Alberti, archiepiscopi Moguntini frater gubernavit ordine tricesimus octauus ab ALBERTO Primo archiepiscopo: cui, ex coenobio S. Maximini ad Treuirim euocato, Imperator Otto primus, circa annum Christi 967. inspectionem ecclesiae Magdeburgensis & vicinarum, in gentibus Vandalicis, ad Salam & Albim, recens a patre Henrico Aucupe & a se domitis, & magno labore ac fide ad agnitionem & cultum veri Dei & seruatoris nostri IESV CHRISTI adductis, commendauit: & COLLEGIUM CANONICORVM seu custodum & interpretum canonis sacrae scripturae, qui vniuersae Religionis Christianae & cultus diuini norma est; a VVittikindo, in VVestphaliae oppido Angaria, vbi monumentum laudatissimi illius Saxonum Principis adhuc visitur, institutum; & ab Henrico Aucupe, in agri Luneburgensis oppidum VValersleben praefecto episcopo Marco, translatum; & inde Magdeburgam a se traductum, archiepiscopo adiunxit; in quo velut in ordinaria sede, ac praesidio & arce ecclesiae Dei in his terris praecipua, veram doctrinam de DEO, & redemptore nostro IESV CHRISTO, & veros cultus DEI, in canone sacrae scripturae, diuinitus Ecclesiae praescriptos, archiepiscopus & Canonici fideliter custodirent, & docendo propagarent, & iuxta hunc canonem, Ecclesias suae inspectioni commissas doceri, & ministrorum ac populi mores & disciplinam regi curarent: ac in primis, vt iuuenes clericos ad verae pietatis & precationis exercitia adsuefactos, & in officijs inferioribus praeparatos, ad ministerium ecclesiae, & alios in templis docendos, studijs sacrarum literarum & artium necessariorum cognitione instruerent & excolerent: & vicinis ecclesijs pastores & ministros idoneos ordinarent; & quotannis inuiserent; & iudicia ecclesiastica, ad piam controuersiarum de doctrina & cultibus diuinis dijudicationem, ac verae doctrinae & disciplinae, & concordiae ac defensionis pastorum, & castitatis ac coniugij legum conseruationem summè necessariam, legitime administrarent.

Itaque tum temporis episcopi, ad officia haec obeunda idonei, non potentia, opibus & armis, sed pietate, doctrina, donis docendi, sedulitate & zelo verae Religionis docendo propagandae, ac morum sanctitate ornandae ceteris antecellentes, a pijs Principibus, ex monasterijs & collegijs, quae scholae ecclesiasticae & Theologicae eo tempore erant, quaesiti & delecti sunt: & attributi redditus amplii & vberes, vt alimenta & stipendia necessaria Episcopus, & ceteri doctores canonis Biblici, ipsi adiuncti, & clerici ad ministerium ecclesiae instituendi, & elemosinas pro pauperibus & peregrinis, & sumptus ad aedificia templorum facta tecta conseruanda haberent.

Postea cum regum liberalitate & superstitiosis persuasionibus de meritis operum & de sacrificio Missae expiantante peccata & redimente poenas viuorum & defunctorum, immensae

E opes,

opes, & prædia ac possessiones & patrimonia nobilium & principum amplissima collegis donata essent: accidit, quod Bernhardus iam ante annos 400. questus est: Religio peperit diuitias, & filia deuorauit matrem. Relictis enim & abiectis, tanquam maiestate sua indignis, conuersionandi, & canonem scripturæ in collegijs interpretandi, & bonas literas ac linguas alios docendi officijs & ministerijs, propter quæ beneficijs dotati erant, Canonici alij se luxui & voluptatibus, in otio inerte & ignaui, alij aularum consilijs & negotijs politicis, aliqui etiam bellicis, dediderunt. Episcopi verò, iam aliquot seculis regio more dominati, nullum ex paulò ante commemoratis episcopi officium proprium, sed velut principes politici, solam ciuilem gubernationem ditionum ac ciuitatum, ecclesijs additarum, procurant. Cumque ditionibus maiorum Ecclesiarum, passim opulenti & insolentes equites, & vrbes populosæ ac potentes subiectæ sint; vt in officio hi contineri & pax ac tranquillitas publica conseruari possit; iam in episcoporum electione, non tam religio & doctrina, & in ecclesiasticis officijs obeundis industria & sedulitas, vt olim: sed sola ferè potentia & ex generis nobilitate & armis propinquorum pendens autoritas, quibus splendorem & ius suum defendere & tueri collegia possint, spectatur.

Itaque vt antea aliquot seculis: ita nunc præcipue ab anno 1500. vsque ad nostram ætatem, archiepiscopatus Magdeburgensis, perpetua serie, à solis ferè vicinorum principum Electorum filijs gubernatus est; & nunc familia electorum Brandenburgensium, planè in hæreditariam illius possessionem venisse videtur. Cum igitur maiorum Ecclesiarum inspectiones & gubernationes, episcopis olim commendatæ, hoc tempore, in politicos planè principatus & regna mundana conuersæ, & illis immixtæ sint: non peculiarem episcopis classem & à reliquorum principum serie & temporibus disiunctam, sed cæteris ducibus & magistratibus ciuilibus, continuo prouinciarum superius enumeratarum ordine seruato, Episcopos etiam interponere decreui.

*Cæpit 1476.*

Nam & huius archiepiscopi Ernesti πολιτεύματα præcipua planè politica & bellica fuerunt, cum anno 1478. excitata in salinis Saxonis inter senatum & patritios, salinarum commoda ad se trahentes, senatui contumaces ciuili discordia: patefacta sibi à senatu portâ D. Vlrici, urbem cum copijs ingressus, frenum vtriusque iniiciens, præcipuos Salinarum redditus & iurisdictionem ad se transtulit, & postea S. Mauritij arcem ceruicibus vrbis imposuit. Quedlinburgam verò, amitæ suæ Hedvigi, Abbatissæ collegij virginum, ab Henrico Aucupe olim instituti, mandatis parère recusantem, multò durius & crudelius pater Ernestus dux Saxonix, superiori anno 1477. afflixerat. Vi enim occupatam & directam, in extremam seruitutem redegit, vt sine vlla exceptione deinceps obtemperare cogatur.

Cumq;

Cumq; HALBERSTADENSIS etiam ciuitas, erga episcopum suum Gebhardum, natum in familia nobili ab Hoym, virum modestum & grandævum, minus reuerenter & modestè se gereret: ERNESTVS Magdeburgensis archiepiscopus, autoritate & potentia ac felicitibus in castiganda auxilijs paternis insolentium contumacia successibus, armatus; eodem anno illius etiam vrbe Ecclesiæ à collegio præficitur, ordine tricesimus nonus à S. Hildegrino, primo episcopo, cuius sedem in oppido Salingstede seu Osteruic à Carolo fundatore Anno Christi 777. primum collocatam, Ludoicus Pius anno post primam foundationem quadragesimo, Halberstadium transtulerat. ERNESTVS in recuperationem iudiciorum & iurisdictionis in vrbe administrandæ (quam antecessores ipsius oppignoratam Senatui concesserant) & integrum ac plenum Imperium in ciuitate obtinendum intentus: obseruata vel accensa etiam intestina senatus & ciuium, rationes administrationis à Senatu flagitantium, dissensione; cum Iurisdictionem, oblata redemptione, senatus restituere nollet, consilio & ope patris paulò post defuncti vrbem obsedit, & occupatam omni Iurisdictione ac iudicijs & libertate priuatam, episcopo totam subiecit, quæ tamen ante annum 1500. cuncta acciderunt.

**BRUNSVICENSE** MDVCatum Saxonie amplissimum, à Magdeb. & Halb. diocesis finibus, ad VISVRGIN vsque pertinentem, anno 1500. tres familiae, ex vno stipite, Alberto magno, Henrici Leonis pronepote, enatae; tribus nominibus arcium, in quibus aulae sedem vsitate habebant, Guelforum (vulgò VVolffenbuttel: Lycaoniam aliqui nominant) Cellensis, & Grubenhagensis distinctæ, tenebant, ex quibus maximam & florentissimam regionis partem, Guelforum arci coniunctam, HENRICVS senior, patre VVilhelmo, matre Elisabetha, Bothonis comitis Stolbergensis filia natus: princeps solerte ingenio, & animo ac manu forti, sed admodum inquietus ac turbulentus (viuente adhuc patre VVilhelmo, VVilhelmi Victoriosi, anno Christi 1482., ætatis 90. defuncti filio; Alberti magni trinepote cum fratre ERICO gubernabat. Pater enim VVilhelmus, publicæ tranquillitatis & priuatæ quietis amans permissa Henrico rerum administratione, & postea ditione etiam tota inter filios Henricum & Ericum distributa, prorsus se in ocium abdidit.

Henricus auo quàm patri similior, semper inquietus, & bella ex bellis serens, magnis se subditosque suos molestijs ac ærumnis assiduè implicauit. Prima militiae tyrocinia fecit Hildesienfi bello, aduersus vrbes inferioris Saxonie, Hildesienfis, noua vectigalia ab episcopo imposita pendere recusantibus confederatas suscepto, in quo militans epi-

scopo, etsi Ioannem à Ritberg, cuius soror, Henrici patruo Friderico Duci Brunsvicensi nupta erat, copias auxiliares adducentem: tamen in magnas angustias tandem à ciuitatibus ipse cum patre redactus est, ex quibus, noui adfinis sui, BVGSLAI magni, Ducis Pomeraniæ, & aliorum interuentu, bello composito vix eluctatus est. Et tamen paucis interiectis annis, vrbem BRUNSVIGAM, accitis in auxilium Principibus vicinis, & castris in cœnobio Rittershusensi collocatis, commeatuum importatione prohibita fame domare instituit. Qui conatus, inuenta Hildesensium & aliarum ciuitatum sociarum industria & fortitudine, annona & auxilijs, irritus fuit, & anno 1492, Ernesti archiepiscopi Magdeburgensis, & Iohannis electoris Brandenburgensis intercessione pax restituta est.

Circa idem ferè tempus oppidum medio inter vrbem Brunsvigam, & Magdeburgum itinere, Helmstadium, nunc Academiae sede insignis, VVilhelmus Dux Brunsvicensis, Henrici pater, à Verdense Abbate, cui patere ciues insolentiores recusabant, certa pecuniæ summa Abbati numerata, redemptum in suam potestatem redegit anno 1490. Munire id oppidum Carolus, Caroli magni filius, aduersus Sorabos & Vilsos bella gerens cœperat, idque S. Ludgero primo episcopo Monasteriensi tradiderat, vt in populis à Carolo subiugatis prædicanti, tutus receptus esset. Id Ludgerus postea, cœnobio Benedictino, VVerdenæ, ad Ruram fl. à se fundato, in quo moriens, Anno Christi 809, sepultus est, attribuit. Eius cœnobij longius disiti Abbatem Dominum ciuitas Helmstadiensis huc vsque agnoscebat. Sed cum trunci Domini ciues tæderet, Ciconiam regem hoc tempore adepti sunt.

Coniugem Henricus habuit Catharinam, Erixi Pomeraniæ Ducis filiam, Bugslai magni sororem, ex qua sex filij ipsi nati sunt, maximus natu CHRISTOPHORVS Bremensis archiepiscopus. HENRICVS junior, in gubernatione ducatus postea patri succedens, Franciscus episcopus Mindensis. Georgius in fratrum defunctorum loca Mindæ & Bremæ postea summiffus: ERICVS commendator ordinis Teutonici confluentiæ, & Gulielmus in hac vicinia Myræ in exilio defunctus.

ERICUS Henrici frater, Maximiliani Cæsaris aulam & bella, cum Alberto Saxonæ Duce, iuuenis secutus, coniugem paulò ante annum 1500, duxerat Catharinam, Sigismundi Austriæ Ducis, qui Friderici III, Imperatoris frater patruelis fuit, relictam viduam: Alberti Saxonæ Ducis filiam, ex qua nullos, quod sciam, liberos suscepit.

B R V N S V I C.

52

Alterius familiae, Grubenhagij ad Einbecam sedes habentis, Duces anno 1560. erant, PHILIPPVS & Henricus (qui se in bello Hildesiensi ciuitatibus contra Henricum Brunsvicensem adiunxerat) patruales.

Familiae series nota est,

HENRICVS LEO Dux Saxoniae & Bavariae potentis, natus A. C. 1136. Mathilden filiam Henrici II. Angliae regis, conjugem secundam ducit 1162. proscriptus ab Imp. 1180. obiit. 1195.

OTTO III. VVILELMVS Dux Saxoniae Henricus  
Im. 1209. obiit 1212. Vxor Helena, soror Palatinus  
obiit 1218. VValdemari Daniae regis.

OTTO puer, auunculo rege VValdemaro aduersus Lubecenses, eorumque socios, opem ferens, captus in praelio 1227. coactus est titulum Ducis Saxoniae, Alberto II. electori Saxoniae cedere: a Friderico II. Imp. DVX BRVNSVIC. & LVNEB. nominatus 1252.

ALBERTVS Magnus  
Dux Brunsvicensis  
obiit 1278.

Ioannes  
Luneburgi.

HENRICVS  
MIRABILIS,  
stirps Ducum  
Brunsv. in GRV-  
BENHAGEN.  
obiit 1322.

Albertus pin-  
guis, expulit  
Henricum  
Brunsviga  
1294.  
⊕ 1318.

VVilelmus Brunsvi-  
gae habitavit, cuius  
tertiam ditionis par-  
tem solus Albertus  
retinuit 1292.

OTTO  
obiit 1330.  
VVilelmus  
obiit 1365.  
Mechildes.

Ernestus  
|  
Albertus  
coepit  
1365.

Henricus  
Eisfeldensis.

OTTO

MAGNVS  
obiit 1368.

Ernestus  
Gottingae.

OTTO Tarentinus in Ita-  
liam profecturus 1367. Eis-  
feldiam Moguntino oppi-  
gnoravit 1381.

Magnus insolens ami-  
sit arcem Luneburgae  
1371. die Ursulae ca-  
sus 1373.

Ericus Otto  
coepit 1396  
annis 53.

Fridericus ele-  
ctus a quibusda  
IMP. 1400. ad  
Frizlariam oc-  
cisus.

HENRICVS  
oppignoravit  
Brunsvicenses  
Assenburg. captus  
a Bernardo comite

Bernardus  
stirps Ducum  
Luneburgensi-  
um captus a  
Steinbergijs

E iij

Lippi-

Lippiense 1404. & 7000. flor.  
 obiit 1417. redemptus 1385.  
 VVilhelmus Victoriosus  
 obiit 1482. anno ætatis 90.  
 Henricus pacificus.

Albertus obiit 1496. Henricus VVilhelmus vxor Elisabeth. Henrici Stolbergensis filia,  $\oplus$  1503. Fridericus, vxor Margarita Ritbergensis.  
 PHILIPVS Ericus PVS senex  $\oplus$  1542. Henricus. osnabr. Henricus senior  $\oplus$  1514. Ericus senior obiit 1540.

Ernestus, vvolfgangus, Phi- lip- ad Nor- ad S. Quin- Henricus junior pulsus à foedere Smalcaldico 1542. captus 1545. liberatus 1547. Albertum marchionem oppugnauit 1553. 1554. obiit 1568. Ericus junior ex Sidonia Henrici ducis Sax. filia & Dorothea Lotharingica nihil liberorum suscepit  $\oplus$  1584.  
 Elisabeth vxor Ioannis junioris ducis Holsatiæ, fratris Friderici II. Daniæ regis mater 13. liberorum.  
 IVLIVS Dux Brunf.

Henr. Iulius episcopus Halberstadiensis & Mindensis. Sigismundus Philippus. Ioachimus Carolus. Iulius Augustus.

OTTO MAGNVS Henricus  
 OTTO TERNIVS Henricus  
 HENRICVS Henricus  
 HENRICVS Henricus  
 HENRICVS Henricus

**HILDESHEIMENSI** Diocœsi, Ducum Brunsv. ditionibus vndiq; cinctæ, anno 1500. potenti adhuc & amplæ ac opulentæ, annum iam vicesimum moderabatur **BERTHOLDVS**; ordine quadragesimus tertius, à Gunthero primo episcopo, per Ludoicum Pium, statim post Caroli patris excessum, instituto. Natus in familia comitatus Scovvenburgensis nobili, à **LANDESBERG**. in **VVormstal**, Heroica animi & corporis maiestate, & præstanti ingenio & eloquentia, cum amore justiciæ, pietatis & literarum coniuncto, & humanitate singulari excellens. Huic, cum Verdensis ecclesiæ Decanus primùm fuisset, Episcopi munus Iohannes tertius antecessor ipsius resignarat. Decennio post, Henningus Hildesienfis, molestiarum gubernationis & suorum perfidiæ fatur, ad vitæ priuatæ quietem rediens, Bertholdum, de collegij & cæterorum ordinum consensu, gubernaculis præfecit.

Cùm autem noua rerum venalium vectigalia Hildesiæ instituere Bertholdus, & ciuibus imponere moliretur: communitas ciuium libertatem suam ab episcopo diminui ac infringi conquerens, eiq; tantum iuris potestatisque in se esse pernegans, arma aduersus episcopum, à proposito non desistentem capit, & vicinarum Saxonix inferioris urbium ferè omnium, quæ communem tuendæ libertatis causam ad se pariter pertinere iudicabant, auxilijs iuuabatur. Episcopo vicissim Henricus Dux Brunsvicensis, **VVilhelmi** filius, & multi comites suppetias ferebant. Id bellum ultra biennium protractum, tandem à Bugslao Duce Pomeraniæ, opem sororio suo Henrico duriter à ciuitatibus confœderatis afflictio ferente, & alijs intercessoribus, salua ciuitatum libertate & priuilegijs, compositum est. Qua calamitosi belli mole leuatus Bertholdus, toto deinceps gubernationis tempore, pacem coluit, & seminibus causisq; omnium discordiarum & contentionum præcis, subditorum ac vicinorum beneuolentiam & amorem sibi promereri omnibus humanitatis, clementiæ, moderationis & justitiæ officijs studuit, & principatum opima pace, omnibusque bonis ac ornamentis ciuilibus florentem, moriens anno 1502 successori **ERICO** Iohannis ducis Saxonix inferioris filio, Magni & Iohannis fratri reliquit.

Ericus verò, cùm vix annum sedisset, amore quietis & otij abdicare se, & ad canonicatum suum in ecclesia Coloniensi redire constituit. Itaque fratri **IOHANNI**, duci Saxonix, Diocœsin Hildesiensem cedit, qui initio aliquot annis in summa tranquillitate & opulentia, adspirantis fortunæ ventis secundissimis vsus est. Postea verò in extremas calamitates se & totam Diocœsin, moto non necessario & funesto aduersus episcopum Mindensem & duces Brunsvicenses bello, coniecit, à quo ab Imperatore proscriptus, & omnibus ferè arcibus, oppidis ac præfecturis totius Diocœsis, sola Hildesia, Peina,

Mariaeberga & Sturevaldo exceptis, priuatus est, vt infra suo loco belli illius historia exponetur, in quo socius Episcopi Hildesienfis, & vnà cum illo proscriptus HENRICVS DVX LVNEBURGENSIS fuit, qui tertiae illius familiae Ducum Brunsvvicensium, Cellae ad Alleram sedem habentis, princeps erat, & respectu propinqui ducis Henrici Brunsvvicensis senioris Henricus junior vulgò appellatus est. Is in prima pueritia, patrem Ottonem, Friderici Religiosi filium, amiserat. Adolescens gubernationi patriae praefectus, Margaritam; Ernesti electoris Saxoniae filiam, Friderici & Iohannis electorum sororem sibi coniugem adiunxit, ex qua Otto Harburgi deinde habitans, & Ernestus ac Franciscus fratres, qui in comitijs anni 1530. postea se auunculo in confessionis Augustanae exhibendae negotio adiunxerunt, nati sunt, de quibus suo loco plura dicemus. Agnationem cum caeteris ducibus Brunsvvicensibus, omnibus notam subijcimus.

MAGNVS

Albertus archie-  
piscopus Bremensis.

Magnus inquietus & infelix  
arcem Luneburgi amisit  
1371. tandem caesus in pra-  
lio cum Ottone comite Sco-  
vvenburgensi 1373.

FRIDERICVS  
electus Imp.  
1400.

BERNARDVS  
stirps ducum Lune-  
burgensium

HENRICVS  
stirps ducum  
Brunsvvicensium.

FRIDERICVS opem  
ferens Monasteriensibus  
contra Coloniensem ar-  
chiepiscopum captus Co-  
loniam ductus est. 1454.  
⊕ 1478.

OTTO  
obijt 1445

VVilhelmus victo-  
riosus obijt  
1482.

OTTO, vxor Anna Nassouia  
obijt 1471.

VVilhelmus  
1503.

HENRICVS Iunior vxor Mar-  
gareta, Ernesti electoris Saxoniae fi-  
lia; obijt in exilio 1532.

Henricus se-  
nior 1514.

ERNESTVS  
vxor Sophia Hen-  
rici Megap. filia,  
obijt 1546.

Franciscus vxor  
Clara, Magni  
Loyvenburgen-  
sis filia ⊕ 1549.

OTTO in  
Harburg.  
|  
Otto.

Henricus Iu-  
nior 1568.

Franciscus Hen-  
Otto, ricus.

VVIL- Clara, vxor Bugs-  
EL. lai Pomerani.

IVLIVS.

β

MVS

M V S V X O R Dorothea,  
Christiani Daniæ  
regis filia

β  
|  
Henricus Iu-  
lius &c.

Ernestus 31. Dec. A. 1564.	Christia- nus 19. Nov. An. 1566.	Augustus 18. Nov. A. 1568.	Frideri- cus, 28. Aug. An. 1574.	Magnus 30. Aug. A. 1577.	Georgius 17. Feb. A. 1582.	Ioannes. 23. Iun. A. 1583.
----------------------------------	---	----------------------------------	---	--------------------------------	----------------------------------	----------------------------------

Contigua Luneburgensi Ducatui ad Alleram est Diœcesis VER-  
DENSIS, quam inter primas, in Saxonia, per Carolum magnum ad  
Alleræ & Visurgis confluentem fundatam; anno 1500 vna cum Hildefi-  
ensi rexit BERTHOLDVS à Landesberg; quadragesimus septimus  
à S. SVIBERTO Anglo, primo episcopo, cuius inter Diuos relati me-  
moriam, anniuersario festo Calendis Martij Verdenſes celebrant. BER-  
THOLDVS cum anno 1470, piè, sapienter, iustè & feliciter regere  
Verdenſem ecclesiam, ab antecessore Iohanne III. ipsi traditam cœpisset:  
decennio post, propter eximiam virtutis, industriæ, humanitatis &  
prudentiæ laudem, ab Hildeſiensi etiam collegio expetitus, & amplæ illi  
ac potenti eo tempore Diœcesi gubernandæ præfectus est. Defuncto au-  
tem in arce Rodenburga, anno Christi 1502, CHRISTOPHORVS  
Dux Brunsvvicensis, Henrici senioris filius, vix pueritiæ annos egressus,  
à collegio substitutus est, cum biennio antè Bremensis archiepiscopus,  
eundem Christophorum sibi adiutorem & successorem delegisset.

**BREMENSI** autem Ecclesiæ, per Carolum Ma-  
gnum anno Christi 788. fundatæ, primus episcopus S. VVillehadus An-  
glus; postea per Ludouicum Germaniæ regem anno Christi 850. vnitæ  
cum Metropoli Hamburgensi, primus archiepiscopus S. ANSGARI-  
VS præfectus est, à quo ordine tricesimus nonus fuit anno Christi 1500.  
IOANNES RODIVS ex tenui familia nobili diœcesis Bremen-  
sis natus, & in aula Romana sub Alex. VI. aliquot annos versatus vir  
prudens, moderatus & opulentus, ecclesiæ præpositus. Cum enim  
antecessor illius HENRICVS comes Svartzburgensis, ante 30. annos  
ad Monasteriensis etiam Diœcesis, potentia & opibus longè Bremensi an-  
tecellentis, gubernationem euectus; illic potissimum, rebus suis in Bre-  
mensi Diœcesi planè neglectis, commoraretur, & aliquot obsidioni-  
bus arcis Delmenhorstanae, ex qua Gerhardus comes Oldenburgicus la-  
trocinia assidue in vicinarum ciuitatum mercatores exercebat (quam  
tandem anno Christi 1482. Bremensi nobilitate & ciuibus à bel-  
lo abstinentibus, solius Monasteriensis Diœcesis auxilio expugna-  
uit.) frustra susceptis, magnum æs alienum esset conflatum opulento  
& quie-

& quietis amante episcopo opus esse Collegium iudicabat, qui & ædificia domuum archiepiscopi, passim collapsa, reficeret, & oppignorata alijs prædia ære suo liberaret, ac ne deinceps ære alieno onerarentur, frugalitate sua moderandis aulicæ Oeconomix sumptibus prouideret. Sed res ipsa ostendit verum esse, quod in LL. suis Plato inquit: Quemadmodum boues non à bobus, nec capræ à capris reguntur, sed à præstantiore natura, videlicet ab hominibus: sic humana natura infirmior est, quam ut se ipsam regere possit. Quare Deus præfecit politijs, non vulgares homines, sed præstantius & diuinius quoddam genus, Heroas videlicet, qui cum habeant prosperos successus, nobis quoque, imperia eorum grata & facilia sunt. Hi ita curant nos, ut pacem, pudorem, libertatem conseruent. Nam & in ipso collegio, canonici quidam illustrioribus familijs orti, Ioannes Dux Saxonix Lavenburgicus, & Otto comes Aldenburgenfis & alij hominem plebejum sibi anteferri dolabant: & nobilitas ac vrbes Diocesana archiepiscopum humiliori genere ortum videbantur fastidire. Bremensis certe Respublica, priusquam fidelitatis iuramentum præstaret, tales archiepiscopo condiciones præscripsit ac obtinuit, ut, præter titulum Principis, parum sibi in eam politica iurisdictionis aut imperij vindicare posset.

Recusantibus postea Frisij ad Visurgis ostium habitantibus, archiepiscopo recens electo, subiunctionem debitam præstare; & vicinis principibus Magno duce Saxonix, & Ioanne comite Aldenburgenfi, vlcisci neglectos in electione fratres cupientibus, & occasionem amplificandarum ditionum suarum oblatam sibi iudicantibus: Ideoque hoc Stadium, illo VVurfatiam Hadelariæ suæ vicinam inuadente: Archiepiscopus à sua nobilitate, cum Magno Saxonix duce colludente, spretus ac desertus, auxilia Bremensis & Hamburgensis Reipublicæ, cuius vtriusque intererat, Visurgim & Mare vicinum nauigationibus suis relinquere liberum, sibi adiungit. Quibus coniunctis, Magno Saxonix duci bellum indicunt, & Hadelariam ipsi ereptam inter se partiuntur. Irritatus amissione huius provincix Magnus, vicinorum Principum auxilio implorato, legionem illam militum, quam Guardiam tum dixere, quæ in Belgico multis annis Maximiliano regi seruerat, & biennio ante Iohanni Daniae regi Sveciam subiugarat, ideoque fortissima & inuicta habebatur, conduxit, cuius aduenientis terrore solo Hadelariam recuperavit, à VVurfatis verò, qui nec archiepiscopo suo nec Saxonix duci parere, sed Ditmarsorum exemplo libertatem suam tueri conabantur, repulsus est. Consternatus igitur Archiepiscopus, & à suæ Dioceseos ordinibus plerisque desertus, ut tueri se & ecclesiam Bremensem posset, exeunte anno 1499, CHRISTOPHORVM ducem Brunsvicensem, Henrici senioris filium, VVillemi nepotem, Henrici junioris, qui nostra ætate inter varias fortunæ vices diutissime ducatum Brunsvicensem gubernavit, fratrem, 14. annorum adolescentem delegit, cuius patre bellum ad defensionem Bremensis Dioceseos & Guardiam inde depellendam expediente: Ioannes Daniae rex cum fratre Friderico, Holsatiæ Duce, Ditmarsos à multis seculis rebellan-

tes subijcere ducum Holsatiæ imperio cupiens, legionem illam, cuius ope Sueciam biennio ante domuerat, ex Diœcesi Bremensi in Holsatiam euocat, quæ in Ditmarsos profecta, cum magna nobilitatis Holsatiæ parte, à rusticis Ditmarsis crudeliter & miserabiliter cæsa & deleta est mense Februario anni 1500, quod in *Daniæ Chronico* recitabimus. Triennio post in Bremensem etiam Diœcesin, Raimundus Cardinalis venit, ab Alexandro Pontifice in Germaniam legatus, vt compositis regum ac principum disidijs, & pacatis prouincijs, vnanimi consensu bellum aduersus Turcas suscipi suaderet, & promulgatis indulgentijs sumptus bello necessarios coaceruaret. Huic Missam, vt solebat, publicè sub dio facienti, Princeps Christophorus coadiutor, subdiaconi loco ministrat.

Cùm autem Ioannes archiepiscopus anno 1511. ex hac vita discessisset: Christophorus dux Brunsvicensis solus gubernare archiepiscopatum cœpit, & initio omnibus, propter natalium splendorem, & Heroicam excelsi corporis & oris dignitatem gratus & carus. sequentibus verò temporibus, animi elatione, & liberi imperij in collegia sacerdotum & omnes ordines exercendi cupiditate, subditorum animos alienans, & consilij malefanis ac temerarijs, & machinationibus euentu luctuosus in extremas miseras se suosq; conijciens, plerisque odiosus & inuisus. Harum calamitatum, quæ sub illius imperio vtramque Diœcesin Bremensem & Verdensensem, fortè non tam episcopi solius culpa, quàm fatali temporum malignitate oppresserunt, seriem suo loco exponemus.

In orientali Albis ripa, ad Delmenoi ostium, Duces Saxonix veteres, in LAVVENBURGENSI arce, supra oppidum Albi ferè incumbens, edita & eminente, sedes habent. Qui ex nobilissima stirpe, & laudatissimo Heroe, Bernardo Vrso (Alberti Vrsi filio, Magni, postremi ex Billingæ familia Ducis, pronepote) cui Fridericus Barbarossa, vt ditiones proscripti à se Henrici Leonis aliquas, sic etiam titulum Ducum Saxonix, Angariæ, & Vestphaliæ, integrum attribuit; continua & nusquam interrupta serie progeniti sunt: agnati superiorum Saxonix Electorum qui Wittebergæ ad Albim olim præfuerunt, proximi. Sed priore familia superioris Saxonix ducum Electorum, anno 1423. Alberti III. obitu extincta: Imperator Sigismundus, agnato Alberti proximo, ERICO duce Saxonix Lavvenburgensi: vel quod feudum legitimo tempore sibi conferri non petiuisset vel alijs de causis præterito: Fridericum Misniæ Marchionem, quem propter industriam, virtutem, fidem & bella pro dignitate Imperij & Imperatoris contra Boëmos & alios fideliter gesta amabat, Electorum Saxonix dignitate & ditione ornauit. Sic agnati duces, Lovvenburgi sedem habentes veterem trium distinctarum gentium Saxonix, Angariæ & Vestphaliæ titulum retinentes, pristinis ad Inferiores Albis in Oceanum properantis ripas, ditionibus suis, contenti, deinceps vixerunt.

B R E M E N.

Princeps autem huius familiae Ducum Saxoniae anno Christi 1500. fuit MAGNVS, Iohannis & Dorotheae, Friderico II, electore Brandenburgensi natae filius: Bernardi & Adelheidis Pomeranicae nepos: Erici à Sigismundo Imperatore praeteriti ex fratre pronepos: acris ingenij & animi princeps, quem anno Iubilaeum proximè praecedente, Hadelariam à Bremensi archiepiscopo Ioanne, quem fratri suo in electione praetatum esse dolebat; occupatam: imploratis omnium vicinorum principum auxilij, & solo terrore legionis militum ex Belgico euocatae, recepisse diximus.

ALBERTVS Vrsus obiit 1181.

Bernardus Vrsus, Dux Saxoniae, pulso Henrico Leone, à Friderico Barbarossa factus, obiit 1212.

Albertus I, Dux Saxoniae militauit Friderico II, Imp. in Palaestina & Aegypto, obiit 1260. Vxor Helena filia Ottonis ducis Brunf. fundauit coenobium Francisc. V Vittebergæ ⊕ 1273.

Henricus stirps Principum Anhaltinorum.

ALBERTUS II, Dux Saxoniae Vxor Agnes filia Rodolphi Habsburgensis quae obiit 1312.

IOANNES I, Dux Saxoniae in Lavenburg.

Iohannes II.

RODOLPHVS senior obiit 1356. Vxor Iutta filia Ottonis Longi march. Brand.

Ericus I, obiit 1344.

Ioannes.

Albertus.

Rodolphus II. V Ven. Otto Dux fundator Col. ceslaus Saxon, Vxor legij omniū obiit or Mech. sanctorum 1388. tildis vvil. vvittebergæ obiit 1385. elmi Lun. &c, filia

Ericus II,

Albertus,

Ericus III

Rodolphus III, Albertus vltimus vxor Barbara Liognicensis. obiit 1423.

Albertus Dux Lunæburgensis electo Magno

Ericus IIII, BERNARDVS ⊕ 1464. à Sigismundo Imp. in collatione Electo. Sax. praeteritus ⊕ circa 1430.

Albertus

Barbara nupta Iohanni marchioni Brand, Friderici I. elector, filio.

1371. ⊕ 1385.

Ericus episcopus Monaster;

MAGNVS Franciscus.

Ioannes episcopus Hildesheim.

Henricus archiepiscopus Bremensis.

Franciscus,

Mauritius. chor. ep. Col.

Coniunx

Coniunx Magni Saxoniae ducis erat Catharina, Henrici senioris ducis Brunsvicensis, & Catharinae Pomeranicæ, Bugslai X. sororis, filia, ex qua susceptos liberos, Franciscum & sorores, etsi tenues opes & variè accisos à vicinis auitæ ditiois fines possidebat: tamen honestissimis coniugijs postea elocauit: Dorotheam maximam natu, Christiano tertio, Daniæ & Noruegiæ &c. regi pio, sapienti, forti & felici: ex qua Fridericus secundus rex natus est. Catharinam, Gustauo Suecorum & Gothorum regi, quæ Ericum XIII. regem genuit: Claram, Franciscò Duci Lunenburgensi, Henrici filio, Sophiam, Antonio comiti Oldeburgensium nobilissimo, & Vrsulam Henrico Duci Megapolitano seni tandem nuptam.

EPISCOPI sedem in oppido Ducis Saxoniae RACEBURGA, temporibus Henrici III. Imp. Albertus Bremensis archiepiscopus primum instituit, loci situ amoenissimo. Totum enim oppidum, colli vndiquaque circumfluo, velut insulæ, incumbit, quam ædificijs totam ferè occupat. Ripæ exteriores lacus seu maris oppidum alluentis collibus editis & syluis amoenissimis vestitæ sunt. Insulæ verò, ad boreale latus oppidi, Templum cathedrale & Canonicorum ædes insistant. Austrum versus Arx Principis, frequentibus ædificijs ornata, & aggeribus, muris ac vallis munita & aquis vndique cincta, oppido adiacet, qua sola parte, cisis aut equo vectis per pontem aditus in oppidum patet. In hoc oppido, sedem episcopi, crebris Henetorum incursionibus planè extinctam & deletam, Henricus Leo postea instaurauit. Quam anno 1500. IOANNES ex familia nobili Parkentina ortus regebat, quem paulò antè Magnus dux Megapolitanus, collegium ecclesiæ Diui Iacobi Rostochij aduersante ciuium communitate, erigere moliens, Romam secum duxerat vt Pontificij mandati executor esset. Erat hic Ioannes, ordine vicissimus sextus, ab Euermodo, ex Magdeburgensi Ecclesia, per Henricum Leonem ad primam Ecclesiæ illius, penitus per Henetos vastatæ renouationem, euocato, qui Præmonstratensem ordinem, cui sub Norberto Burgundo, Magdeburgensi archiepiscopo assueuerat, Raceburgi etiam inter fratres collegas instituit. Qui hoc tempore primum, sub Ioanne, assensu principis Magni, autoritate cancellarij sui Henrici Bergmejeri persuasi, & pontificia dispensatione, Canonici seculares facti sunt. Id publico quodam scripto, Magnus dux Saxoniae postea aduersus episcopum Henricum, qui anno 1510. Ioanni successerat, exponit. Henricus enim humili loco Hamburgi ortus, sola virtutis & industriæ commendatione, per omnes scribarum gradus, ad Cancellarij munus apud Magnum, & inde ad episcopi & principis Imperij fastigium euectus: grauem aduersus ducem Magnum actionem (ob sacerdotem quendam, vt in actis narrabatur, ad aram interfectum, & bona Collegio Raceburgensi adempta) in curia Romana & Imperiali instituit, ac vt ducis Magni excommunicati ditiones, interdicto, & proscriptioni Imperiali subijcerentur, impetrauit. De qua episcopi & Cano-

nicorum suorum iniuria, grauissimè ad vicinos Principes, libello publicè edito, dux Magnus conqueritur, ac, ne illorum petulantia & libidini in executione extortæ seruiant, diligentissimè orat.

**LVBECENSIS** ECCLESIAE, quæ Raceburgensi proxima est, prima sedes ab Ottone Imp. constituta fuit in VVagriae vrbe Aldenburga, cui Vandalicas gentes sibi tributarias, à Slesuico vsque ad Panim fl. circa annum Christi 970. initio subiecerat: præfecto primo episcopo Marco, à quo duodecimus GEROLDVS, VVicelini successor, ab Henrico Leone Saxoniae duce ex collegio Ægidiano Brunsvigæ delectus, & LVBECA M, vbi Basilicam Cathedralem magnificam Henricus condiderat, translatus est, Huic anno Christi 1700. vicesimus quartus ordine successit THEODORICVS Arndes Hamburgenfis, de quo memorabile nihil reperio, nisi quod FRIDERICO Holsatiae duci, Feudum Ducatus Holsatiae, solenni ritu Kiloniae in foro Imperij nomine contulit.

Erat hic Fridericus Holsatiae Dux, Ioannis Daniae regis (cuius filio Christierno postea in regno successit) frater; filius Christiani primi Daniae regis ex familia comitum Aldenburgensium antiquissima assumpti, ad quem, sororis Adolphi, postremi ex comitum Scouvenburgensium stirpe, Ducis Slesuicensis & Holsatiae comitis filium, auunculi obitu, & procerum electione, regiones illae peruenerunt A. C. 1460.

Paruit autem ab eo tempore, quo Christiana religio in has terras inuecta est, HOLSATIA seu Nordalbingia, (vt in historijs nominatur) primum Carolo magno, & filio ipsius Ludoico Pio, qui archiepiscopum Holsatiae caeterarumque gentium septentrionalium Hamburgae instituit S. ANSGARIVM. à quo septimus fuit ADALGAGUS Cancellarius Ottonis I. Imp. à quo Imp. HERMANNUS Billingus, antiqua virtute & fide nobilis, Dux Saxoniae inferioris, creatus, Holsatiam quoque imperio suo tenuit, cuius Familia in abnepote Magno extincta, Lotharius dux Saxoniae ADOLPHUM comitem Scouvenburgensem Holsatiae Gubernatorem constituit.

968.

1115.

Adolphi posteri Holsatiae trecentos quadraginta quatuor annos hac serie præfuerunt.

ADOLPHUS de Salingeue, comes Scavvenburgensis, à Conrado II. Imp. designatus in comitijs Mindensibus anno Christi 1030.

§

ADOLPHUS I. comes Scavvenburgensis, à Lothario Saxone Imp. post Billingorum stirpem extinctam, COMES HOLSATIAE, A. C. 1115. creatus, obiit 1131.

ADOLPHUS II. Heroica virtute & fortitudine princeps, VVagriam Henetis oppressis Holsatiae coniunxit; urbem Lubecam ad Stepenisæ & Draui confluentem condere cœpit 1143. Segebergam & Vtinum restaurauit, tandem à Vandalis ad Deminum cæsus, Mindæ sepultus est, 1164.

ADOL-

ADOLPHVS III, fundator cœnobij Reinfelden, pulsus ab Henrico Leone, eoq; proscripto restitutus, comes expeditionis Friderici Barbar. in Palæstinam 1189. tandem à VValdemaro Daniæ rege captus, eiq; resignato iure suo in Holsatia, dimissus obiit senex in patria exul 1232.

ADOLPHVS III, reuocatus in Holsatiam, VValdemarum II, regem Daniæ ad Bornhouede 1227. deuicit, in Liuonia militauit tandem monachus Franciscanus obiit 1261.

Gerardus I, comes Holsatiæ & Stormariæ, fundator cœnobij Itzenhoe

Ioannes stirps Dominorum VVagriæ.

Henricus I, comes Holsatiæ.

Gerardus II, cœcus

Gerardus magnus à Ditmarsis victus

Adolphus stirps com. Schouenburghensium,

Gerardus Stormariæ, in cuius nepote Ioanne linea desijt.

1322. ⊕ 1340.

HENRICVS ferreus in Anglia & alibi militauit ⊕ 1381.

Nicolaus condidit Arensbek.

Ioannes,

1398. ⊕ 1400.

GERARDVS primus dux Slesvicensis, à Margaretha Daniæ regina creatus, periit in Ditmarsia

Albertus.

Henricus episcopus Os nab.

1404.

Henricus III, in obsidione Flensburgi periit. 1427.

Gerardus, vxor Anna Badensis ⊕ 1433.

ADOLPHVS postremus dux Slesvici & Hols. comes, vocatus ad regnum Daniæ 1449, sororis filium Senatoribus commendauit, ⊕ 4. Decemb, anno 1459.

Hedvvigis nupta Theodorico comiti Aldenburghensi.

CHRISTIANVS I. rex Daniæ.

Fridericus Holsatiæ,

Ioannes rex Daniæ.

Cum verò ADOLPHVS, Dux Slesuicensis postremus, liberis carens, post Christophorum Daniæ regem, à fenatu regni vocatus, & ætatis excusatione vsus, sororis suæ filium CHRISTIANVM comitem Aldeburgensem, Heroica animi & corporis maiestate ornatum, ad regni Daniæ coronam sua commendatione euexisset: sæpè cum Nobilitate & cæteris ordinibus Holsatiæ egit, vt se viuo, Christianum Daniæ regem, ad quem ducatus Slesuicensis velut ad dominum feudi alioquin peruenturus erat: Holsatiæ etiam Dominum reciperent: idq; se facturos esse, literis solennibus, se viuo testificarentur. Dissidebat autem Nobilitas in duas distracta factiones. Henningus Poggeuuisch cum suis, ad Scovvenburgenses comites, velut proximos malculæ stirpis agnatos, ac legitimos feudi hæredes, inclinabat. nam & prædium Barmstede, quod Pinnebergensis præfecturæ feudum est, & aliquot alias arces & prædia comitum Scovvenb. oppignorata tenebat, quibus sub comitum tenuiorum Imperio diutius fortè frui se posse existimabat: Quæ Rex potentior & diuor citò redempturus videbatur. Sed fundamentum petitionis Schovvenburgensium, non agnatio solùm erat, quòd sexto gradu à communi stirpite distarent, verùm etiam pacta hæreditaria, post Adolphi VVaguzæ Domini postremi obitum inter agnatos, Nicolaum comitem Holsatiæ, & ex fratre nepotes, Gerardum ducem Slesuicensem Albertum ac Henricum fratres, Henrici ferrei filios, ab vnâ: & Ottonem I. comitem Schovvenburgensem, & Adophum ac VVilelmum ipsius filios, ab altera parte; anno Christi 1320. inita; in quibus Ottoni & ipsius filijs, non solùm omnia, quæ in & circa urbem Hamburgam habebant, & Insulæ in Albi vicino, & Billæ pratum, & Nilandiam ad Albim, & curiam Adolphi VVagrii, è regione cœmiterij D. Iacobi in vrbe Hamburga, & 8000. marcarum attribunt Holsati: verùm etiam se & hæredes, ad mutuam vnionem & defensionem ac successionem in suis ditionibus, & bona feudalìa, sine aliorum consensu non alienanda &c. obligabant.

Econtra Ranzouij cum suis, Christiani regis partes secuti sunt. Cum enim ducatus Slesuicensis alioquin ad regem recideret: & Christianus, nisi sponte assentirentur Holsati, bello haud dubiè petitionem suam persecuturus esset: imbecilliores se iudicabant, quàm vt belli illius molè soli sustinere possent. Cum autem Deliberationibus his adhuc pendentibus, Adolphus die 4. Decemb. anno 1559. ex hac vita decederet: Præfecti, arces præcipuas & oppida præsidijs munita, neutri cedunt, priusquàm de re tota integrè conuenissent. Tandè Arnoldus Episcopus Lubecensis, subdelegatus feudi Holsatiæ Dominus, conuocatis in oppidum Oldesloam partibus, & adiunctis vicinarū urbium Lubecæ & Hamburgi legatis, ita litem diremit, vt Otto comes Scovvenburg: cum videret alioquin Regi ducatū Slesuicensem, & ratione maternæ hæreditatis, omnia cætera Adolphi bona mobilia, & reliqua ipsi oppignorata, vel ab eo empta deberi, & vires suas regijs inferiores esse: Ius suū 43. millibus aureorū Regi venderet, REX Episcopis, prælatis, nobilitati & cæteris Ducatus Slesuicensis & Holsatiæ incolis, solennibus literis, iura & priuilegia antiqua confirmaret, ac inter cætera promitteret. Nul lum se bellum vnquàm moturū absq; communi ordinum vtriusq; prouinciæ consilio. Quotānis conuentū Nobilitatis habebit in Holsatia Bornhouedæ: in Sle-

in Slesuicensi ducatu Vrnehouedæ vbi Nobilitatis & communes prouinciarum causæ communi consilio tractentur. Feuda & beneficia, tam ecclesiastica quàm politica, solis incolis, nec vllis exteris, solo Cancellario & scribis exceptis, conferet. Prædones & alios, qui incendijs vel rapinis grassantur, legum prouinciæ pœnis subijciet. Damna, quæ incolis à præfectis militum regijs inferentur, rex compensabit. Nullos præfectos artibus suis Rex præficiet, aut remouebit, absq; consilio prouincialium consiliariorum. Rex absens, Episcopum Slesuicensem & Lubecensem & quinos ex ducatu Slesuici & Holsatia delectos constituet vicarios. Nec coniugi suæ, nec vllis exteris aut Incolis vlla bona donabit aut obligabit, nisi de consilio senatorum prouinciæ. Nullam monetam aut monetæ pretium statuet aliud quàm Lubecæ & Hamburgi vsitatum est. Si Rex illiusve posterius vnum tantum filium superstitem; qui Rex Daniæ esset, relinquerent: tum in arbitrio incolarum Holsatiæ & Slesuic, positum, & liberum erit, illum ducem Sles: & comitem Holsatiæ eligere. Electus omnes articulos & Priuilegia, à Christiano data & confirmata, ipse etiam de nouo confirmare, augere & iure iurando sancire debebit. Quod si recusaret, alium ex proximis illius agnatis Dominum designabunt, Hos articulos Kiloniæ literis compræhensos, Pridie Palmarum, anno 1460. Rex Christianus pro se ac successoribus suis obsignauit. Postea dignitate noua, comitatus Holsatiæ Stormariæ & Ditmarsiæ à Friderico III. Imp. augeri, & **DUCATVS** titulo insignis, anno Christi 1474. curauit. Huius Christiani, ex Friderico filio nepotes sunt, Holsatiæ duces, Ioannes senior & Adolphus, qui nostra memoria, partitos in minores portiones cum Daniæ rege Christiano III. fratre natu maximo, Ducatus illos

tenuerunt.

## WESTPHALIA,

In veteri Saxonum colonia ab occidentali Visurgis ripa vsque ad Rhenum pertinente, quam VVestphalicus orbis, in regionum Germaniæ his temporibus vsitata distributione complectitur: Ecclesiastici Principes, seu episcopi, & aliquot comites, vsque ad Lippiam fl. vbi ducis Cliuiæ & Marcæ ditiones incipiunt, præcipue his temporibus regnant, ac proxima Visurgi, ad Saxoniam inferioris Ducatus Brunsvvicensis limites, est **MINDENSIS** diœcesis, cui anno 1500. **HENRICVS** princeps pius, integer, modestus ac innocens, iam viginti duos annos præfuerat ordine quinquagesimus primus ab Herimberto primo episcopo, quem **Vittikindus** Saxonum rex, à Carolo magno ad **CHRISTI** seruatoris nostri agnitionem & fidem adductus, in hoc hæreditarij Ducatus Angariæ sui oppido ad Visurgin, collegio ecclesiæ fundato præfecit.

Erat autem Henricus, ex illustri familia comitum à SCAVVENBURG procreatus, quæ in Holsatia, & vicinia Mindæ, inter Visurgin & Leinam fluuios, antiquas & amplas possessiones & quorundam principum ditio- nibus non inferiores, tenet. & solius Imperatoris beneficium immediatè recognoscit, & multos vicinis episcoporum diœcesibus Principes, ac in his Electores Imperij aliquot, & alios virtute ac fortitudine præstantes, & pa- triæ salutare gubernatores progenuit. Seriem igitur præcipuorum huius familiæ procerum, qui proximis ducentis annis vixerunt, hoc loco intexam. Superiores enim in veterum Holsatiæ comitum serie paulò antè recensui.

ADOLPHVS VI. comes Schoumburgensis, Gerardi II. cœci filius, Gerardi I. comitis Hol- satiæ & Stormariæ nepos, Adolphi III. Holsa- tiæ comitis pronepos.

Adolphus VII.

Adolphus VIII.  
perijt in itinere  
ad terram sanctam  
*ἀπογ.*

OTTO

Gerardus episco-  
pus Mindensis.

Adolphus IX.

VVilelmus.

OTTO, qui mortuo Adolpho comite Holsatiæ postremo, regi Daniæ Christia- no cam cecit anno Christi 1460. octo filios habuit, ex quibus

Ernestus,  
episcopus  
Hildes.

HENRICVS,  
episcopus Min-  
densis, anno  
Christi 1478.  
vsque 1504.

Anto-  
nius.

IOANNES  
ex Corda Gem-  
mensi, quæ  
quingena-  
ria peperit, solus fa-  
miliam propagauit.

IODOCVS Pius & φιλή-

σοῦ: ex Maria, sorore VVilelmi  
Nassaensis decem filios suscepit:  
ex quibus

OTTO, episcopus Hil-  
densis anno 1531. electus  
1536. resignauit, pater præ-  
sentium comitum.

Adolphus archi-  
episcopus & ele-  
ctor Colonien-  
sis 1547.

Antonius ar-  
chiepiscopus  
& elector Co-  
loniensis 1556.

Hermannus  
episcopus Min-  
densis fuit.


ADOLPHVS  
gener Iulij Brunsvic.

Antonius  
Decanus  
Coloniensis.

Primæ

Primæ verò & antiquissimæ in veteri Saxonia Cathedralis Ecclesiæ OSNABRUGENSIS Episcopus anno Christi 1500. fuit CONRADVS comes à RITBERG quadragesimus primus à S. VVihone; primo episcopo, Frisio; cui Carolus magnus anno Christi 776. inspectionem collegij & scholarum, quas Latinas & Græcas perpetuò seruari in collegio voluit, commendarat. Cùm autem nobilissimæ & antiquissimæ huius comitum Ritbergensium familiæ, ad Amasis fl. fontes sedem habentis, posteritas mascula, nostris temporibus, in Ioanne, Ottonis filio, Ioannis fratris Conradi episcopi Osnabrugensis nepote, prorsus extincta sit: Nomina & seriem proximorum Ritbergensium comitum, vsque ad hunc Conradum & illius nepotem, adscribam, & MARGARITÆ sororis Conradi huius episcopi Osnabrugensis nomen inseram, quæ Friderico Duci Brunsvvicensi, VVilelmi Victoriosi filio nupta, insigni virtute & pietatis religiosæ studio fuit, cui sermonem de sacramento Pœnitentiæ Lutherus anno 1519. dedicauit, qui Tomo VII. operum ipsius VVittebergæ editorum Germanico Pag. 2. insertus est.

1564



**MONASTERIENSIS** Diœcesis principatum, omnium in tota VVestphalia amplissimum & potentissimum, à flumine Lippia, inter regionem Osnabrugensem, & comitatum Bentheimensem medio & continuo tractu ad Huntam fluuium alluentem vetustam VVigberti ducis Saxonix & Angriuarix, filij VVittikindi magni urbem & sepulturæ locum, VVildeshusium; & inde ad Visurgin pertinentem anno 1500. idem Conradus comes à Ritberg gubernauit, in locum Henrici comitis Svartzeburgensis (qui arcem Delmenhorstanam vi occupatam, Monasteriensi Diœcesi coniunxerat) defuncti substitutus: ordine quadragesimus sextus à S. Lud.

1482.

gero primo episcopo, fratre S. Hildegrini  
Halberstadenfis.

## PADEBORNENSEM

Diœcesin, ad Lippix & Amasis fontes, ferè ad Visurgin & Hafsiam se porrigentem, administravit archiepiscopus Coloniensis HERMANNVS, Landgravius Hafsix, præsentium Hafsix principum ab patruus: princeps sapiens, beneficus, mitis, pacis & quietis publicæ studiosissimus, & tamen; vbi res postulabat, animi magnitudine, industria & felicitate in bellis gerendis eximia, qui ante viginti quinque annos Gubernator diœcesis Coloniensis, aduersus episcopum Rupertum Palatinum, Friderici victoriosi fratrem, à collegio constitutus, urbem Nouesium, à Carolo Burgundo, vi restituere Rupertum conante, toto anno obsessam Heroica virtute, fortitudine & fide defendit. COLONIAM verò Agrippinam, vt id obiter inseram, ab Hylderico Francorum rege A. C. 462. Romanis primum ademptam; Postea Otto I. Imperij Germanici urbem fecit. Reliquiæ 11000. Virginum A. C. 1156. leuata: Vrbs anno 1167. sub Friderico Barbarossa Imp. ampliata: anno 1388. Academia sedes facta: anno 1481. in foedus ciuitatum Anzæ recepta est.

1475.

Fuit autem Padebornensis ecclesia, inter primas in Saxonia, à Carolo, qui statiuam sæpè eo in loco ad Padi fontem habuit, inchoata, cui Harimarrum, à S. Burcardo, in Herbipolensi collegio, literis & veræ pietatis exercitijs eruditum, initio præfecit, à quo tricesimus quintus hic Hermannus Hafsix Landgravius numeratur, cuius Genealogiæ partem, quæ agnationem cum præsentibus Hafsix Principibus demonstrat, adiungo:

Ludoicus Landgr. Turingiæ & Hafsix,  
maritus S. Elisabethæ, quæ Marpurgi  
obiit 1231.

Sophia Henrico VI, Brabantix Duci nupta.

Henricus

Henricus Landgr. Hassiæ

⊕ 1308.

Otto,

⊕ 1329.

Ludoicus episcopus

Monaster ⊕ 1320.

Otto episc. Magdeburg.

Henricus Ferreus.

Otto ante patrem obiit.

1339.

Ludoicus

Hermannus successit patruo ⊕ 1414.

Ludoicus Pacificus primus comes in Zigenhain & Nidda ⊕ 1458.

Philippus comes in Catzenelbogen,

HERMANNVS archiepiscopus Coloniensis & Padebornensis,

Ludoicus Vxor Mechtildis VVirteb. soror Eberardi Barbati Cassellis

⊕ 1471.

Henricus Murgii primus comes in Catzenelbogen

⊕ 1484.

Anna,

VVilhelmus I. Cassellæ captus à fratre cedit gubernatione ⊕ priuatus 1515.

Mechtildis nupta Conrado comiti Tekelnburgensi.

PHILIPPVS

natus 1504.

obiit 1567.

VVilhelmus II. medius Spangenbergæ vxor Anna Me-gap. ⊕ 1509.

VVilhelmus III. obiit 1500. Murgii 17. Febr.

Elisabeth vxor Ioanis comitis à Nassau.

Henricus cubicul. Caroli V.

VVilhelmus Princeps Auranæ.

VVilhelmus Cassellæ, Vxor Sabina Christophori VVirteb. Filia quæ ⊕ 1581.

Ludoicus Murgii, vxor Hedvvig VVirteb. Sabinæ soror,

Philippus S. Guer.

Georgius Darmstat. Vxor Magdalena, Bernardi Lippiensis filia.

Ludoicus

Io. Georgius,

Parue-

Paruerunt autem olim episcopo Padebornensi oppida 24. Arces & præfecturæ 20. Monasteria 16. Parochiæ 54. Oppidorum nomina sunt, P A D E B O R N A metropolis, L I P S P R I N G, S A L T K A T T E N, B Ü E R E N, V V u n n e n - b o r g, L i e c h t e n o u, K l e i n e n b e r g, V V a r b u r g, K a l e n b e r g, P o c k e l s e n, B o r c h - h o l t e, B o r g e n t h r i k e, B e v e r i n g e n, D r i n g e n b o r c h, V V i l b a e s s e n, G e r d e n, B r a k e l, D r i b o r c h, N i h e m, B r e m e r e n, V o e r d e n, R i c h e n o v v e, L i n d e, S T E I N H E I M, R e i n e r i R e i n e c c i j *πολις* patria. Arces pleræq; nobilitati & alijs hoc tempore oppignoratæ, non multum episcopo aut diœcesi adferunt emolumentum.

Comitatum **MARCHIÆ** in VVestphalia amplissimum, à Lippia fl. ripa, versus occasum multis insignibus oppidis, Hammone, Vnna, S V S A T O, Chama, T R E M O N I A, & alijs florentem anno Christi 1500. I O A N N E S D V X C L I V I A E tenuit ex comitibus Marcae vetustis oriundus. Est autem C L I V I A, inter extremas, versus solem occumbentem, VVestphaliæ prouincias, ad Rhenum paulò supra VVesaliam & Lippia ostium, in vtraque Rheni ripa deorsum vsque ad Isulæ diuertigium pertinens: prorsus eo tempore, non finibus solùm, sed etiam Principibus proprijs seiuncta à Iuliacensi Ducatu, qui totus trans Rhenum, ad diœcesis Colonienfis latus occidentale, secundum Ruræ fl. longitudinem ferè vsque ad illius in Mosam *ἐκ βολεῶν* porrigitur.

Veterum Cliuix comitum originem ex alto, à Iustiniani II. Cæsaris temporibus repetunt. Sed præsentis familiæ (Ducum Cliuensium & Iuliacensium) maiores, Marchiæ VVestphaliæ seu Marcae comites fuerunt. Cùm enim anno Christi 1364 Adolphus comes de Marca, Adolphi & Mariæ postremo Cliuix comite Theodorico X, natæ filius, Engelberti frater, Colonienfis archiepiscopus, extincta veterum Cliuensium comitum familia, se à ciuibus Cliuensibus receptum iri intelligeret: archiepiscopatu se abdicauit, & ducta coniuge Margarita, Gerardi comitis Bergensis filia, VVilhelmi postea Ducis Bergensis sorore, septem filios genuit, ex quibus Adolphus II, D V X C L I V E N S I U M primus à Sigismundo Imperatore in concilio Constantiensi creatus est.

Adolphus I, Marchiæ comes,

Engelbertus,

Adolphus.

Engelbertus

Adolphus, cui Maria Theodorici X,  
Cliuix comitis filia & hæres nupta,

Erardus Marcanus  
A R E N B E R G A D O M I N U S  
⊕ 1387.

Adol

Adolphus relicto episcopatu Colon.  
& Monast. comes Cliuix 1364.

ADOLPHVS II. Dux Cliuix primus annos 54. præfuit, vxor Maria filia Ioannis Burgundi.	Theo dori- cus.	Ger- ar- dus.
--	-----------------------	---------------------

Adolphus comes Mar-  
cæ & Rauenstein ad  
Mosam.

PHILIPPVS à Raven-  
stein amicus Gallorum  
& aduersarius Maximil.  
in Belgicis historijs per-  
petuus.

IOANNES I. cœpit anno C. 1449.  
urbem VWestphaliæ Susatum,  
quæ annis 200. sub archiepiscopi  
Colonienfis ditione & anno 1444.  
se Ducatui Cliuix adjunxerat, con-  
tra Theodoricum arch. Col. de-  
fendit, regnauit 32. annos. Vxor  
Elisabeth filia & hæres comitis  
Neversij.

Engelbertus Dux Neversij  
factus à Lud. XII.

Carolus.

Franciscus.

Maria, Henrici principis Condei vxor.

Adolphus  
Canonicus.

IOANNES II. cœpit 1481. an-  
nis 40. vxor Mechtildis, fi-  
lia Henrici Landgraviij  
Halsiæ, neptis Philippi  
postremi comitis in Ca-  
tzenelbogen obiit 1521.

IOANNES III. Pacificus, vxorem duxit anno 1496. MARIAM, vni-  
cam filiam & hæredem VVilel. VI, postremi ducis Iuliacensis, & Bergen-  
fis, ex qua VVilhelmus filius anno 1516. natus est. Socero in Ducatu Iulia-  
censi anno 1511. patri in Cliuensi 1521. successit. jus suum in comitatum Ca-  
tzenelbogen, Henrico comiti Nassouiæ consobrino, ex Elisabetha mater-  
tera nato, 50000. fl. vendidit.

VVILELMVS nostra ætate Dux Iuliaci, (quod à Iulio Cæsare condi-  
tore primo dictum volunt) Cliuix Bergæ. comes Marcæ & Rauensburg.  
&c. ab anno 1539. quo pater obiit, vsque ad 1585. cuius soror SIBYLLA,  
Ioannis Friderici Saxonix electoris coniunx fuit, Altera Anna Henrico  
Angliæ regi desponsata & rursus repudiata fuit. 1540.

Huius VVilhelmi maternus auus, nepoti *ὀμάνουμ*, Gerardi filius, Dux  
Iuliacensis, anno 1500. BERGENSEM etiam ducatum, in Rheni ripa  
ad Duysburgam Cleuensi contiguum, & inde à Dusseldorpio, sursum ad  
Tuitium è regione Colonix, Syburgum vsque pertinentem, ditione sua te-  
nuit. Veteri enim comitum Bergensium stirpe, ab Adolpho Henrici Au-  
cupis temporibus cœpta rursus in Adolpho III, circa annum Christi 1170.  
deficiente, sororis ipsius, VVilhelmo I, eius nominis Iuliacensi comiti nu-  
ptæ, filius GERARDVS successit, à quo subiecta series principum Iulia-  
censium & Bergensium vsque ad nostram ætatem deducta est.

VVilel-

VVilhelmus I. Iuliacensis.

Gerardus, comes Iuliac, & mortuo avunculo Bergensis.

VVilhelmus II, comes Iuliac, & Bergensis.

Gerardus II, cuius filij ditiones diuiserunt.

VVilhelmus III. comes Iuliacensis cœpit 1247.

Adolphus comes Bergensis, anno 1288. confœderatus Duci Brabantia, cepit Sifridum archiep. Coloni, à quo post septennium dimisso iterum capitur, & vsque ad mortem detinetur.

VValramus,

Gerardus III. cœpit 1299.

VVilhelmus,

Gerardus IIII. Iuliacensis obiit 1325.

Gerardus Bergensis.

VVilhelmus IIII. primum Marchio 1329, deinde Dux IULIACENSIS in comitijs Metensibus, anno 1356. creatus obiit 1360.

VVILELMVS ADOLPHVS primus DVX BERGENSIS 1389. à Venceslao Imp. creatus, bis captus, primum à sororis filio Adolpho Cliuensi 1397. deinde à proprio filio Adolpho 1403. cum quo ditionem partitur. Vxor Anna Ruperti Cæsaris soror.

Margareta nupta Adolpho comiti Marca & Cliuia

Adolphus primus Dux Cliuia.

Ioanna cui Geldriam frater moriens tradidit. MARIA ARNOLDVS Egmontanus Dux Geldriae cœpit 1426.

VVilhelmus Dux Iuliacensis Geldriae obiit 1402.

Reinoldus Dux Iuliacensis & Geldriae obiit 1423.

Iolanda Barrensis. ADOLPHVS inquietus, Reinoldo in Ducatu Iuliacensi successit 1423. defendit Iuliacum contra Arnoldum Egmond. obiit 1437.

VVilhelmus comes Rauenberg.

GERARDVS IIII. DUX Bergensis & Iuliacensis, patruo Adolpho succedit 1437. Geldriam Arnoldus Egmondanus ope Cliuensis tenebat, in qua

ADOLPHVS capto patre 1465.

CAROLVS Dux Geldriae ab anno 1492 vsq; ad 1538.

Rupertus Dux Iuliacensis & Geldriae ducta vidua Reinoldi postremi ducis 1426, sed Arnolde Egmondano Geldriam occupante, ante patrem obiit 1429.

ius suum Carolo Burgundo celsit,  
 VVilhelmus cœpit 1475, obiit 1511, prima coniunx heres de Hinsberg, altera Sibylla, filia Alberti Achillis Germanici.

MARIA nupta Ioanni Cliuensi.

Sibylla Ioannis Friderici coniunx VVilhelmus Dux Iuliacensis, Cliuensis, Anna sponsa Bergen. nostro tempore 1540, vsq; ad 1583. Henrici Regis Angl.

**G E L D R I A**, quæ supra Dauentriam, per Zutphanix comitatum, ad VVestphaliae fines pertinet, & trans Ifulam Drusi fossam, & duo vetusta Rheni brachia, propter quæ Rhenum bicornem Virgilius appellat (quibus Arenacum & Neomagum vrbes adiacent) inter Cliuiam, Iuliacum, & Brabantiam, ad Mosæ fluuij ripam, longissimo spacio porrigitur: anno 1500. principem habuit CAROLVM, Adolphi filium: eo ipso ac superiore præcipue anno, grauisimè ab Imp. Maximiliano, cui Albertus Dux Saxonix, Georgius Bauariæ, VVilhelmus Iuliacensis & Ioannes Cleuensis Duces militabant, oppugnatum, Geldriam enim, Imperij prouinciam, quam nec Adolphus pater, nec Arnoldus Auus, Imperatoris autoritate tenuerant, & cuius feudum, quod Fridericus III. Imperator, Carolo Burgundo, contulerat, morte huius Burgundi, ad Imperium reciderat; Carolus hic Egmondanus, consensu Imp, non ante requisiti, occupat.

Huius Caroli auus, Arnoldus Egmondanus quòd ex Iohanne, sororis Reinoldi Iuliacensis, postremi Geldriæ Ducis, filia Maria, natus esset, & studia quorundam procerum haberet: cum agnato & hæredi Reinoldi proximo Adolpho Duci Bergensi, litem de Geldria & Iuliaco mouisset: Sigismundus Imp, vtrumque Ducatum Bergensi adiudicauit. Sed nihilominus Arnoldus, ducta Adolphi ducis Cliuensis filia, soceri auxilijs, Geldriam Bergensi eripuit, cui cum industria & viribus impar postea Gerardus Adolphi ex fratre nepos esset; ius suum in Geldriam Carolo Burgundo celsit: Idque Fridericus III, Imp, autoritate publica comprobauit. Burgundus igitur Adolphum Geldriæ ducem, qui Arnoldum patrem in vinculis habebat, ad se euocatum vicissim detinet, & ditionem occupat. Deinde filium Adolphi Carolum infantem, & sororem, Renato Lotharingæ Duci postea nuptam, ex arce Neomagensi in Flandriam adduci iubet, & per præfectos Geldriam administrat.

Cum autem insigne exemplum, non modò sceleratæ Impietatis & filij erga patrem, sed etiam pœnæ aduersus impios & ingratos liberos, in quarto præcepto denunciata, hæc historia Arnoldi Egmondani patris & Adolphi filij Geldriæ ducum contineat: paulò accuratius & copiosius eam ex Burgundica historia descriptam inserere volui.

VVilhelmus ac Reinoldus Geldriæ ac Iuliaci Duces fratres, liberis non genitis vita discedentes, dictarum ditionum possessionem, Ioannæ sorori germanæ, quæ Ioanni Domino ab Arkel nupserat, testamento relinquunt, qui vita excedentes filium relinquunt Guilielmum ac filiam Mariam, que, G fratre,

fratre Guilielmo sine liberis mortuo, dictorum Ducatum hereditatem adiit, nupsitque Ioanni Egmondano, cui peperit filium Arnoldum Egmondanum Geldriae Ducem, qui è Catharina Cliuensi suscepit inter alios filium natu maximum Adolphum Egmondanum. Is ab adolescentia Philippi Boni Burgundiae Ducis semper aulam secutus, uxorem ibi duxit Catharinam Borbonij Ducis filiam, sororem Isabellae uxoris Caroli Burgundi, vtraque filia Agnetis Burgundicae, sororis Philippi Boni.

Dux Arnoldus princeps erat natura lenis, mitis, humanus, pacisque amans: Contra Adolphus asper, saeuus, inquietus, ambitiosus, diuturnamque patris vitam aegro ferens animo. Quare vegetum adhuc parentis animum, senili in corpore conspiciens, nec ultra priuatam ferens vitam, à matre Catharina muliere feroci instigatus, trahit in suas partes Neomagenses ac aliquot alia Geldriae oppida, nobilesq; non paucos qui eius patri male volebant, quod subactos aliquot rebelles seuerius suo iudicio puniisset, cum quibus contra patrem coniurans ex oppido Venlonio Ruremondano deficere nolentes vexat. Sed Venlonij à patre obsessus, opera patris Guilielmi Egmondæ Reguli facta pace in gratiam recipitur, vrbemque Neomagensis à patre dono accipit. Cumq; paulò post rupta pace duos patris famulos Neomagi leui de causa capite plexisset, vim armaeque eius timens, Bruxellam ad Philippum Burgundum se confert, cuius cum opera uxorem duxisset Borbonicam, in Ordinem quoq; equitum aurei Velleris asciscitur profectusq; in Palaestinam, ac paulò post rediens, à patre iterum in gratiam recipitur. His omnibus non obstantibus, anno 1465. patrem Grauae tum habitantem cum matre Catharina,

1463.

1465.

vti simulabat inuisum venit. Excipiuntur summa cum læticia, genio indulgent, aderatq; & Fridericus Egmondanus Iselsteini Regulus, cum quo Adolphus latrunculis tempus terebat, ceteri choreas ducebant. Post mediam noctem it Dux Arnoldus, quemadmodum Fridericus Iselsteinius cubitum. Adsunt subito Neomagensium armati clam ab Adolfo intromissi, Ducisque Arnoldi cubiculum pulsant. Respondet sese hoc tempore saltantium choreis interesse non posse. Effractis foribus Neomagenses irrumpunt, ac illi aliò migrandum clamitant. Visis Neomagensium armatis, ac de filio nil sinistri suspicatus, de eo inquit: cum venisset, necessitati, pater inquit, est cedendum, ac nobiscum eundem, cuius impietate animo consternatus, rogat ne se Neomagum ducant, hoc tantum aegre ab uxore & filio impetrat, vtq; erat linea in veste corpus ad quietem compositurus, thorace tantum induere permissio, Graua exeunt, equoque impositum Buram ducunt. Alij scribunt nudis pedibus equitantem filium sequi fuisse coactum. Hic patrem senem, seminudum ac extremè defatigatum carcere non satis decoro Adolfus claudit, impieq; sex continuis detinet annis, belloq; petitus ab auunculo Ioanne, Cliuij Duce, in scelere tamen perstitit. Quare Cliuensis à Papa Paulo secundo ac Imperatore Friderico auxilium implorat. Scribit vterque Adolpho vt parentem dimittat. Cum non pareret. Carolo Burgundo mandant, vt patrem carcere liberatum filio reconciliet. Is vtrumque coram se sisti iubet. Adolphus potentiam tanti vicini veritus parer, annoq;

annoq; 1470. cum patre carcere educto Dorlanum ad Burgundum venit, ac in eius consiliariorumq; praesentia innocentem patrem varijs de criminibus (quæ naturæ lege, etiamsi vera fuissent, tegere debuisset) accusat. Contra pater constanter fortiterq; se defendit, ac in filij impietatem crudelitatemq; presenti animo inuectus, cum rationibus, bonorumq; virorum testimonijs innocentiam probasset, ad singulare certamen filium prouocat, re-perturū se virum nobilem affirmans, qui pro innocentie suæ vindicatione, propriam vitam periculo esset expositurus, si senio, longiq; carceris squalore confectus, filio in congressu impar videretur. Burgundus re in deliberationem adhibita, cum naturam non admittere iudicasset, vt pater filio singulari certamine committeretur, potestate sibi à Papa ac Imperatore tradita innixus, sententiam hoc tenore pronunciat: Arnoldus, quam diu vixerit, solus Ducis titulo vtetur, ac excepta arce, oppidoque Grana, omnibus reliquis Ducatus vrbibus, oppidis, castellis, ac munitionibus, filio Adolpho cedit, numerabunturq; ei singulis annis è Geldriæ Ducatus redditibus, quo familiam pro dignitate sustentet, tria aureorum liliorum milia. Adolpho cedent reliqui Ducatus Geldriæ redditus, contentusq; titulo Gubernatoris Burgundiæ, eò profectus ad mortem vsque patris habitabit. Audita Adolphus sententia, in hæc verba prorumpit: prius patrem capite pronum puteo iniici conspiciam, meq; desuper immitti sinam, quam hac stare sententia. Contentus sum patri mille quingenta numerare aurea lilia singulis donec vixerit annis, modò Ducis titulo abstinere, ac Geldriæ possessione in vniuersum cedere velit, cum plus quam æquum sit, me iam tandem Ducis semel titulo ornari, ac emolumentorum fructus gustare, quos ipse per quadraginta quatuor continuos deuorauit annos. Tulit ægrè Burgundus inhumanum, ferox, contumaxq; viri iuuenis responsum, quod cum Adolphus considerasset, animaduertitq; Burgundo parū controuersiam cordi esse, quod eodem tempore Francorum Rex violata pace Peronensi, Ambianum, fanumq; Quintini occupasset; duobus tantum assumptis nobilibus, Francis vt ipse indutis vestimentis, clam omnibus in Geldriam contendit. Propè Namurcum Mosam traiecturus, cum pro portorio aureum soluisset, propius aspectus ac à sacerdote agnitus, proditus captusq; Namurcum reducit. Inde Viluordam, postremò Cortracum, vbi ad mortem vsq; Caroli Burgundi honesta in custodia est detentus. Eo ad Nanceum cæso, à Gandensibus liberatus praeficitur militibus, quos Flandri contra Regem Ludouicum scribebant, qui ditiones Burgundi occupare, ac filium suum Carolum cum Maria vnica Burgundi hærede matrimonio iungere statuerat. Profectus Tornacum Adolphus, quod tum primum Franci per insidias occuparant, ante vrbis mœnia ab erumpentibus Francis leui in pugna casu interficitur, puniente iustissimo Deo ferinam ingratitude, inhumanam crudelitatem, ac impietatem abominabilem, longa carceris iustissima talione, Geldriæq; Ducatus quem impiè ambierat ereptione.

Adolpho Cortraci in carcerem coniecto, Dux Arnoldus in libertatem ac Ducatum restituitur, qui mense Septembri anni 1472. Geldriæ ducatum Comitatumq; Zutphanæ Burgundo vendidit, acceptis nonaginta duo-

bus aureorum florenorum millibus certoq; sibi loco annuis donec viueret assignatis redditibus. Hæc acta, transactaq; , præsentè Guilielmo Egmondano, Ducis Arnoldi fratre, Ioanne Cliuensium Duce, ac contractui stipulationibusq; cum multis alijs viris nobilibus, fidem suam interponentibus, confirmauitq; dux Arnoldus venditionem, vita post sextū mensem in Februario anno 1473. discedens, ac testamento Burgundum (impio iusta de causa exhæredato filio) hæredem scribens. Quam ob causam cum is mense Maio collegiū equitum aurei velleris Valencenis suppleret: citatus est Adolphus Geldrius ad Collegij tribunal, accusatusq; à Burgundi procuratore, quod patrem bonis & honore spoliatum contra naturæ leges retro in carcere per sexennium impiè detinuisset. Defendit se Adolphus per suū vt potuit procuratorem. Cum diu multumq; res esset à iudicibus tractata, tandem ad hunc modum sententia pronounciatur: Venditio Ducatus Geldriæ ac comitatus Zutphanix, testamentumq; Ducis Arnoldi iustum ratumq; censetur. Burgundus Ducatus Geldriæ ac comitatus Zutphanie possessionem, omni tempore iure adire poterit Adolphus Geldrius propter inhumanam erga proprium patrem impietatem in carcere vitam finiet.

Lata sententia Burgundus Traiectum ad Mosam profectus exercitum conscribit, vi vel amicitia à Geldrijs Dux inaugurandus. Plerèq; enim ciuitates, ac in primis Metropolis Neomagum, cum Adolpho sentientes Burgundum nō admissuræ videbantur. Ruremunda aduenienti portas aperit, sequunturq; eos Cuca, Kesselum, Borna, Zitertum cum plerisq; alijs Venlonij cum aliquandiu se defendissent, muris verò tormentis disiectis, auxilium nusquā conspicerent, honestis conditionibus deditiōne faciunt. Gerardus Iuliacensiu dux, qui ius sibi in Geldriæ ducatum esse dicebat, non dubitans quin vi aut voluntate breui regionem esset redacturus in potestatem, quanquā Imp. Fridericus accepto clientelari sacramento, in possessionem Geldriæ ac Zutphanix ipsum statuisset, existimans tamen non esse nostra, quæ defendere non possumus, cum Burgundo potentiam eius veritus, consentiente filio suo Guilielmo, transigit, actionemq; omnem, quam in Geldria ac Zutphania allegare poterat, promissis sibi octoginta aureorum florenorū millibus vendit, Imp. Friderico venditionem ratam habente Quod cum Geldrij intellexissent, statim Burgundo portas aperiant, Gochrum, Strala, Geldra, Graua, Vuachtendonckum, Lensa, Bommela, Tiletum, Bura, Erkelsa. Neomagenses in contumacia perseuerantes vrbe imbellem turbā eiecerant, ac aliquandiu ductu viri nobilis Reineri Bruchusij strenuè se defendebant. Is enim Carolum, captiuū Adolphi puerū filium ac postremum è familia Egmondana Geldrorum ducem, octo tum temporis annos natū, exiguo impositum equo, arcuq; in manum tradito, pendente è tergo pharetra iaculis referta, circum muri vallum deducens, præsidiarijs ac ciuibus cōmonstrabat, ac vt pro futuro principe fortiter depugnarent admonerat. Muri varijs locis tormentorum violentia deiecti Burgundos sapius ad vim faciendam inuitarant, sed semper cum detrimento reiecti postrema oppugnatione sexcentos Anglos ballistarios milites veteranos, à cæteris desertos, nec, quanquam receptui cecinisset, tergum vertere volentes, ad vnum omnes desiderarunt, captaq; eorum signa militaria Neomagenses mœnibus præfixere. Verū post hanc cladem multò acrius, quæ ad expugnationem necessaria erant, varijs in locis parari considerantes, in vrbe

verò fortissimos ac strenuissimos cecidisse, aut saucios decumbere, nec usquam se gentium opem expectare, cadente ferocia de compositione legatos ad Burgundum mittunt. Irritatus quod temerè tantum sibi negocij fecissent, omnia suo arbitrio committi volebat, deuenissentq; ad hanc necessitatem, nisi Ioannes Cliuie Dux intercessisset. Proinde vitam tantum pacti, circa Cal. Augusti portas aperiunt, tertia posteaquam obsideri ceperant hebdomade. Burgundo urbem intrante, viri foeminaq; omnes in genua cadentes, gratiam ne diriperentur, altis vocibus rogabant: quod tandem à Proceribus exoratus hac conditione admisit, soluerent Iuliacensium Duci octoginta aureorum florenorum millia. Post hæc in Geldria Ducem ac Zutphanie comitem ab omnibus ordinibus inauguratur: claves ei adferentibus omnium ciuitatum magistratibus, qui ex euentu obsidionis Neomagensis consilium capere statuerant, ac proinde ex his quidam pecunia multati, vt Lobecani, Zutphanij, Aernhemij, Hasselij, Hattemij, Grolli, Hardervvicani, Deutecomenses, Elburchij, Oldenburger, Ofualli. Prouinciale Geldrijs concilium dedit, cui Cancellarius praesideret, quemadmodum in hodiernum vsq; diem (perturbata tamen subinde Senatus auctoritate) Aernhemi videmus. Carolus ac Philippa (nonnulli Catharinam vocant) ex Adolfo nati ab eo osculo excepti, Ganduum mittuntur, vbi apud materteram, Caroli Burgundi vxorem, ac filiam, honestè sunt educati. Dimidia exercitus parte dimissa cum reliquis copijs Traiectum ad Mosam reuertitur, relicto Geldrijs gubernatore Guilielmo Egmondano, Iselstenensium Regulo sene, Adolphi patruo.

Carolo Burgundo ad Nanceium caeso, cum dux idoneus aduersus Gallos Belgicum inuadentes deesset; Adolphus Geldriae dux, cuius coniux, Mariae Burgundae matertera erat, ex custodia liberatus, copijs Belgicis praeficitur; sed in ipso aditu belli ad Tornacum, cum paucis speculatum egressus, à Gallis confoditur, vt paulò ante dictum est. 1477.

Filius Carolus, decennio post interfectum patrem primum militiae tyrocinium agens, in Morjnis, à Gallo, cum multis proceribus alijs, qui statim ab aula Burgundica redempti sunt, capitur. Ipse solus in Gallia neglectus, & à Gallis ad odium Burgundici nominis incitatus, tandem anno 1492. in patriam hac occasione redijt. Imperatore Maximiliano post Mathiae Vngariae regis obitum, apud patrem in Austria occupato: ordines Geldriae, imperij praefectorum Burgund. pertasi, Carolum principem Geldriae natum, reuocare ad Gubernationem patriae constituunt. Itaque Vincentium comitem de Mörse, vicinum & capitaneum antea suum, cum nobilibus aliquot, & ciuitatum legatis, clam in Galliam ad principis sui liberationem mittunt. Pactis igitur cum rege conditionibus, & promisso <sup>lucro</sup>, pro quo Vincentius vnicum filium Iohannem obsidem in Gallia relinquebat; rediens per Lotharingiam (cuius Principi Renato, Philippa soror Caroli recens nupserat) CAROLVS in Geldriam, summa cum omnium ordinum ac totius populi gratulatione & lætitia recipitur, ac statim ad Fridericum III. Imperatorem literas mittit, quibus beneficium ducatus Gel-

tus Geldriæ sibi, Imperatoris autoritate tribui ac confirmari, & facultatem mittendi legatos tutam ac liberam concedi petit. Exemplum epistolæ adiungo. Gloriosissime Princeps, Inuictissime Cæsar, Domine gratiosissime, Debita & obediendi fidelitate deuota commendatione præmissis. Audijs non dubito sacra vestra Imperialis Maiestas, me superioribus diebus, in Ducatum Gelriæ, mihi iure successionis, non tam paternæ quàm auitæ debitum, restitutum esse, quod ne in sui, Sacrique Romani Imperij iniuriam & præiudicium temerè per me & consanguineos ac amicos meos attentatum esse (vt forsàn quidam status mei zelatores suggerere conantur) suspicetur, quia pro temporis angustia, & conditione rerum mearum, & ducatus prædicti statu, nec ipse venire, (quod mihi pro debita mea erga sacrum imperium fidelitate & honoris mei ratione in votis fuit, & est) neq; legatos ad hoc idoneos, quos tamen, autore Deo, quanto citius potero sum missurus, mittere possum. Eandem vestram imperialem maiestatem de rei gestæ veritate & mea erga sacrum imperium, & Germanicam nationem deuotione liberaliter in præsentiarum duxi certiore faciendam.

Verùm vt Maiestati vestræ sacræ, prolixitate mearum literarum tædium non adferam, vt ne mihi ipsi ex hoc magis nocere quàm prodesse videar: repetere mitto, qualiter quondam post obitum fœlicis memoriæ progenitoris mei Domini Reinaldi Gelriæ & Iulix Ducis indubitati, prædictus ducatus Gelriæ simul & Iulix ducatus, ad quondam Dominum Arnoldum ducem Gelriæ & Iulix &c. fœlicis memoriæ auum meum paternum, tanquam eiusdem quondam Reinaldi verum & proximiorum in linea successionis Ducatum prædictorum hæredem & successorem: & deinde ad similis memoriæ quondam Adolphum ducem, patrem meum pientissimum; & postremò ad me eorundem ducum nepotem & filium, ac indubitatum hæredem ac successorem, iure successionis à tempore memoriæ hominum excedente in eisdem Ducatibus vsitata & practica, fuerint deuoluti, atque idem Ducatus Gelriæ, per eosdem quondam parentes meos Dominos Arnoldum & Adolphum duces multo tempore legitime & successiue fuerint possessi. Prætereo quemadmodum quondam Dominus Carolus fœlicis memoriæ Dux Burgundiæ, eundem genitorem meum, suum consanguineum, affinem & ordinis sui militaris aurei velleris commilitonem, ad se bona fide vocatum, præter (ne dicam contra) fidem eiusmodi, per suas literas nedum illi sed & quatuor capitalibus oppidis Ducatus prædicti datam & pollicitam, impiè captiuauerit, & captiuum detineri vsque in diem obitus sui fecerit, ducatum Gelriæ & ipsius oppida & castra, prætenso titulo asserti pignoratitij iuris, sibi nulliter tam in facto, quàm de iure in dicto ducatu, vt iactitabat; constituti, inuasit & occupauerit.

Me quoque & illustrissimam pientissimamque sororem meam germanam & Philippam, Ducissam Lotharingiæ, pueros septem annis minores, vix ablactatos, sed in gremio nutricis tempore violentæ huiusmodi in-

di inuasionis in arce Nouiomagensi deprehensos nihil delinquentes, neq; etiam per ætatem delinquere potentes, inhumaniter capi, & captos in loca externa suæ ditioni subiecta deduci & detineri fecerit. Quantumuis in super idem Dominus Carolus, dicto quondam genitori meo, non conuicto, imò neque audito in iure, neq; vocato, sed crudeliter captiuo detento, & dominijs suis violenter spoliato, à sacra vestra imperiali maiestate, inuestituram eiusdem Ducatus ac regalium concessionem petere & extorquere non erubuerit: hoc quoque prætenso colore, dictam violentam occupationem dominiorum, & iniuriosam personarum quondam mei genitoris sæpè dicti, & germanæ meæ detentionem, vsq; in horam mortis continuauerit: Quodq; post illius obitum idem quondam Dominus & genitor meus, sub fide relaxatus, & capitaneus exercitus Flandrensis pro defensione Dominiorum domus Burgundiæ, contra illius hostes creatus, reddens bonum pro malo, fideliter, sed infeliciter pugnando, per nimiam suam erga eandem domum fidelitatem, primò rebus & Dominio spoliatus, postremò & vitam perdiderit humanam: Hæc omnia, licet, vt dixi, sint talia, vt vestram imperialem Maiestatem, & quoscunq; principes ad commiserationem conditionis meæ, meritò mouere debeant, prætereo, ne videar iniurias acceptas vlciisci magis velle, quàm meam innocentiam defensare.

Sed quod scribere institui persequar, id est, Posteaquam inuictissime Cæsar, gratiosissime Domine, penes serenissimum Dominum, & illustrissimum principem & Dominum Maximilianum Romanorum regem &c. semper Augustum, Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Dominum meum gratiosum, qui ad causam suæ tunc conthoralis illustrissimæ quondam Domine Mariæ felicitis recordationis, Ducissæ Burgundiæ, filie materteræ meæ, post obitum dicti quondam Caroli illius genitoris Ducatum Gelriæ prædictum detinuerat, in miseranda captiuitate adolecebam, sub fide quoq;, quam integrâ seruauit, tantisper relaxabar, armis, quæ tunc pro ætate induere cœpi, adductus inter alios nobiles & fideles, aduersus hostes Domini mei regis, fideliter pugnando captus fui, atq; in captiuitate apud Francos vltra quinquennium continuum detentus, cæteris etiam concaptiuis meis redemptis & liberatis. Quod conspicientes amici & consanguinei mei & præcipuè nobilis & illustris consanguineus meus, mihi vt pater charissimus, Vincentius comes de Morsa, & Seruuerden &c. (cui etiam vestra sacra imperialis Maiestas, pro sua solita erga oppressos principes beneuolentia, id sua sponte indulgit) infelicissimo quoque statui meo iustè compatiens, ad liberationem meam pietatis suæ oculos reflexerunt. Verùm vbi pacta illa, quæ quandoq; Maiestas vestra ad miserat, nescio cuius hominis vitæ forsitan meæ insultantis impia crudelitate impediens; non successerunt: ijdem amici & consanguinei mei, per alia remedia oportuna, citra iniuriam & præiudicium cuiuscunq; meam liberationem operati, in Ducatum Gelriæ, quem adeò lacerum, discerptum & dissipatum repperi, illorum qui administrationi huiusmodi Ducatus præpositi fuerant, negligentia, ne dicam culpa, vt vix ille Ducatus quem quondam genitor meus crudeliter coactus reliquerat, censeretur, reduxerunt & restituerunt.

1487.

Cuius etiam Ducatus incolæ & inhabitatores & subditi, ad iustum principatum anhelantes, fidelitatis quoque pristinae, quam sæpè dictis quondam Dominis Arnolde auo, & Adolpho genitori, meis ducibus, & nedum illis, sed eorum hæredibus legitimis successoribus præstiterunt & iurauerunt memores, sua sponte & libera voluntate lætanter me in suum dominium, vt vnicum indubitatum dictorum aui & patris meorum hæredem & successorem, homagio & fidelitatis iuramento receperunt & admiserunt, recognouerunt quoque, & recognoscunt. Quæ quidem D E O inprimis, & deinde amicis & consanguineis, ac fidelibus subditis meis gratias agens, acceptaui, vt debui, non quidem in præiudicium & iniuriam vestræ S. imp. Ma. & sacri Romani Imperij, vel cuiusquam alterius sua forsitan interesse prætendentis, attentans, sed acceptas iniurias priuatas & proprias patienter ferens, atque etiam si paci conducere posset, ex animo remittere paratus: de iure successionis, mihi in dicto ducatu & dominijs alijs meritò competenti confisus.

Paratus præterea S. vestram Imp. Ma. in dominum supremum & sacrum Romanum Imperium recognoscere: prout etiam de præsentij recognosco: atque inuestituram & regalia ab eadem S. Ma. vestra sub debita fidelitate, quam etiam more solito me iuraturum & facturum offero, petere & impetrare, ceteraq; omnia quæ fidelem & obedientem Principem Sacræ vestræ Imp. Ma. & sacri Romani Imperij decent & concernunt perficere, stare quoque iuri & iudicatum perferre, etiam contra quoscunque qui quicquam causæ contra me, & dictos meos ducatum amicos, consanguineos & subditos, quos meritò sum defensurus, prætere & sua interesse putauerint. Quamobrem vestram Imp. Ma. humiliter rogo, atque etiam oro, quatenus has meas deuotas literas, in benigniorem partem suscipere, calamitatibus & ærumnis meis, quæ ab infantia vsque ad hunc ætatis meæ 24. annum pertuli, ex sua solita clementissima mansuetudine compati & condolare, atque de me non aliter, quam de fidei, integro & obediente principe sibi & sacro Romano Imperio, ac Germanicæ nationis deditissimo sentire, neque vt mihi ac meis fidelibus prædictis, qui Iurisdictioni nos submittimus, violentia aliqua inferatur, sinere digneris E. S. I. M. vestra si quid mihi suo deditissimo ac deuotissimo principi ac seruo mandare voluerit, iussum suum per præsentium latorem rescribi mandet. Datum Nouiomagij, anno 1492.

E. V. S. I. M. Deditissimus & fidelis princeps & seruulus Carolus Geldræ dux.

Mortuo autem paulò post Imp. Friderico, & Maximiliano filio ducatum Geldræ vi repente, Carolus anno 1494. munitis præsidio vrbibus, in Lotharingiam secedit. Maximilianus Ruramunda & Neomago frustra obsessis, intercessione coniugis suæ Sfortianæ recens ductæ, à Lotharingo sollicitatæ, Carolo liberum ad se accessum permittit, vt controuersia à quatuor electoribus Rheni cognita decidatur. Hi Traiecti anno sequenti

quenti pronunciant, cum pater & auus Caroli, contra Imp. auctoritatem, Ducatum Geldriæ detinuerint, nec feudum ab Imp vnq; acceperint non posse Carolum Geldriæ ducem nasci, nec feudi sine consensu Imp. occupati capacem esse: Ideoq; non ducem Geldriæ, sed dominum de Egmonda deinceps appellari debere. Cùm autem Garolus Gallico patrocínio, & suorum procerum ac vrbiũ in primis fide fretus, Geldriam nihilominus cum titulo vsurparet: Maximilianus primũ per Albertum Saxonie Ducem, anno 1497. 1498. ac tandem summis viribus bellum aduersus Carolum, vt paulò ante dixi, anno 1499 suscepit, in quo tamen præter agrorum vastationes & minora aliquot oppida & arces captas nullum operæ precium fecit; Neomago, Arnheim, Ruræmunda & cæteris ciuitatibus, singulari virtute & fide Principis sui retinendi causâ, omnem vim hostilem fortiter sustinentibus. Interea Maximilianus ad comitia Augustæ anno 1500. indicta discedens, ducibus, belli absoluendi curam committit. Cùm autem milites legionarij, prætextu stipendiorum non solutorum, ad hostem Carolum transfirent, & Iuliacenses ditiones perpetuis incursionibus depopularentur & exinanirent: duces illi, de pace & tranquillitate sua, suarumq; regionum restituenda, solliciti, Ludoico XII. Gallia rege arbitro delecto, transigunt. Ita possessionem Geldriæ Carolus, tunc retinuit, & vsque ad vitæ finem perpetuus ferè Burgundicæ domus hostis, & Gallicarum partium amicus conseruauit.

Vt autem series ducum Geldriæ, inde vsque à Reinoldo primo Duce, ex Nassaensi familia, per Ludoicum Bauarum Imperatorem creato, in conspectu sit, breuiem tabellam adscribo.

V. Vichardus vltimus ex familia Dominorum de Ponte, quibus Carolus Caluus præfecturam Geldriæ primũ commiserat.

Adelheid, nupta OTTONI comiti à Nassou, tempore Henrici III. Imp. 1060.

Huius Ottonis posterij, comites Geldriæ, annis ferè 250. fuerunt. altera Ottonis yxor fuit Sophia filia & hæres VVichmanni postremi Sutphania comitis, ex qua natus Gerlacus.

Gerardus, cœpit 1107. Gerlacus *ἀπαύς*.

Henricus comes Geldriæ & Sutphania, 1131, condidit cœnob. Bethlehem. propè Dotichem.

Gerardus, 1162. OTTO II. cœpit 1180. ⊕ 1202.

Gerardus III. fundator trium — Otto episcopus — Henricus.  
cœnobiorum Ruræmundæ, Traiectensis.  
obiit 1229.

Otto

Otto III. urbem Imperialem Neomagum, à VVilhelmo Imp. oppignoratam, Geldriæ adiunxit. Arnheim, Bommel, Goth, Harderuuic primus muro cinxit, fundauit Greuendal. obiit 1271.

Henricus episcopus Leodien-  
sis.

Reinoldus bellicosus, sed tandem à filio captus, in carcere obiit, 1326.

REINOLDUS primus DVX GELDRIÆ, anno 1339. à Ludoico Bauaro Francoforti designatus. Vxor Leonora soror Eduardi R. Angliæ, obiit 1343.

Reinoldus II. Dux Geldriæ cum fratre 18. annos in summa discordia Geldriam rexit, tandem ab Eduardo fratre captus est 1361.	Eduardus III. Dux Geldriæ sine liberis obiit 1371.	Mar MARIATA VVilhelmo Iuliacensi.	VVilhelmus III. primùm mar. chio 1329. dein ab Arkel de DVX IULIACENSIS in Comitij Metensi bus 1356. à Carolo III. creatus, ⊕ 1360.	Ioannes X. Dominus ab Arkel de DVX IULIACENSIS in Comitij Metensi bus 1356. à Carolo III. creatus, ⊕ 1360.
---	--	-----------------------------------	---	--

Ioannes II. ⊕ 1355.  
Otto Ioanes 12 ⊕ 1396. ἀπαύς

VVilhelmus Dux Iuliacensis, in Geldria auunculo successit. Catharina, filia Alberti Comitis Hollandiæ, desponsata prius Eduardo Geldriæ duci. obiit ἀπαύς 1402.	Reinoldus III. Dux Iuliacensis & Geldriæ cœpit 1402, obiit ἀπαύς 1423. Vidua Maria, Ruperto, Adolphi, ducis Bergensis filio nupta.	IOANNA cui Geldriam testamento frater Reinoldus moriens legauit.	Ioannes ab ab Arkel vir inquietus à proprijs subditis pulsus Gorichemo, vendidit ditionem Hollando.
---	--	--	---

VVilhelmus occisus ad Gorichem 1417. MARIA nupta Ioanni Egmondano

ARNOLDVS Egmondanus, Ruperto Adolphi Bergensis filio, VVilhelmi nepoti eripuit, adiutus à Cliuensi socero 1429. Vxor Catharina, Adolphi Cliuensis filia, Ioannis I. Ducis Cliuensis soror. Ipse tandem captus à filio, & quinquennio post liberatus, duos adhuc annos patriam rexit. obiit 1472.	VVilhelmus stirps comitum Egmond. & Iselstein & Buëren.
--	---

ADOLPHVS, Dux Geldriæ, cepit patrem 1465. vicissim à Corolo Burundo captus 1470.

Catharina virgo, gubernatrix Geldriæ capto Adolpho.

CARO.

CAROLVS Geldriam recuperavit 1492. & retinuit  
vsque ad annum 1537. moriens testamento VVil-  
elmum Cliuensem, Iuliacensem & Bergensem si-  
bi substituit.

Philippa Re-  
nati Lotha-  
ringi vxor.

Addam EGMONDANAE etiam familiae partem, vt, horum Geldriae  
Ducum cognatio, cum caeteris comitibus ab Egmonda, & Dominis de  
Iselstein, conspiciatur.

Ioannes XVIII, Egmondæ Dominus ⊕ 1370.

Vxor Guida, Gisberti Amstelij Domini Iselsteini filia & mor-  
tuo fratre Arnolde, hæres.

Arnoldus XIX. Egmondæ Dominus obiit 1409.

IOANNES XX, Cui Maria, filia Ioannæ, sororis Reinoldi Du-  
cis Geldriae, & Ioannis Domini ab Arkel nupta fuit.

ARNOLDVS Egmondanus  
DVX GELDRIAE cœpit 1426.  
obiit 1472.

VVilhelmus Dominus Egmondæ  
& Iselsteini obiit 1483.

Adolphus à Carolo  
Burgundo captus, 1470.

IOANNES primus  
comes Egmondanus  
1492, à Max. Imp.  
factus.

Fridericus Dominus  
in Iselstein, primus  
comes Buranus à  
Max. Imp. creatus.

CAROLVS Eg-  
mondanus Dux Gel-  
driae postremus ab  
anno 1492. vsque  
ad 1537.

Ioannes II, comes,  
Mediolani 1528 obiit.

Florentinus ab Isel-  
stein dioecesin VI-  
traiectinam Carolo  
subiecit 1528.

LAMORALVS comes Egmon-  
danus princeps Gaueræ, Dux mili-  
tia Caroli V. & Philippi regis Hisp.  
aduersus Gallos præcipuus, & aliquot  
in signibus victorijs insignis: tandem  
à Duce Albano decollatus Bruxel-  
læ 1568.

Margare-  
ta vxor Ni-  
colai Valde  
mon-  
tij

MAXIMILIANVS  
comes Buranus, an-  
no 1546. 1547, in bel-  
lo Germanico ce-  
lebris.

Philip- Lamo- Caro- & nouem  
pus, ralus lus filia.

Ludoica  
vxor Hen-  
rici III.  
Regis  
Gallia.

Anna vnica filia  
VVilhelmo principi  
Vrania nupta.

Philippus VVil-  
elmus, Louanij in A-  
cademia captus à  
Duce Albano & in Hisp.  
abductus 1568.

TRA-

**TRAIECTINAM** Diœcesin, à Geldriæ ducatu, intra I-  
sulam & Rheni brachia vndiquaque ferè cinctam, anno 1500, gubernavit  
FRIDERICVS marchio Badensis, 73. S. VVillebrado, quem anno Christi  
690, Pipinus dux Brabantia, Caroli magni proauus, episcopum primum  
Traiecti collocauit. Is Fridericus, vt in locum Davidis à Burgundia, Phi-  
lippi boni filij, & Caroli Burgundi fratris naturalis, iam 39. annos magistra-  
tu functi, substitutus fuerat: ita pertæsus bellorum, quæ cum vicino Gel-  
driæ duce assiduè gerebantur, & intestinis suorum factionibus & perfidia  
fractus, PHILIPPO de Burgundia, Davidis fratri, ab Erasmo passim  
laudato, principatum resignat,

## Marchiones BADENSES.

Rodolphus

Bernardus

Iacobus Marchio Badensis ab Ænea

Syluio celebratus. *Lib. 4. de dictis & factis Alfonsi cap. 7.*

Carolus ex Catha- rina so- rore Fri- derici III. Imp.	Ioannes episco- pus Treuirensis cœpit 1449. obiit 1505 ætatis 79.	Georgius Metensis	Margareta vxor Alberti M. B. Achil- lis Germanici,	Mar- cus.
--	---	----------------------	---	--------------

Albertus	FRIDERICVS Traiectensis episcopus.	Christophorus vxor Otilia, Philippi comitis Catzenelbogen filia.
----------	--	---

IACOBVS episco- pus Treuirensis suc- cessit patruo magno 1505 obiit 1512.	Bernardus Philippus Christo- phorus.	ERNESTVS Caro- lus Bernar- dus	Philippus vxor Elisabeta, filia Philip. Palat. elector. I Iacoba Vilelmi Bauari vxor nu- pta 1522.
--	---	--	---

HOL

## HOLLANDIA, ET BRABANTIA,

ad Mosam Geldris finitima, Saxonum colonia, cuius incolarum maiores, ex antiquissimis Saxonū Transalbinis sedibus, a dorso Cimbricę Chersonesi trans Rheni ostia, in Gallicam ripam, Carolus magnus traduxit: tranquilla pace & felicitate anno 1500 sub optimo principe PHILIPPO, Archiduce Austrię, Duce Burgundię &c. Maximiliani Cęsaris & Marię Carolo Burgundo natę, & amplissimarum regionum, quas inferiorem Germaniam & Belgium nominamus, hęredis vnica filio, florebant. Is tum viginti duorum annorum iuuenis, sexennio antę, prorsus adhuc adolescens, gubernaculis admotus, insigni bonitate, clementia, moderatione, affabilitate, mansuetudine & cognatis virtutibus, quę principibus Austrijs ceu gentilitię dotes sunt, ita enituit & eluxit vt amor ac delitię generis humani dictus omnium vicinorum regum & aliorum hominum beneuolentiam & studia mirifica sibi conciliarit.

804

Ineunte autem anno 1500 filius principi Philippo, CAROLVS V. Romanorum postea Imperator, qui cunctis suę ætatis & superiorum aliquot seculorum Regibus, potentia, virtute, sapientia & felicitate Heroica antecelluit, natus est, ex coniuge IOANNA, Ferdinandi magni Aragonię regis (ob eiectos ex Granata Saracenos, qui iam 770 annos regnum ibi tenebant, & Christianam religionem, abolitis in tota Hispania Mahometicis superstitionibus restitutam, Catholici nomen adepti) & Elisabethę reginę Castilię filia, secunda. Primogenitam enim matri *εμάνουελ*, Emanuel Lusitanię rex (nuptam antea Alfonso VI, Iohannis II Lusitanię regis, patris sui filio, ante patrem mortuo) vxorem duxerat. Quo ipso nuptiarum tempore, Ioannes, Ioannę matris Caroli V. frater, Ferdinandi Aragonis filius vnicus (in cuius matrimonio Margarita, Philippi archiducis soror, Caroli V. amita vivebat) adolescens diem suum obiit, relicta coniuge grauida, quę cum paulo post abortiisset, Emanuel cum coniuge Elisabetha, in Castellam sequenti anno vocati, velut legitimi regionum hęredes, fidem à populis acceperunt. Cęsar Augustę Aragonię metropoli, dum commemorantur reges, & de conditionibus fidei à Cęsaraugustanis dandę, aliquot menses cum illis disceptant; Elisabetha iunior filium Michaelē summa cum aui Ferdinandi & parentum lætitia, & totius Hispanię plausu peperit, quem infantem, vniuersa Hispania & Lusitania regem summa consensione, fide ipsi iurata, statim declararunt.

Sed Deus æternus & summus rex, qui Imperia & regna in terris ipse constituit & transfert, & cui ipse vult, tribuit, non Lusitanicę, sed Austriacę stirpi, non Emanueli aut Michaeli, sed Philippo & Carolo, amplissima Hispaniarum regna destinarat: Matre enim Michaelis in partu extincta, & infante vix bimo ex his terris migrante, successionis ius omne ad materem ipsius Ioannam, Philippi archiducis Austrię & ducis Burgundię coniugem deuolutum est. Quę eodem anno iubilæo 1500, vt dixi, die 24

1498.


1500

H

Februa.

Februarij, tertia post mediam noctem hora, CAROLVM V. Imp. nostrum Gandavi Flandriæ metropoli, enixa est; anno post Carolum magnum, qui religionem Christianam in has gentes Saxonicas primus inuexit, Imperatorem renunciatum, septingentesimo. Vt autem ignis, quò clarior fulsit, eò citius extinguitur: & ingenia, quæ illustriora, breuiora sunt, ita de Philippo tot prouinciarum ac regnorum principe optimo & potentissimo, Virgilianum illud rectè vsurpari potuit. Ostendent terris hunc tantum fata, nec vltra Esse sinent: Nam 28 ætatis anno, vt suo loco dicemus, qui fuit a nato Christo 1306, ante Maximiliani patris excessum tredecimo; in Hispanijs socrui Elisabethæ in Castiliæ regnis succedens, è iuuvis sublatu est, relictis Carolo, Ferdinando, Leonora, Elisabetha, Maria infantibus, & Catharina posthuma.

Ioannes Dux Bourbonius.



In

In propinqua Hollandis, prouincia FRISIA, intestinae populorum dissensiones occasionem Maximiliano, Albertum Saxoniae ducem, de se bene meritum, feudo illius prouinciae donandi, vt Imperij nomine haereditarius FRISIAE gubernator esset, praebuerunt. Cum enim superioribus annis populi aliquot a vicinis nobilibus vexati, & a suis magistratibus, inusitatis oneribus pressi, opem a Groningensibus petiissent: & hi, suscepta ciuitatum defensione, persolutis Romanorum regi octo millibus aureorum, feudo VVestphrisiae vicissim ab eo donati essent: ciuitates quaedam, ac nominatim Franica, Slotenia, Snecca &c. recusantes Groningensium Imperium, primo ad Philippum Belgici archiducem, & Philippo renuente, quod antea fidem maioribus suis datam non seruassent; ad Albertum Saxoniae ducem, nomine Imp. in Geldria bellum gerentem confugiunt. Is misso in Frisiam duce VViperto a Schouvenburg, iuramentum fidelitatis a praedictis oppidis accepit. Leuuardiam Groningensibus coniunctam obsidet, & depulsis Groningensium auxilijs occupat. Groninganos 32000 aureorum millibus mulctat, & Henricum filium, adiunctis aliquot ducibus ac consiliarijs, VVestphrisiae gubernatorem praeficit. Sed cum insolentius Frisij, quam conseruauerant, exteri homines imperarent, & Groningenses multo iustius se & liberalius, salua populorum pristina libertate & moribus vsitatis, praefuturos, & eiekturos ex patria peregrinos ac insolentes tyrannos, se auxilio fore ostenderent: VVestphrisij rursus excutere nouum dominum, cui fidem iurauerant, instituerunt. Quare coniunctis aliquot ciuitatum & nobilium copijs, Henricum ducem Saxoniae adolescentem, Franica, quod inter Leuuardiam & Harlingam oppidum est, obsident: vbi cum in summo discrimine versaretur: Albertus Dux Saxoniae pater, ex Geldriae finibus cum copijs in Frisiam redit, & filio liberato, fontem rebellionis Groningam, exercitu admoto obsidet, quam ab altera parte, Ezardus Frisiae orientalis comes, a nobilitate Frisiaca, Groningensibus infensa, inuitatus & adiutus, oppugnabat. Cum autem duceretur in autumnum obsidio, Fridericus episcopus Traiectinus ex marchionum Badensium familia, intercedens, cum vtraque parte de inducijs tractationem instituit. Qua nondum integre confecta, optimus & florentissimus Saxoniae dux Albertus Mauricij & Augusti nostrae aetatis Electorum Saxoniae auus, in castris ad Groningam ex viuis sublatus, & obsidio soluta est. Inde ad oppidum Dam, quod ab Ezardo tenebatur, oppugnandum, Groningani conuersi, foede depulsi sunt.

Fuit autem hic Ezardus seu Eduardus Frisiae orientalis, cuius pars maxima, Amasi flumine a Groningensi regione seiungitur, comes secundus, VDALRICI primi comitis, post occupatam ab ipso Embdam, a Friderico III. Imp. creati, filius, a quo praesentium Frisiae Orientalis Transmasanae comitum familia propagata est.

## H O L. E T B R A B A N T.

VLRICVS Dominus in Gretzil.

|  
Enno,|  
Ezardus,|  
VLRICVS, qui Embdam anno Christi 1453.  
sibi subiecit, Primus comes Frisix orientalis.|  
EZARDVS, Alberti ducis Saxonix in bello Gro-  
ningensi confederatus; sed à filio Alberti Georgio  
postea oppugnatus,

ENNO

Ioannes:

Vxor Anna, Iohannis comitis,  
Aldeburgensis filia, Antonij &  
Christophori foror.EZARDVS  
vxor Catharina  
Gustavi Suecorum  
regis filia,Christophorus an-  
no 1566, in Vnga-  
ria periit.

Iohannes

ENNO.

Gustauus

Iohannes

Christo-  
phorus &c.vxor VValburgis  
comitissa Ritbergensis,  
Domina in Esens,

1462.

1482.

Confinis orientali Frisix, meridiem versus est ALDENBUR-  
GENSIS comitatus, quem ab ortu Visurgis, ab occasu Amasis, à meridie  
Monasteriensis diocesis claudunt. Huius ditionis comes GERARDVS,  
Theodorici filius, Christiani primi Daniæ regis & Mauricij frater, inque-  
tus & turbulentus, gesto primum aduersus fratrem Mauricium & Bre-  
meneses in patria bello; deinde in Holsatia aduersus fratrem Christianum  
Daniæ regem & vrbes vicinas multa mouens, ac inde eiectus, cum, defun-  
cto fratre Mauricio, Delmenhorstum tutorio nomine teneret, & Lubecen-  
ses, quibus hostilia denunciauerat, aliarumq; vrbiu mercatores transeun-  
tes deprædaretur; tandem à Monasteriensi episcopo, ciuitatibus confœ-  
derato, Delmenhorstum obsessum amisit: ac profugus in Gallia, exul hoc  
anno 1500, demum finem miseriarum, de hac vita migrans, inuenit: cum  
patriam duriter afflictam, & in extremas angustias redactam, sex filijs &  
filiabus quinque reliquisset: ex quibus tres domi extincti; duo Adolphus  
& Otto, à Ditmarsis cæsi, eodem cum patre anno interierunt. Gubernatio-  
nem verò comitatus, IOANNES, multos iam annos viuente adhuc patre te-  
nuerat, cuius industria, virtute & fortitudine, patria rursus aliquantulum  
recrea-

recreata & amplificata est: Butiadis etiam & Stadlandis Frisix populis, qui defecerant receptis. Sunt autem Butiadi Visurgis & Iadi fluuiorum accolæ: quorum hic boream; ille orientem versus, Butiadiam terminat. Hos rebelles anno superiore domitos Ioannes ad subiectionem & fidelitatem ipsi iurandam mense Aprili adegerat. Sed iuramento vix præstito Butiada, à Frisijs VVursatis oppositæ Visurgis ripæ accolis adiuti, præfectum comitis eijciunt, & in libertatem se vindicare conantur, sed eadem ætate comes, 280. seditiosorum cæsis ditionem recipit, ac ceruicibus eorum arcem Rodenkercke imponit. qua iterum destructa, anno 1513. demum exeunte Brunsvicensium ducum auxilijs, Butiadia & Stadlandia integre recuperata est.


Coniunx Ioannis, Anna Ernesti principis Anhaltini soror, & Georgij Mersburgensis ecclesiæ coadiutoris amita fuit, ex qua filios quatuor, ac in his Ioannem, qui patre defuncto patriæ triennium præfuit; Christophorum canonicum Bremensem ( qui in Dania & alibi exercitus duxit, & arcem Delmenhorstanam Monasteriensibus ademptam comitatui Aldeb. restituit ) ANTONIVM qui nostra ætate annos 44. patriam rexit; & ANNAM Ennoni Frisix comiti nuptam suscepit. Ipse Ioannes anno 1526, extremum vitæ diem confecit.

FAMILIA COMITVM  
ALDEBURGENSIVM.

Christianus.

THEODORICVS Comes Aldeburgensis, prima vxor Adelheid, Ottonis Delmenhorstani filia & hæres, nupta 1401. altera HEDVIGIS, Adolphi ducis Slesvicensis soror ducta anno 1404. quæ prius Baldafaro Domino Megapolitano nupta fuerat.

Ex hac geniti:



profugus 1523. ca ptus 1532. obiit 1559.	β Christia- nus III. 1535. Fridericus II. coepit 1559.	Ioannes pa- tri anno 1526, mortuo suc- cessit tri- bus annis.	Ge- or gi- us. & bellator.	CHRISTO- PHORVS canonicus & bellator.	Anna En- noni Frisiae comiti nu- pta.	ANTONIVS coepit 1529 ex Sophia Magni du- cis Saxo- niae filia.
---	--	---	-------------------------------------	--	--	---

IOANNES bernatione patri vxor Elisabeth comitis Svartzburgensis.	successit in gu- bernatione patri Anno 1573. filia Guntheri comitis Svartzburgensis.	Christianus ante patrem obiit Dresdæ 1572.	Antonius in Del- men- horst.
---	--	---	---------------------------------------

Ex nobilissima hac & vetustissima comitum Aldenburgenfium stirpe, præfens Daniæ regum familia orta & propagata est, ex qua IOANNES filius Christiani primi ex hac familia Daniæ regis, & Dorotheæ Ioannis marchionis Brandeburgensis filia; Friderici primi ex Brand: familia Electoris, neptis: in DANIA hoc anno 1500 regnabat, cui præter maris Balthici insulas, quæ Danorum veteres & patriæ sedes sunt, totum hunc orbem Arctoum, tria amplissima Daniæ, Sueciæ, & Norvvegiæ regna, quæ multis antea seculis singula peculiare ac distinctos reges habuerant complectentem DEVS subiecit. cuius Imperij in terra continenti initium, à gradu longitudinis vicesimo quinto, occidentalem Norvvegiæ oram stringente; vsque ad gradum 55. seu VViburgum, Coreliam & lacum album pertinebat. Latitudinem regnorum à sinu Balthico vsque ad mare Hyperboreum patentem, à meridie parallelus quinquaginta quinque gradibus ab æquatore distans, Eydorum fl. Slesvvigam, Fimariam, Fallstriam & Bornholmiam insulas permeans inchoat. Sexaginta Graduum parallelus per Ansloiam Norvvegiæ, & Scaram, Nericiam & Stocholmiam Sueciæ, & Parnouiam Liuoniæ transit. Circulus Arcticus ad gradum longit. 355. Islandiæ seu Thyles insulæ oram meridianam attingens, Nidrosiam Norvvegiæ sedem olim archiepiscopalem, & Iemptiam ac Midelpanniam Sueciæ prouincias, & Vesikilam ac VViburgum Finnoniæ, longissimo 360. milliarium tractu transcurrit. Inde ad gradum lat. 75. horum regnorum latitudo porrigitur, quam mare glaciale, totam Norvvegiam & Sueciam ambiens, versus septentrionem claudit, per quod, ex nostro Oceano occidentali, Norvvegiam & Sueciam circumnavigari, Anglorum classes, in Moscouiæ sinum ad Diuidnæ fl. ostium itidem circulo Arctico subiectum, clauso propter Suecicum bellum mari Balthico tendentes, primum docuerunt.

1565.

1566.

Præter hæc terræ continentis amplissima spacia, subiectæ sunt Norvvegiæ regno, multæ Oceani occidentalis insulæ, ex quibus amplissima & veteribus etiam nota est THYLE quæ Islandia hodiè appellatur, sub

sub circulo arctico, à gradu longitud. 352. ultra centum millia Germanica, versus ortum porrecta. cuius incolæ, exre pecuaria & piscatione & ferarum venatu potissimum viuunt. Frumentum (quo non nisi importato lautiores vtuntur, cæteri enim pisce indurato panis loco vescuntur) classibus aduehitur quotannis per mercatores, qui vicissim ferarum pelles, piscium induratorum strues, & sulphuris in ea insula effossi moles magna copia euehunt. Ministros ecclesiarum & Episcopos ex Academia Hafniensi accipiunt, & literarum studia non infeliciter colunt. nam in hac etiam Rostochiensi schola, aliquot Islandos, latinis & Græcis literis mediocriter excultos, & doctrinam Christianam rectè & feliciter discientes habuimus. Adiacent Islandiæ versus meridiem Gemonæ insulæ, inde Faræ, ad grad. latitud. 64. & his meridionaliores Hetlandicæ, quibus continua serie Orcades vsque ad littora Scotiæ pertinentes cohærent. His amplissimè patentibus terrarum & marium spacijs, Rex Ioannes anno Christi 1500. imperauit. cuius pater CHRISTIANVS, cum non ex regia, sed antiqua & illustri comitum Oldenburgerum & Delmenhorsti familia, ortus esset; à DEO, qui constituit & transfert imperia, ad regni Daniæ, Noruuegiæ & Sueciæ fastigium hac occasione euectus est.

Gubernauerant Daniam à Caroli magni ætate, annos circiter sexcentos, continua serie, Reges ex vna familia Danici sanguinis regia orti, vsq; ad Valdemari III. filiam Margaritam, Semiramidem Danicam, anno 1412. ex his terris euocatam. Quorum seriem ab eo tempore, quo primum Christi fidem Daniæ reges constanter amplexi sunt, deductam; breui tabella oculis lectorum subijcio.

Etelredus rex  
Angliæ.

GORMO III. postremus persecutor Christianorum,	Vxor	THYRA Christiana ad extremam senectam impio marito nupta Vallnm Danicum propè Slesvvi-gam erexit.
--	------	---

HERALDVS VI. ab Ottone I. vnà cum filio ad baptismum adductus circa A.C. 960 quinquaginta annos regnavit.

Suenotto abiecta religione Christiana patrem regno expulit. Postea captus à Iulinensibus Vandalis, & pulsus ab Erico Sueciæ rege ad Christum redit, & in regnum restitutus, per Adalgagum Hamb. Episcopos in regno constituit, obiit 1015. ex Syriha Erici Suecici vidua.

CANVTVS II. MAGNVS Estritha Vlfoni An-  
 Vandalis Norvuegia, glico duci nupta, de-  
 Anglia, subiectis, tan- inde Ruardo duci  
 dem Rothomagi Normannia,  
 obijt 1036.

SVENO II. ⊕ 1074.

Haral- S. CANVTVS Olaus III. ERICVS IV. Nicolaus  
 dus VII. IV, nutricius ec- 1095. magnus, profe- Rex 1103.  
 bienni- clesia, interfectus ctus Romam  
 um re- Othonia 1088, & Ierosolymam Magnus inter-  
 gnauit. ⊕ in Cypro 1102 fecit S. Canu-  
 tum.

ERICVS V. Anna nu- S. Canutus dux Slesvvicen: rex  
 Hasenwoeth, pta Aquino, Obotritorum beneficio Lotha- CANVTVS Se-  
 1139. no, rij Imp, occisus ad Mosam à Magno regis Nicolai filio 1136. landia in con-  
 | uiuio caesus  
 | 1155.

Sueno III. Cas- Ericus VI. VValdemarus Dux Iutia  
 nutum Nico obijt 1147. & Slesvvic, Rex Dania cœ-  
 lai regis nepo- pit 1157, amicus Friderici  
 tem sobrinum suum Barbarossa Imp, obijt 1182.  
 adiutum ab Adol-  
 fo II. Holsatia comite  
 aliquot prælijs profligauit à Fri-  
 derico Barbarossa Mersburgi  
 Rex declaratus, sed à sobrinis pul-  
 sus ita transegit, vt ipse Scania te-  
 neret, tandem caesus à VValdema-  
 ro A. C. 1157.

CANVTVS VI,  
 cuius historiam lib. 16.  
 & vltimo Saxo Gram-  
 maticus recitat,

VValdemarus II. Dux Slesvvic, sub  
 Canuto felix, occupat Lubecam &  
 Hamburgam anno 1200, rex factus  
 condidit Reualiam 1220, postea  
 infelix capitur ab Henrico comite Sue-  
 rini ex insidijs, 1223, & vincitur à Lu-  
 becenfibus ad Bornhouede 1227, ⊕ 1241.

Ericus VII, à fratris  
 Abelis factione inter-  
 fectus 1250.

Abel occisus  
 à Frisijis 1253.

Christophorus captus à  
 comitibus Holsatia.  
 Sax. cr. lib. 8, cap. 25.

β

Ericus

Ericus  
Dux Slesvicensis

VValdemarus

<sup>β</sup>  
Ericus VIII.

1280.

VValdemarus Dux Slesvicensis, Rex electus auunculo Gerardo comiti Holsatiæ, Ducatum Slesvicensem tradidit.

ERICVS XI, cui se Rostochienses subiecerunt. anno 1314.

Christophorus II, Henrico Leoni Domino Megapolitano Rostochium reddidit, obiit 1331.

Otto captus ab Holsatis postea miles ordinis Teutonici

VVALDEMARVS III, Rex annis 44, inuisit terram sanctam, infeliciter cum ciuitatibus Anzæ bellum gessit, obiit 1375.

MARGARITA Haquino Regi Norvegiæ nupta.

Christophorus ante patrem casus in prælio nauali cum ciuitatibus maritimis 1359.

Ingelburgis nupta Henrico duci Megap:Alberti I, ducis filio.

OLAVS IV. qui 1387, adolescens obiit.

Maria nupta VVratislao VII. duci Pomeraniæ.

ERICVS Dux Pomer. à Margarita matertera magna adoptatus.

Margareta itaque annos 37. post patris VValdemari mortem, sapienter & feliciter Daniam cum tenatu regni gubernauit, & Norvegiam, succedens filio Olao; Sueciam capto rege illius Alberto; coronæ Daniæ coniunxit, postea procerum consensu, externum regem, sororis suæ Henrico duci Megapol. nuptæ nepotem ERICVM, patre VVartislao VII. Pomeraniæ duce, Bugslai V. filio, VVartislai 4. ad quem Rugiæ principatus primum peruenit, nepote, prognatum, adoptauit. Qui Margaritæ defunctæ successit, & diuturnis ac difficilibus bellis cum Slesvicensibus præcipuè ducibus, cum fœderatis Anzæ ciuitatibus, & Suecis rebellantibus gessit, tandem pertæsus molestiarum gubernationis, relictis regnis, in Pomeraniam redijt, vbi amplius viginti annos adhuc superstes in ocio & quietè vixit, & anno Christi 1459. primum decessit. Dani igitur, alterum regem externum CHRISTOPHORVM Palatinum Rheni & ducem Bauariæ, Iohannis Palatini, & Sophiæ Erici X. sororis filium, Ruperti Imp. nepotem, eligunt, anno Christi 1439. Qui cum decennium regnasset, nec ex DOROTHEA regina (cuius pater Ioannes natus marchio Brandeb. Voilandia in finibus Franconiæ princeps, Friderici nati Burggrauij Norimbergensis & primi elect. Brand. primogenitus, & Alberti Achillis Germanici frater: mater verò Barbara Rodolphi Saxonie electoris postremi ex Alberti Vrsi posterjs, filia fuit) quidquam liberorum suscepisset: senatores regni, principem Vasallum regni Daniæ, Adolphum ducem Slesvici ad Daniæ imperium vocant.

1388.

1412.

1438.

Cùm

Cùm autem Adolphus ætatis non amplius idoneæ rebus gerendis excusatione vsus pertinaciter regnum oblatum recusaret: & sororis suæ Hedvvigis ac Theodorici comitis Oldenburgensis filium Christianum, Heroica animi & corporis magnitudine cum singulari humanitate coniuncta præstantem, à se educatum, ipsis proponeret: Senatores & proceres regni DEO mentes eorum flectente, CHRISTIANO huic Aldenburgensi & Delmenhorstæ comiti, Regnum, vnà cum regina Dorothea deferunt.

Cùm autem singulari cum Iustitiæ & moderationis laude Christianus triginta annos regnum administrasset: & mortuo Adolpho, Slesvici duce,  
 1459. Holsatiæ comite postremo, Holsatiæ etiam comitatum exclusis transactione Adolphi agnatis comitibus Scovenburgensibus, in feudum ab episcopo  
 1474. Lubecensi accepisset: & ab Imp. Friderico Dux Holsatiæ, Stormariæ &  
 1482. Dietmarsis appellatus esset; tandem ex hac vita emigrans, IOANNI Filio seniori regnum reliquit. Qui eximia autoritate, potentia, & felicitate, vsque ad annum 1500. floruit, quo ineunte, aduersus Teutomarfos populos, in extremo basis Cimbricæ chersonesi, inter Eydori & Albis in Oceanum se effluentium ostia angulo palustri habitantes, infelicem expeditionem suscepit. Hos finitimos Holsatis, aliquoties ditioni suæ subijcere superiores principes frustra conati fuerant, & ante 20. annos Christianus primus euocatos in conuentum Rendsburgensem Imperatoris Friderici, qui Dietmarsiam vt feudum Imperij Christiano & posteris illius contulisset, literis & mandatis ad obedientiam præstandam cohortatus fuerat. At illi archiepiscopum Bremensem Dominum titulotenus præseferentes, libertatem à maioribus acceptam cupere se constanter retinere & tueri ostenderant. Ioannes igitur denuò per legatos admonitis frustra Ditmarsis, vt Imp. M. mandatis de obedientia ducibus Holsatiæ præstanda parerent: bellum in eos mouit, accersitis tum aliunde ex regnis suis & vicina Germania auxilijs, tum verò inprimis legione militum fortissimorum, qui in Belgicis sub Maximiliano bellis, ex variarum gentium colluue confluerant, & biennio ante in Suecis subiugandis fidelem & felicem operam Ioanni præstiterant: nuper etiam Magno Saxonis duci, Hadelariam regionem recuperarant. Etsi autem in aditu Ditmarsis oppidum Meldorff rex occupauerat, ac vt terrorem cæteris adferret, omnes nulla ætatis aut sexus ratione habita trucidari iusserat: tamen vltius per  
 14. Feb. angustias viarum, fossis vtrinque cinctas progrediens, tristem & horrendam cladem, totus exercitus à Ditmarsis partim cæsus, partim aquis immisus submersus accepit, in qua flos nobilitatis Holsaticæ, & in hac, decem ex vna familia Aleueldia. cum alijs 60 & duo comites Aldeburgenses, regis patruales, Adolphus & Otto Gerardi filij, Ioannes fratres, perierunt, & Rex potentissimus à paucis agrestibus & rusticis victus, documentum mortalibus præbuit, nec fortunæ, nec magnitudini virium confidendum, nec fiducia potentis bella mouenda, sed victoriam à solo DEO, non ab equestribus aut pedestribus copijs, expectandam esse.

Nulla enim potentia & virtus quantumuis excellens, felix est, nisi Deus ipse consilia, dextras & euentus gubernet, sicut anno post hanc cladem sexagesimo, Friderici III. Daniæ regis & patruorum expeditionem in Dithmarsiam, primo regni illius anno susceptam, gubernauit, vt intra vnus mensis spacium, regionem illam Albi & Eydoro fluminibus & mari paludibus & fossis aquarum vndique cinctam & munitissimam imperio Ducum Holsatiæ subiecerint, quam tot antea seculis frustra & infeliciter antecessores ipsorum aliquoties tentauerant.

Eodem anno 1500. rex Ioannes filiam Elisabetam, ex coniuge Christina, Ernesti electoris Saxonie filia susceptam; Ioachimo I. Electori Brandenburgensi, Iohannis filio, in matrimonium dedit. Deductam Berlinum à Friderico, regis Ioannis fratre, Holsatiæ duce, qui illis ipsis diebus ANNAM, Ioachimi primi electoris sororem duxit, ex qua laudatissimus postea rex Daniæ Christianus III, anno 1503 die 12. Augusti, & Dorothea, Alberti primi Borussiae ducis coniunx, nati sunt.

Postquam verò vniuersas Saxonice & Heneticæ linguæ in Europa Gentes, quarum mentionem Albertus Cranzius suis monumentis complecti voluit, hactenus peruagati sumus; & qui singularum regionum principes, quis status? ad annum Christi 1500. quem Chronici huius initium constituimus, fuerit? vtcunque explicuimus: nunc principum & aliarum rerum memoria dignarum, quæ in singulis Saxonicarum præcipue gentium, prouincijs, maxime insignes, secutæ sunt: tempora, serie annorum accuratè seruata, breuiter adiungemus.

Anno igitur 1501. In Balthico littore, summa Belli quod cum Ioanne Danorum rege Lubecenses postea gesserunt, primum sparsa sunt, cum Ioannes, foeda clade à Dietmarsis superiore anno accepta, in Sveciam cum coniuge Christina, Ernesti electoris Saxonie filia, profectus; ac inde, rebellionem Suecis ob articulos quosdam in coronatione iuratos, quos multipliciter violatos à Danis querebantur, molientibus; subito relicta Stockholmie cum præsidio coniuge, enauigans, commercia & importationes com meatuum in Sueciam à Lubecensibus intermitteri frustra flagitaret. Sueci enim, duce Stenone Sturio gubernatore suo, post subitum Ioannis ex Suecia discessum, Holmiam, refugientibus in arcem Danis, occuparant, & reginam Danicam in arce obsessam, & fame ad deditionem tandem compulsam, in monasterium VVasteen, vbi ipsa, vt erat foemina religiosa, dum in Suecorum potestate esset, viuere malebat, deduxerunt. ac vt Danum à reditu in Sueciam eo anno auerterent, magnos in Norvegia tumultus factiosorum quorundam opera concitarunt, & Nidrosiam archiepiscopi sedem tenebant. Hos Norvegiae motus vt sedaret Ioannes, Christiernum filium, qui postea regnauit, cum copijs eò misit, qui primum militiae & seueritatis suæ tyrocinium in ea expeditione edidit, cum eiectis Suecis, grauissimè in socios conspirationis animaduertit, & flore

M. D. I.

M. D. I.

flore nobilitatis Noricæ magna ex parte extincta, libertatem reliquam oppressit.

1388. Fluctuauerat autem S V E C I A, cuius imperium dimidiam Scandinaviæ insulæ seu orbis Arctoi partem, cum Finlandia & Russiæ ac Lioonia parte hoc tempore continet; annis amplius centum, sub Danicis regibus, iam aliquantisper obtemperans, iam eosdem prætextu non seruatarum ab eis legum in coronatione iuratarum, excutiens ac prima proximis seculis Heroïna Danica, Margarita, VValdemari III, filia (Alberto rege Sueciæ capto, & septennio post, cum ex custodia dimitteretur, præstitum ipsi à Suecis fidelitatis & obedientiæ iuramentum renunciante) Suecos regno Daniæ coniunxerat, cum antea ducentos ferè continuos annos, ex posteris S. E R I C I Reges, continua ferè serie habuissent, quam breui tabella oculis lectorum spectandam subijcio.

S. E R I C V S, eius nominis x, Rex Sueciæ qui templum Vpsaliense condidit, & Finlandiam, Moschis antea parentem, regno Sueciæ primus adiunxit: circa annum Christi 1150.

Canutus A. C. 1168.

VValdemarus Rex Daniæ

Ericus XI, 1210

Richesa,

Ericus XII, Balbus  
A. C. 1222.

Ingelburga,

Byrgerus Dux  
OstGothiæ,

VValdemarus Rex  
1250 vrbis Stocholmiæ conditor.

MAGNVS  
A. C. 1277.

BYRGERVS Rex 1290  
VViburgum condidit, & Caréliam regno Sueciæ adiecit.

Eri- VValde-  
cus marus,  
Dux

MAGNVS rex Sueciæ & Norvvegiæ obiit 1326.

MAGNVS Smeech Sueciæ & Norvvegiæ rex tandem ab Alberto, sororis filio, pulsus, 1363.

Euphemia nupta Alberto I, Duci Megapolitano  
A. C. 1336.

HAQVINVS rex Norvvegiæ, cuius vxor fuit MARGARITA Daniæ regina, VValdemari III, filia,

ALBERTVS rex Sueciæ 1363, captus à Margarita Danica 1388.

Marga-

Margarita igitur Dana capto Alberto, Sueciae regno potita, Ericum, sororis suae Ingelburgis (Henrico Duci Megapol. Alberti captiui regis fratris nuptae) ex filia Maria, Vartislao VII, Duci Pomeraniae, coniugio iuncta, nepotem, orientalis Pomeraniae ducem SVECIAE REGEM fecit ac ut deinceps trium orbis Arctoi regnorum vnus Rex esset, cum consensu procerum fanciuit. Ericus cum 40 annos Sueciae primum & Margareta mortua Daniae ac Norvegiae Rex fuisset, tandem Engelberto Dalacarlo Suecos in libertatem excussis Danis vindicante, & alijs offensionibus in Daniae regno accidentibus, deserta regnorum administratione in patriam vixit: Pomeraniae se contulit, & viginti adhuc annos in ocio & quiete priuatus Sueci Carolum Kanuti Finlandum, sapientia virtute & opibus praestantem, primum gubernatorem eligunt, deinde Christophoro rege mortuo, eundem Carolum, Sueciae regem constituunt. Huic anno 1470 extincto, STENONEM STVR, Caroli ex sorore nepotem, cuius moderationem, sapientiam, aequitatem & modestiam singularem Sueci praedicant, Gubernatoris nomine sufficiunt. Etsi autem aliquoties archiepiscopus Upsalensis & coniuncti ipsi Daniae coronae studiosi proceres, Daniae reges accersebant, & Ioannem Regem ut antea Christianum coronauerant: tamen gubernatoris officium Steno retinuit, & hoc anno 1501. post subitum regis Ioannis ex Suecia discessum, regina capta, regnum liberè administrabat: & in Norvegia etiam concitatis motibus ut dixi Nidrosiam occupauerat. Ioannes, etsi apertum bellum aduersus Suecos mouerat, & cum Lubecenses ac vicinae vrbes, rogati à rege, ab usitatis commercijs & importationibus com meatuum in Sueciam non abstinere, horum quoque naues passim hostiliter inuadebat: tamen ad pacificationem tandem decurrit, Cardinale Raimundo qui Germaniam tum peragrabat Lubecam euocato. Qui, adhibitis Friderico regis fratre, & Magno duce Megapolitano, cum à Lubecensibus, ut negotiationes in Sueciam suas aliquantisper in regis gratiam intermitterent, impetrari non posset, his conditionibus pacem fecit, ut Lubecenses missis legatis, reginam Danicam à Suecis libertati restitui curarent; ac rex vicissim damna Lubecensibus illata compensaret debita solueret, immunitates & priuilegia in regno omnia seruaret, de caeteris verò cum Suecis controuersijs sequenti anno Sundij indicto conuentu tractaretur. Sed malè facta gratia nec quidquam coit & facile rescinditur. Etsi enim intercedentibus legatis Lubecensibus, Christina liberaliter dimissa, & ab ipso gubernatore Stenone, ad fines Daniae, honoris causa, exeunte anno 1503. deducta erat: tamen Stenone paucis post hanc deductionem diebus mortuo, successor illius SVVANTO, cuius Moschicis victorijs virtus, inclarauerat, Calmariam, quae Danico praesidio adhuc tenebatur, obsidione cinxit, & Sundensibus bellum Bugslaus princeps eo anno inferebat. Sic intermissa pacificatione Sundensi apertum bellum rursus erupit; cui Lubeca etiam & aliae ciuitates denuò implicatae sunt, cum regi petenti, ut Suecorum commercia vitarent, gratificari nollent. In Saxonia inferiore, Henricus Dux Brunsvvicensis senior, pro archiepiscopo Bremensi Ioanne, à quo recens filius Henrici Christophorus adiutor electus erat, multorum

1438.

1503

M. D. I. principum auxilijs, amplum exercitum duxit aduersus Frifios Vurfatos archiepiscopo contumaces ac rebelles, & vicinos trans Visurgin Butiadas, qui capta arce Rodenkerka denuò se in libertatem asseruerant. Sed tantæ copiae, incommodo anni tempore autumnali, in loca palustria ductæ, partim imbribus, & paludum ac fossarum colluie, partim rei frumentariae inopia partim incolarum armis reiectæ, nulla re memorabili perfecta dissipatæ sunt, & amplæ expectationi de expeditione illa concitatæ nequaquam responderunt.

1512. IODOCVS, comes Hoiensis Ioannis filius, Erii nepos: cuius ad  
1519. Visurgin sedes Hoia, sex supra Bremam milliaribus & ditio satis ampla & copiosa oppidis, arcibus & agris floret cum 46. annos patriæ solus præfuisset, rebus humanis exemptus est, relictis tribus filijs, IODOCO, ERICO, & Ioanne, quibus planè adhuc adolescentibus, mater Irmgardis, BERNARDI bellicosi comitis Lippiensis filia, Simonis soror comitatum satis feliciter & tranquillè gubernauit, donec Bernardo Lippiensi, auo comitum Hoiensium materno, & tutore ac patrono præcipuo, ex his terris sublato, Brunsvicenses duces prætextu feudi à se non petiti, quod ad Monasteriensem Episcopum transferre comites conati essent, tota eos ditione eiecerunt, in quam belli Hildesheimensis tempore redierunt, ac Iodocus, Pacis artes studiosè coluit, & ecclesias sui comitatus piè constituit. Ioannes verò militiam postea secutus, in Dania & Suecia exercitus duxit, & sororem Gustavi Sueciæ regis coniugem meruit, ex qua Ioannes Episcopus Osnabur. Monaster & Padeb. Princeps ingenio, cognitione linguarum, & eloquentia excellens, natus est. Cuius suo loco mentionem faciemus.

HAVELBERGENSIS ecclesiæ, ab OTTONE I. Imp. anno Christi 946. prope Haueli & Albis confluentem fundatæ, vt Henetis gentibus, à patre Henrico Aucupe & ipso subjugatis veram Christi noticiam traderet, & religionem Christianam propagaret: Episcopus tricesimus sextus ab Vdone, Ioannes à Slaberndorff nobilis, præfectus, & à Theodorico Bulouio Lebusiensi episcopo institutus est. Primum autem ecclesiæ Havelbergensis episcopum VDONEM, Albertus Metropolitanus Magdeburgensis, vnà cum Burcardo Misnensi, Bosone Mersburgensi Hugone Citiensi, & Dietmaro Brandeb. Mersburgi anno 968. præsentente Ottone I. Imp. consecrauit, qui omnes hos Magdeburgensis metropoleos recens à se conditæ membra & suffraganeos esse voluit. Vdonem proprij subditi, religionem Christianam iterum abijcientes, paulò post trucidauerunt, cui, cum sedes aliquot annis vacasset, Huldericus à Gisileno Magd. archiepiscopo ordinatus circa annū Christi 1000. successit. Hinc Ericus à Dagono, Godscalcus ab Hunfrido Magd. consecratus: VVinandus: Ezelo, ab Hartuico. Bernardus: Hernio ab Adelgotto, Gumpertus: 10 Anshelmus, qui anno 1144. monasteriū Hiericho fundauit. 11. VValo, quem VVichmannus arch. Magd. tempore Ottonis marchionis Brand. instituit anno 1170. Hubertus 1191. Lambertus 1207. Segebadus VVilhelmus, sub quo VVitstochiensis ciuitas muris cincta præsentis oppidi formā accepit: 1220 Henricus I. à VVilbrando Magd. ordinatus 1248. Henricus II. 1276. Hermannus filius Ioannis I. marchionis Bran. Ioannes II. Arnoldus, Ioannes II. Reinerus. Henricus III. Theo

EPISCOPA HAVELBERG:

98

M. D. I.

Theodoricus, Burcardus I. ab Ottone Landgrauio Hafs. arch. Magd. institutus 1358. Burcardus II, comes à Linda 1360. Theodoricus, sub quo ad sanguinè hostiæ in pago VVilsenac anno 1383. die 24. Augusti inuentum, concu rere populus cœpit. Ioannes III. OTTO Rhor 1401. Fridericus Ioannes à Beust 1424. Conradus à Lintorff, sub quo syluam VVistochianam, ducum Megapol. præfecturæ Bredenhagen vicinam, Senatus VVist. à cœnobio Campen anno 1436. emit, cui cœnobio in Pomerania sito, VValdemarus marchio Brand, partim alijs titulis, partim pro redemptione animæ anno 1311. eam concesserat. VVedigo Gans 1460. cum vicino principe VVrico Stargardense & proprijs subditis tumultuatus est. Buffo I. de Aluensleben 1487. Otto à Konigsmarck, qui hoc anno 1501. mense Augusto decessit.

Hanc seriem episcoporum diœceseos Havelbergensis, etsi nihil ferè præter nuda nomina mecum à Matthæo Ludeco præsentè collegij illius Decano communicata sunt: breuiter annotaui, vt cæteris episcoporum Saxonix catalogis, in metropoli, ab ijs, qui vellent, adiungeretur. Etsi enim in Heneto solo hæc episcopa per Ottonem primum condita est: tamen deductis in omnes has Henetorum, Orientali Albis ripæ adiacentes regiones Saxonum colonijs, & Henetorum lingua ferè deleta: meritò Saxonix hic tractus inter Albim & Viadrum & mare Balthicum interceptus, accensetur, sicut in vsitata nostro tempore prouinciarum Germanix distributione superiori circulo Saxonix Marchia & Pomerania includi solet.

Situm est autem Templum Collegij Havelb. Cathedrale, & contiguæ canonicorum ædes, in monte edito, cuius radicem HAVELVS fl. nauigabilis & valde piscosus alluit. Qui ex Megapolitana ditione primum emanans, vbi Furstenbergam oppidum præterijt, Buzouium Marchiæ Spondani defertur, infra quam SVETVM fl. ex montibus Boemix per Lusatiam superiorem ac inferiorem & Berlinum, vbi marchionum Brand. aulæ sedes est, meantem, duobus infra Berlinum milliaribus recipit: & Botzdamum, BRANDEBURGUM, (Plasam, Pritzeruam) Rattenoam allabens, & Havelbergam vrbe à monte dirimens, ad tertium ab vrbe lapidem è regione Vuerbæ ALBI miscetur, ex quo omnis generis merces Hamburgâ & aliunde in Marchiam & Lusatiam nauigijs per Havelum & Sueuum inuehuntur.

Eodem anno exeunte, Philippus, Belgarum princeps, Maximiliani Imp. filius, à Ferdinando Aragonix & Elisabetha Castiliæ regibus soceris, in Hispaniam vocatur, vt sibi & Ioannæ coniugi suæ, Hispaniæ regum tunc natu maximæ, velut hæredibus, populorum Hispaniæ fidem Sacramento adstringeret.

Cùm enim Ioannes Ferdinandi (Aragonis, & Elisabethæ Castiliæ reginæ) filius, cui Margarita Philippi soror nupta fuerat, adolescens extinctus esset: & soror illius Elizabeth primogenita, Emanueli Lusitaniæ regi nupta, sequenti anno Michaellem enixa obiisset: qui bimus anno proximè elapso, in prima infantia decesserat: successionis regnorum Hispaniæ ius omne in Ioannam Michaelis materteram, inter superstites Regum Hispaniæ filias natu maximam deuolutum erat. Hanc protectionis Hispanicæ causam, cum haberet Philippus, exeunte anno iter per mediam Galliam fecit, cuius regem Ludoicum XII sapientia & virtute præ.

1497.

1498.

1500.

## SCHACHMET TATTAR. ZAVOLH. IMP.

te præstantem, prouincijs suis Belgicis finitimum & sibi amicum, paulò ante nouæ adfinitatis vinculo arctius obstrinxerat, Carolo filio suo infante nondum bimò, Ludoici filix Claudix ex Anna Britannica susceptæ infanti copulato; cui dotis nomine Rex Ducatum Mediolanensem promittebat, cuius possessionem adulti peracto matrimonio tenerent, Exceptus autem summò cum honore à rege Ludoico Blesis, mense Decembri in Hispaniam tandem feliciter peruenit.

In Pomerania Bugslaus X. cum marchione Ioachimo I. electore Brandeburgensi hæreditarijs fœderibus & successione pacto recens renouato, tertium filium BARNIMUM, qui nostris temporibus orientalem Pomeraniam placidè & tranquillè rexit, die 2. Decembris natum, suscepit.

In POLONIAM anni initio, Schachmet, Tattarorum Zauolhensium Imp. legatos misit, qui cum rege Ioanne Alberto, & fratre illius Alexandro Lithuanix duce, fœdus contra Tartaros Præcopitas, qui iam aliquot annis in Poloniam & Lithuaniam incursiones crudeles fecerant, inierunt, quod Tattari fusa super Gladio nudato aqua, eaq; hausta, his verbis adiectis confirmarunt. Quicumq; pacta, ligam, & fraternitatem uiolauerit, aut contra eam violandam insurrexerit, uel aliquippiam intentauerit, a fratre incidendus occidendusq; pereat, & tanquam aqua defluat atq; euanescat. Statim igitur missi cum ijs Polonorum & Lithuanorum legati, Tartaros, mortuo iam rege Ioanne Alberto adducunt, quorù Imp. Schachmet, qui primum victor, tandem profligatus, a Lithuanis captus & ad perpetuos carceres, ut supra breuiter diximus damnatus, est. Ioannes Albertus interea in Borussiam proficiscens, vt Fridericum ducem Saxonix ordinis Teutonici magistrum, ad præstandam sibi fidem & subiectionem debitam cogeret, in primo aditu Borussix Turoni apoplexia ictus, anno ætatis 41. die 17. Iunij, cælebs, moritur. cui Alexander magnus Lithuanix Dux frater, successit qui paulò ante cum Liuonix magistro VValthero à Plettenberg, aduersus Ioannem Moschouix regem socerum suum, qui circiter 60. milliarium tractum Seuerensem & alios ex Lithuanix ducatu genero ademptum occupabat: fœdus arctissimum inierat; & iam milites Germani & alij stipendijs Alexandri conducti, magno numero in Lithuaniam confluebant. Sed in ipso belli apparatu, nuncium de fratris morte accipiens, intermissa expeditione Moschica, ad coronam regni in Polonia accipiendâ proficiscitur. Interea stipendiarij milites, non uisò Moscho, Lithuanorum terras potius quàm hostium depopulabantur.

Liuonix autem princeps VValterus à Plettenberg Heros fortissimus, etsi à Lithuanis desertus erat, tamen singulari animi magnitudine & constantia, fines Russix cum suis copijs exeunte Augusto ingressus, quadraginta millium Russorum exercituum profligauit, & arces ostrovvam, Crochovvam, Isenburgum, Ivvamgrodam, direptas incendit, & ineunte hieme copias suas, cum dysenteria laborare cœpissent, in Livoniam reductas in hyberna distribuit: eodem ferè tempore, quo in regno Neapolitano quod proximis mensibus, Gallix rex Ludoicus XII. (qui Ducatum Mediolanensem superiore anno 1500, Ludoico Sfortia

Sfortia ad Nouariam capto receperat) & Hispaniæ rex Ferdinandus Catholicus, Friderici regis Neapolitani sobrinus, ex æquo inter se partiti, per duces suos Ludoicum, Arminiacum & Ferdinandum consaluum occuparant: Galli & Hispani de finibus prouincię capitatus dissidere cœperunt. quam Aprutio olim coniunctam, & Aufido fl. ab Apulia diremptam, Galli suo regi, cui vrbs Neapolis cum Aprutio & Campania vsque ad Latij fines in partitione regni obtigisset, deberi contendebant, Hispani contra, cum noua diuisione prouinciarum regni ab Alfonso I. facta, inter tres Apulię partes, capitatus etiam, Hidruntinæ & Barenfi annumeraretur; suo regi eam vendicabant, ex qua dissensione apertum bellum sequenti anno exarsit, vt sanè infelix & misera eo tempore regni Neapolitani conditio fuerit, quod intra octennium, sex reges habuit, quorum seriem cum multis horum temporum historijs lucem adferat, obiter intexam.

Ferdinandus Iustus Rex Aragoniæ, obiit 1416.

ALFONSVS magnus,  
Rex Aragoniæ & Neapolis  
sapientissimus, cepit Neapolin 1442. Obijt 1458.

Ioannes rex Aragoniæ  
post Alfonso.

Petrus.

FERDINANDVS nothus  
Rex Neapolis, obiit anno  
Christi 1494 ineunte

IOANNA  
vxor Ferd.  
Neap.

FERDINANDVS  
Catholicus Rex  
Aragoniæ cœpit  
1475. ⊕ 1516.

ALPHONSVS rex initio anni 1494. terrore armorum Gallorum deponit regnum & fugit in Siciliam.

FRIDERICVS rex Neapol. 1496. Hic anno 1501. à Gallo & Hispano pariter oppugnatus ad Ludoicum ho-

Beatrix Ioanna vxor Ferd. Iunioris.

IOANNA, vxor Philippi archid. Austr. & Burgund.

CAROLVS V. IMP.

PHILIPPVS Rex Hispaniæ.

Isabel- la vxor Io. Galeacij Mediol.

Ferdinandus rex Neap. 1495. pulsus à Carolo VIII. Galliarum.

Ferdinandus Dux Calabriae Tarenti à Consaluo captus 1503. Hispaniam mittitur.

BONA, vxor Regina Poloniae.

Rege, qui Neapolin 1495. die 21. Febr. ingressus est. Post discessum Caroli mense Iulio Neapolin recipit, & Hispanorum ac Venetorum auxilio Gallos eiecit: Venetis Hydruntem, Brundisium, Tramini, Neapolin opignorat. Sed in ipso victoriae cursu moritur 1496.

sigismundus Augustus.

Moschi, a VValtero Plettenbergio, Liuania magistro superioris anni expeditione in Rufsiam, irritati, cum magistrum Liuania graui morbo decumbere, & Liunos milites in hyberna hinc inde traductos & dissipatos esse cognouissent: aliquot agminibus in Liuoniam incursiones fecerunt, & dioecelin Derbatensem & Rigensem, & tractum a Nerua Reualiam, versus, summa celeritate, priusquam copias colligere Liuoni possent, crudeliter direptum uastarunt, & multa hominum millia in tristissimam seruitutem Moschicam & Tartaricam ex Liuania abegerunt. VValterus igitur recollecto bis mille equitum agmine, & aliquot peditum signis, denuo a Lithuanis desertus, a D E O & sua, suorumq; virtute ac fortitudine pendens, rursus in fines hostium ad Plescouiam mense Augusto ducit, ubi ingenti Moschorum multitudine circumfusus, ingenti animo eos aggressus, & a D E O prosperum pugnae exitum & victoriam petens, tormentorum praecipue miraculo & equitum cataphractorum aliquoties Ruthenorum acies perumpentium virtute, hostes territos in fugam conuertit, & gloriosam ac toti Liuania salutarem uictoriam adeptus est. Moschouiae enim Dux Ioannes, VValtheri uirtute & felicitate adductus, cum Casanum etiam regem a se defectionem moliri intelligeret, & propiores Moscouiae ditiones Smolencensem & Plescouiam prius occupandas esse censeret: pacem Liuonis (non decem sed) totos Quinquaginta annos duraturam obtulit, & optimis conditionibus sancitam prorogavit. Demetrius Ioannis Moscouiae ducis filius, Smolenciam arcem ad Borysthenem munitissimam interea, irritum tamen euentu obsidebat, cum Tattari Praecipitae, per Rufsiam Albam & prouinciam Sendomiriensem ad Vistulam usq; omnia rapinis ferro & incendijs nemine obsistente, extremo Septembri uastarent.

Fridericus Saxoniae princeps elector, dissidia inter Marchionem Brandenburgicum & Senatam Noribergensem exorta, cum uterq; alterius hostibus receptum, & patrocinium tutum aliquot annos praebuisset, conuentu partium Erphordiae indicto composuit die 20. Iunij. Quibus ipsis diebus Casimirus filius 21 annorum juvenis, patre in Thuringia absente, Noribergenses in pagum Affalterbach ad Encania, armata manu proficiscentes, in syluam arte allectos profligat & 328 cives, plerosq; viros optimos & modestissimos trucidat, cum Dux ciuium, Vlman Stromer, simulata marchicorum fuga in syluam illectus, contra Senatus mandatum, qui constituto loco expectari reditum ad Encania pridie profectorum iusserat: cives sibi adiunctos in hostem temere duxisset.

In dioecesi Verdensi ad Allerae & visurgis confluentem, Bertholdo a Landesberg episcopo, cuius supra mentionem fecimus, succedit Christophorus Dux Brunsvicensis adolescens, quem a Bremense archiepiscopo coad iutorem triennio ante cooptatum fuisse dixi. Hildesensem

ensem veró principatum, opibus & clientelis eo tempore potentem, Ericus Dux Saxoniae, Magni frater, excepit. Circumibat in Saxoniam Raimundus Payrandus Cardinalis, Alexandri VI. P.P. legatus Indulgentias circumferens, & principum & ciuitatum controuersias componens, & singulos magistratus ad suscipiendum communi consensu aduersus Turcas bellum excitans: Is Ernestum Magdeburgensem episcopum grauis, admonuit, vt fratri Friderico Saxoniae electori hortator esset, vt Academiam in sua ditione tandem institueret. Quare cum aliquot iam annos deliberationes de condenda Academia multis dehortantibus agitatae in aula fuissent: tandem Fridericus Saxoniae Dux elector, cum ingenio & sapientia excelleret; & literas ipse intelligeret & amaret, easque in gubernatione maximo vsui ac praesidio esse perspiceret: & Maximiliani Imperatoris, qui omnium liberalium artium ac praecipue Historiarum studia in Germania excitauit, & aliquoties in comitijs Electores hortatus erat, vt singuli in suis ditionibus Academiam conderent, autoritate & exemplo inuitaretur: & fratrem Ernestum archiepiscopum monitorem assiduum haberet: post diuturnam consultationem multis dehortantibus, sed D. Mellerstadio, ipsius medico, & Ioanne Staupicio in primis negotium urgentibus, VVITTEBERGÆ ad Albim, ACADEMIAM quae postea omnibus Germaniae Academijs, omnium bonorum artium ac linguarum, & in primis mathematicum & Doctrinae caelestis studiorum celebritate & flore antecelluit; die 18. Octobris solenni ritu introductam, inchoauit. Pro concione, D. FLECCVS, bonis omnibus scholam nascentem prosequens, & ad nomen oppidi alludens, Ex hoc candido sapientiae monte flumina sapientiae & vitae, in vniuersum mundum redundatura esse vaticinatus est. Fuit autem is D. Fleccus, qui in Lutheri scriptis aliquoties laudatur; prior coenobij Steinlausig ad Muldam fl. prope oppidum Bitterfeld, cui nomen, campus & asperitas fecit amara loci. Rector Academiae primus Martinus Polichius Mellerstadius fuit, excellentis ingenij & doctrinae fama eo tempore celebris, cum trium Facultatum Doctor, & principis electoris Friderici Medicus esset, quem non tam propter eruditionem & artis medicae vsu felix: quam integritatem, prudentiam, grauitatem & fidem domi forisque perspectam Princeps venerabatur. Cum enim peregrinationis, a Friderico, & auunculo illius Christophoro duce Bauariae, in Palestinam susceptae, comes fuisset; & in Insula Rhodo principes post hausta liberius Cretensia vina, in balneas se contulissent: Mellerstadius cum id rescisset, ingressus ipse balneas sua manu prehensum Fridericum eduxit. Christophoro paucis diebus post, febris ardente extincto. Huius beneficij recordatione Fridericus toto vitae tempore Mellerstadium ardentius dilexit & velut vitae seruatore veneratus est. Mellerstadius exeunte anno 1513. die 27. Decembris demum obiit.

M. D. II.

Academiam Vittebergæ constitutam Alexander VI. Pontifex, priuilegijs datis confirmauit, quæ Stupicius Româ detulit. Is summum Academiae inspectorem seu Cancellarium, qui Pontificis nomine facultatem tribuendi Gradus vsitatos concederet, Præceptorem Domus Antonij Liechtebergensis, propè Brettinam ad Albim sitæ constituit Gosvvinum de Orsoy. Leges & forma Academiae, & professores, pleriq; ex Tubingensi schola petiti sunt aliqui etiam ex Lipsensi, cuius forma, in nationes diuersas distincta, ad Pragensem, quæ Parisiensis colonia fuit, congruens, minus commoda & probanda Mellerstadio, Stupicio & Conrado VVimpinæ, quorum consilijs præcipuè initia Academiae gubernata sunt, uidebatur. Professores & Decani facultatum primi celebriores fuerunt In Theologia I. Ioannes de Staupitz Augustinianus Doctor Tubingensis. Petrus Lupinus, Canonicus VVitteb. Hermannus Cæsar Stolbergensis. In Iure, D. VVolfgangus Stâhelin Roteburgensis ad Neccarum, Tubingæ promotus Ambrosius Vollandus de Grüningen primus in Iure Ciuili ordinarius. ad quos sequenti anno Vincentius Rauennus Italus accessit quem ante aliquot annos Bugslaus Pomeraniæ dux ex Italia secum adduxerat, & post hunc Henningus Godeus Erphordianus, ex cuius schola Gregorius Pontanus, Hieronymus Schurffius, Benedictus Pauli & similes prodierunt. Collegij Philosophici Decanus primus fuit Sigismundus Bünicensis M. & baccal. Theol. Tubingensis, qui in patriam paulò post cum Dionysio redijt. Ac inter bonarum artium professores Sibutus Poeta & Vachius maximè nominati postea fuerunt Theologis post initium Academiae anno 1508 Martinus Lutherus Augustinianus, à Stupicio Erphordia euocatus adiungebatur: Doctoris Theologiae gradu ab Andrea Carolstadio deinceps ornatus. Paulo post Philippus Melancton, alterum Academiae illius lumen præcipuum accessit. cuius nomen & scripta, & totius Academiae celeberrimæ historia, omnibus in Germania eruditis notissima est.

1512.

1518.

Amelia Friderici Saxoniae electoris amita, Ernesti & Alberti soror, Ludoici Bauariae ducis vidua, Rochlicij anno ætatis 66. decessit. Margarita, Philippi Brabantiae Ducis soror, Caroli V. amita; Philiberto Sabaudiae duci, Francisci primi, Galliae postea regis, auunculo, nupsit. Quo paulò post extincto, vidua in Belgicum redijt, & Carolum V. infantem educauit.

Philippus Bressæus  
Dux Sabaudiae.

Philibertus mari-  
tus Margaritæ Au-  
striacæ.

Ludoica  
Franciscus rex  
Galliae.

CAROLVS, dux Sabaudiae pul-  
sus à Francisco R. Galliae 1536. ⊕ 1554.

Philibertus obiit 1582.

Carolus.

Guilelmus VVaramus, ab Erasmo Roterodamo tantopere lauda-  
tus, ex Londinensi ecclesia, ad Cantuariensem translatus est, archiepi-  
scopus

scopus Cantuariensis tricesimus tertius a Lanfranco: 32dus a S. Anshelmo: 64tus ab Augustino, primo religionis Christianae in Anglia instauratore, quem circa annum sexcentimum Gregorius Româ in Angliam miserat. Eodem tempore Ioannes Coletus Londinensis, qui propter eximiam pietatem, doctrinam, & vitam doctrinae consonantem summa apud Anglos autoritate erat, scholam bonarum literarum, ad ædem D. Pauli, cuius ipse Decanus erat, erexit: eiq; Guilelmum Liliū gubernatorem præfecit, cuius in Erasmi scriptis crebra & honorifica mentio vsurpatur.

Eras. lib. 75.  
epist. tol. 484  
485.

V Vilhelmus Dux Brunsvvicensis, V Vilhelmi victoriosi filius, Henrici senioris & Erici pater, cum ante nouennium, filijs ducatu & gubernatione tradita, prorsus se in ocium & quietem priuatus abdidisset, Hardeisij inter viuos esse desijt, & Mundæ ad visurgis & Fuldæ confluentem humatus est. Post cuius obitum, filij, Henricus & Ericus cum Henrico, Ottonis filio, duce Luneburgensi, vnionem seu fœdera Hæreditaria, quibus cauetur, vt se mutuo defendere, & ortis controuersijs non bello, sed amicis tractationibus vel iure eas finire, arces & prædia sua sine alterius consensu non alienare, & ditiones Homburgensem ac Ebersteiniam episcopo Hildesienfi oppignoratas, non grauius onerare teneantur: fide vtrò citroq; data, renouarunt.

1503.

In Balthico littore, vt in cæteris Saxoniae prouincijs, eius anni principio, Cardinalis Raimundus, Pontificis Legatus, intestinis principum & ciuitatum controuersijs sedatis, bellum aduersus Turcas vnanimi consensu suscipi flagitabat. Ea occasione Lubecam quoq; venit, bellum quod inter Daniae regem & urbem illam, Suecicorum commerciorum causa extiterat, compositurus. Etsi autē, quod in primis Ioannes Daniae rex cupiebat, obtineri à Lubecensibus nō potuit, vt negociationes ac importationes com meatuū in Sueciam suas aliquantisper in regis gratiam intermitterent: hoc tamen perfecit, vt armis vtrinq; depositis, pacem se seruatuos hac conditione pollicerentur, si regina Daniae captiua, Lubecensium intercessione, libertati à Suecis restituta, in Daniam reduceretur, & vicissim rex, de damnis Lubecensibus illatis satisfaceret, & immunitates ac priuilegia ciuium Lubecensium in regno vetera seruant. Cum Suecis etiam sequenti anno, Sundij, conuenientibus legatis, transigeretur. Missis igitur in Sueciam legatis Lubecenses, Christinam Daniae reginam liberatam in Daniam reduxerunt.

Eiusdem anni principio, Philippus Brabantiae & reliquorum Belgarum Princeps, Archidux Austriae accepto in Hispanijs procerum & populorum regni Castiliae, & Aragoniae fidelitatis iuramento, per medias Gallias, multum dissuadentibus foceris, qui diuturniore consuetudine Hispanae gentis animos & mores cognoscendos, nec Gallo hosti, qui tum in regno Neapolitano bellum cum Hispanis gerebat, fidendum monebant, redire instituit, relicta apud focerum, Ioanna vxore grauida, quae decima die Martij, FERDINANDVM Caroli V, fratrem Compluti enixa est, cui vrbi, ob tan-

MD. III. ob tanti principis ortum, immunitas à regibus, intercedente Francisco Ximeno archiepiscopo Toletano, qui de Academia ibi instituenda & Biblijs diuersarum linguarum excudendis iam tum deliberabat, concessa est. Philippus amplissimis de pace inter reges Hispaniæ & Galliæ restituendæ mandatis, à focero acceptis, cum ad Ludoicum XII. redisset, pacem his conditionibus sancit, ut regnum Neapolitanum, ex primæ Diuisionis præscripto, ab Hispanis & Gallis ex æquo possideretur. Capitanatus verò & ceteræ, de quibus, armis tum disceptabatur, prouinciæ, Philippo tanquam sequestro traderentur; & Carolus Philippi filius, & Claudia Ludoici XII. filia coniuges futuri, nunc statim Reges Neapolitani nominarentur, & vtriusq; infantis nomine, regni altera pars per archiducem, altera per Gallum administraretur, donec per actis nuptijs Galli pars in dotem filix rota traderetur. Sed hanc pacem, Hispaniæ reges diu differentes & spem facientes, sed consilij ex euentu rerum capiendi liberam sibi facultatem reseruantes, post aliquot mensium tergiuersationes, uictis iam in regno Neapolit. ad Terrâ nouam Semenariam & Criniolam Gallis, tandem ut parùm sibi honestam nec tutam, comprobare noluerunt. ac paulò post, Consalvus Ferdinandi Dux, Neapolin pridie Idus Maij occupauit, à quo tempore, ad hodiernum usq; diem, in Hispanorum potestate vrbs illa permanfit.

Philippo in Belgicum reduci, splendidissimo & lectu dignissimo Panegyrico, in laudem Philippi principis patriæ scripto, ERASMVS gratulatus est. Is Roterodami in Hollandia, ubi exigua domus ad cœmiterium cum hac inscriptione, Hæc est parua domus, magnus quæ natus Erasmus, hodie cernitur, anno 1466. die Simonis & Iudæ in lucem editus, & puer Dauentriæ in Alexandri Hegij schola eruditus est, in quam Rodolphus Agricola Frisius, qui primus in Germania rectam discendi, & latinè scribendi rationem, & vsum Dialecticæ uerum monstrauit, aliquando ueniens, & scripta aliquot adolescentum ab Hegio monstrata perlustrans, cum Erasmicum cæteris anteferet, accersitum ex sua classe Erasmus adolescentem, arreptum capillo in uertice, tacitus intuetur, & quasi considerata indole ex lineamentis, hanc uocem fatidicam adiecit, TV ERIS MAGNVS. Hanc historiam ipse Erasmus amicis recitauit, Qui sub Philippi principis Imperio primum inclarescere his annis cœpit, edito Adagiorum opere primo Lutetiæ & paulò post Enchiridio Militis Christiani, quo artem pietatis seu Theologiæ ueræ summam tradere, & Religionem Christianam, non in ceremonijs & superstitiosa traditionum humanarum obseruatione, sed uera animi pietate, & adfectibus pijs, uero timore Dei, fide, dilectione Dei & proximi, mansuetudine, temperantia, humilitate, obedientia, castitate, & frenandis adfectibus & cupiditatibus uiciosi, contra rectum iudicium mentis militanti-bus sitam esse demonstrare uoluit. Hoc verò anno, Panegyricum omnidicendi artificio elaboratum & excellentis ingenij & eloquentiæ Specimen

1500.

1503

cimen singulare, in lucem emisit, quo ad sui amorem & admirationem omnes politionum literarum studiosos rapuit & inflammavit.

Eiusdem anni ætate, duo laudatissimi Saxonie principes, veræ pietatis ac sinceræ euangelij doctrinæ cultores postea & confessores præcipui, & Ecclesiarum ac scholarum nutritij singulares, nati sunt: IOANNES FRIDERICVS, Saxonie dux, ultima Iunij, patre Ioanne, matre Sophia, Magni ducis Megapolitani filia, in cuius nascentis dorso crucem aureo colore insignitam fulsisse ferunt: & Christianus Holsatiæ dux, postea Daniae rex eius nominis tertius, patre Friderico, matre Anna, Ioannis electoris Brandeburgensis filia, pridie Idus Augusti.

Quo ipso mense, Alexander VI. Pontifex, Romæ, ueneno, quod alijs Cardinalibus ad conuiuium uocatis præbendum Valentinus Borgia filius ipsius uino miscuerat, imprudenter hausto extinctus est, se ipsum tollens, alios qui tollere quærit, *οἱ αὐτῶς κατὰ τεύχος ἀνῆρ ἄλλω κατὰ τεύχος.* Huius Papæ elogium funebre Italus scriptor his uerbis expressit. Ad defuncti Alexandri spectandum corpus, in Diui Petri templum urbs tota incredibili læticia accurrit: nec cuiusquam oculi, Draconem illum, qui immoderata ambitione, & pestifera perfidia, omnibusq; horrendæ crudelitatis, monstruosæ libidinis, & inauditæ auaritiæ exemplis, sacris atq; profanis rebus absq; discrimine uenditis, uniuersum orbem uenenis infecerat, extinctum spectando impleri poterant: qui nihilo minus ab ineunte ætate, ad extremum usq; vitæ suæ diem, singulari ac penè perpetua felicitate, maximaq; semper appetens, & plura quam optaret perpetuo adipiscens, elatus fuerat &c. de quo Iouiani Pontani Epigramma extat.

*Vendit Alexander sacramenta, altaria, Christum*

*Emerat ille prius, uendere iure potest.*

Epitaphium Lucretiæ Alexandri filiæ Actius

Sanazarius composuit.

*Hoc iacet in tumulo, Lucretia nomine, sed re*

*Thais, Alexandri filia, sponsa, nurus.*

Hunc Alexandrum, si iudicium aliud & pœnæ Sceleratorum post hanc uitam non sequerentur, uiuum testimonium contra DEOS dicere, Diogenes pronunciaffet. Sed cum Norma Iustitiæ DEI æterna & immutabilis sit, ut bonis benè sit, & malis malè: & Dionysius, Tiberius, Alexander Borgia, & similes, in his terris floreat & dominantur: hoc ipsum testimonium conuincit, aliud iudicium & alias pœnas post hanc uitam restare.

Secutus est Alexandrum Franciscus Piccolhomineus, Aenæ Syluij ex fratre nepos, uir eo gradu non indignus, sed admodum senex & valetudinarius, qui 26. post electionem die obiit, IULIUM II. successorem summo Cardinalium consensu, Cal. IXbris designatum habuit. cuius mensis die 22 in hoc littore Balthico

MAG.

MD. III. MAGNVS Dux Megapolitanus, cum amplius triginta annis, patriam magna cum pietatis, iusticiæ, prudentiæ, fortitudinis & clementiæ laudè rexisset, & familiam illorum Ducum, autoritate, opibus & magnorum principum affinitatibus auxisset: ex hac vita migravit. cui frater Baldasar & filius Henricus in gubernatione successerunt. Hunc 24 Decembris, Conradus Episcopus Suerinensis secutus est; cuius obitu sede vacante, Magni Principis exequiæ, uicinis episcopis Lubecensi & Raceburgico, adhibitis, ineunte anno 1504 celebratæ: & paulò post Ioannes Thuen nobili sed tenuiore familia equestri Megapolitana (quæ in finibus Pomeraniæ non procul Ribnicio prædium habuit) ortus, collegarum suffragijs superato æmulo & competitore Raimaro Han archidiacono VVarnensi, in cathedram euectus est. Qui propter integritatem, virtutem & fidem principibus tum Megapolitanis Baldasari & huius exfratre nepoti Henrico percarus erat. Verum duos solummodo annos ecclesiæ illi præfedit.

Extremis anni diebus Galli recuperandæ Neapolis auidi, cum ad Lyrim fl. ferè duos menses castra Hispanis opposita habuissent, à Consaluo, Hispani exercitus duce profligati ac cæsi, & Petrus Medices naui fugiens in Lyris ostio submersus: & Calend. Ianuarij proximis, Caieta Consaluo à Gallis dedita est. Qua ratione nobiliss. regnum Neapolitanum totum à Gallis amissum, & Hispani Imperij in eo firmamentum secutum est.

MD. III.

SVNDENSE bellum, inter Bugslaum Pomeraniæ Ducem & ciuitatem Sundensem geri cœpit. Est autem inter cæteras Balthici Littoris vrbes maritimas, frequentia populi, Splendore ædificiorum, potentia & opibus non postrema, SVNDENSIS Vrbs, à freto, quod Rugiam Insulam propinquam, a Germania extrema dirimit, nomen habens, & à Rugiæ principe Iarimaro, circa annum Christi 1209, primùm extructa & priuilegijs ornata. Quæ intra centum annos tantopere ex commercijs aliarum gentium maritimis creuit, vt VVislao, Iarimari abnepote, abuti eam priuilegijs ad contumaciam aduersus principes suos alendam querente, ideoq; uicinorum regum ac principum copijs eam obsidente, omnes illorum molitiones fortiter sustinens, capto etiam Erico Saxoniz duce, fortiter libertatem suam tutata sit.

1316

## GENEALOGIA PRINCIPVM

Rugiæ postremorum.

Race princeps Rugiæ obiit 1141.

Teslaus, Ericum VI. & Suenonem III. Daniæ reges irritauit. tandem à VValdemaro I. victus & depositus est.

IARIMARVS. STOISlaus primus Christianus princeps RUGIÆ, à VValdemaro I. rege Daniæ confirmatus. fundauit cœnobium Bergen A.C. 1193. Hyldam 1199. urbem SVNDIVM 1209.

Hi tres fratres anno 1188, à VValdemaro I. Daniæ rege & Henrico Leme<sup>β</sup> VVislaus

VVislaus fundator cœnobij

CAMPEN. 1231, obiit 1241.

Iarimarus II, Daniæ regis iugum excussit 1259, obiit 1292.

VVislaus subiecit se Imperio Romano, Fundavit Hiddensæe 1297. oppido Tribseesius Lubecensæ concessit 1285. obiit 1303.

deuicti & ad religionem Christianam adducti sunt. Ecclesiarum Insulæ Rugiæ inspectio Roschildensi episcopo; continentis Rugiæ Suerinensi commendata est.

VVislaus vltimus, vrbem SVNDENSEM sibi contumacem vicinorum regum & principum auxilijs frustra obsedit. VVislao autem sine liberis mortuo, Sundenses, post diuturna ducum Pomer: & vicinorum principum Megapol. & Herulorum, de continentis Rugiæ ditionibus, Bardensi, Tribusensi, Grimmensi &c. bella; tandem Pomeraniæ Ducibus se, priuilegijs & immunitatibus suis saluis adiunxerunt.

1316,

1325.

Belli autem, quod Bugslaus aduersus eos gessit, hæ causæ allegatæ sunt: Quod mandatis principis non obedire: nec juri se sistere coram Principe accusati: nec appellationibus suorum ciuium à iudicio vrbano ad principes deferre: nec prædia nobilium, ad se in vrbem migrantium, pro feudalibus, sed allodialibus deinceps haberi vellent: Præterea monetam ducali gradu inæqualem cuderent: & vestigalia VVolgasti & Damgardæ à Bugslao, assentiente Imp. recens instituta, soluere recusarent.

Post varias igitur & multiplices frustra susceptas tractationes, tandem Bugslaus, de ipsis ad obedientiam debitam bello cogendis, in Senatu aulico proponit. ac dissuadente viro forti, sapiente & felice, VVernero Schullenburgio; Misnensis cuiusdam Doctoris Kitsceri ad Misnicarum vrbium exemplum maritimas reuocantis, & simile in his principum Imperium & subiectionem obtineri posse somniantis, consilium cupiditati suæ blandiens secutus; Bardam se armata manu confert, & passim in vicinis oppidis equitum præsidij collocatis, omnia itinera Sundensibus infesta reddit. Sundenses mare & Rugiam apertam habentes, Principum subditos in Rugia sibi iurare cogunt, Nobiles parère recusantes capiunt, & hanc obsidionem se non admodum extimescere ostendunt. Sed cum vltra biennium protraheretur, vtrinque belli pertæsi pacem optant; ac Schullenburgius, qui initio obsidionis ex aula in arcem suam Lochnicium se contulerat, à Duce Busglao reuocatur. D. Kitscerus non expectato illius reditu, in Misniam proficiscens, nunquam redijt. Sparsa autem, consilio Schullenburgij, qui princi-

K

pem

## SVNDENSE BELLVM.

pem suum honesta ratione extricare ex bello cupiebat, in castris fama, de affinium Ducis Bugslai principum Brunsvicensium & Megapolitanorum aduentu, & regis Daniæ classe in mari Sundenses obsessura, eò rem deduxit, vt Sundenses misso Zabelio Osenbornio, eos, viro prudente & moderato, & alijs, in castra Ducis pacem peterent. Sociæ etiam ciuitates Vandalicæ, apud Duces Megapol. affines Bugslai, & Bugslaum ipsum, pro Sundensibus intercedunt. Ita in Duces Megapol. Balasarem, Bugslai sororium, & Henricum, sororis Sophiæ filium, arbitros, vtrinque consensum est. Qui Rostochij conuentu indito, controuersias ita componunt, vt Sundenses, Bugslao supplices deprecentur, & iuramentum fidelitatis Ducibus Pomeraniæ debitæ hoc bello violatum renouent, vt Sundensis Senatus deinceps accusatus coram principe de iure respondeat, ciues priuati coram solo senatu conueniant, & appellationem ad Lubecenses liberam habeant: prædia, quæ allodialia esse certis documentis probari non potest, à principe deinceps recognoscant; vectigal VVolgastense soluant, Damgardæ immunes sint, Monetam Ducali gradu parem cudant, captiuos vtrinque dimittant, Rugiani à Iuramento Sundensibus præstito relaxentur.

Scriptis iam recessibus, cum omnes legati in procinctu starent, Dux Bugslaus, nisi inserta certa clausula obsignare noluit, Quam cum non ferendum sibi Sundenses iudicarent, vrbantate Syndici Gervvini Ronnegerbij princeps placatus est: cum diceret Syndicus, non debere principem planè & ex asse cum Sundensibus vna vice transigere. Breui se nouum stultitiæ specimen fortè edituros esse, quod nouæ tractationi, atque ita vetera cum nouis ex dignitate & commodo principis componendi occasionem præbiturum esset. cui orationi arridens princeps, adqueiuit.

SVRINEENSIS ecclesiæ episcopus IOANNES THVEN, ex familia equestri Megapolitana, in finibus Pomeraniæ, non procul à Ribnicio prædia habente, ortus, die 25. Augusti eligitur. Quo ipso tempore Sophia, Erici II. Pomeraniæ ducis filia Bugslai Magni soror; Magno, duci Megapol. nupta, intra annum vertentem maritum ad alterius vitæ consuetudinem secuta est. VVismariæ ad Augustinianos humata,

MINDENSEM ditionem, FRANCISCVS Dux Brunsvicensis, Henrici filius, Christophori Bremensis, & Henrici Iunioris frater, gubernare cœpit. HILDESIENSIS verò dioceseos principatum, IOANNES Dux Saxonie Angariæ & VWestphaliæ, Ioannis filius Magni & Erici frater, adiit. Cum Ericus frater, qui in Bertholdi, biennio antè extincti, locum, consentientibus collegij suffragijs substitutus erat, spontè illi celsisset. Huius episcopi initia, læta & florentia, verum exitus postea tristes & calamitosi, moto aduersus episcopum Mindensem

densem & Duces Brunsvvicenses bello non necessario, fuerunt, vt postea M.D.III. dicemus.

ERICVS Dux Brunsvvicensis V Vilhelmi filius, in Bauarico bello aduersus Rupertum ducem Bauariæ, & patrem illius Philippum, electorem Palatinum, proscriptos, Imperatori Maximiliano militans: exercitum Ruperti, cuius robur erant Boëmicæ copiar, à Vladislao rege, vxoris Ruperti auunculo missæ, ad Ratisbonam die 7. Septembris profligauit, cuius victoriæ monumentum, in templo Mundenfi ad visurgis & Fuldæ confluentem suspensum est. Vexillum Boëmicum aurato calice insignitum, in eo prælio Boëmis ereptum.

Militauit eodem tempore Maximiliano, Henricus etiam senior, Dux Brunsvvicensis, Erici frater, ab alia parte Philippum electorem Palatinum, sed minus felici successu adoriens: coniunctis enim cum V Vilhelmo II. Hasiæ principe copijs oppidum Palatini Caubam, è regione Baccheraci ad Rhenum irritò conatu obsedit, in qua obsidione, nuncius V Vilhelmo de nato ijs diebus filio Philippo, qui postea foederis Smalcaldici Dux fuit, allatus est. Quem cum *reioexlw* natum esse pater accepisset; hunc verum & *γνήσιον* filium suum esse lætus iactitauit. Postea Bensam oppidum, paucis infra Heidelbergam milliariibus, venusto cœnobio Laureacensi proximum, simili euentu oppugnarunt, nec vlla re feliciter confecta ad suos redierunt.

Cùm autem expeditionis illius aduersus Palatinum, ab Henrico Brunf. institutæ mentione, Saxoniam suam extremam Cranzius concludat: paulò altius, causas belli illius Bauarici vulgò nominati: & proscripti ab Imp. Palatini, veras alibi etiam à me Oratione quadam expositas repetam. Tres Ludoici Bauari Imp. ex filio Stephano nepotes, Bauariam vniuersam diuiserant in tres partes, ac Iohannes Monaci: Fridericus, Landshutæ: Stephanus Ingolstadij sedem aulæ habebant. Postea Stephani filius Ludoicus Ingolstadiensis, ex Gallia reuersus, cum patruale Henrico, Friderici filio, & vicinis principibus Francis, capitales inimicitias multos annos exercuit, quarum hic exitus tandem fuit, vt Ludoicus à proprio filio Ludoico Gibboso, qui Friderici Marchionis Brandeburgensis hostis paterni filiam, Alberti Achillis Germanici sororem, duxerat: ideoque à patre exhæredatus erat: Ingolstadio eiectus, & Neoburgo obsessò captus, & Alberto Brandeburgensi in custodiam traditus; tandem (impio filio Gibboso ante patrem extincto) venderetur Henrico patrueli & hosti suo Duci Landshutensi: qui eum donec vitam finiret, captiuum tenuit, ac quòd propiore agnationis gradu cum attingeret: totam illam Bauariæ partem, anno 1446. solus occupauit: & amica transactione certam huius hæreditatis portionem Monacensibus agnatis concedens, cætera filio Ludoico, ac nepoti Georgio reliqui cuius Georgij filia & hæres vnica, Elisabetha, Ruperto, Philippi electoris Palatini filio primogenito, amitino, in matrimo-

## DUCES BAVARIÆ

nium hac conditione tradita est, vt omnium bonorum mobilium & immobilium à patre relictorum, exclusis penitus agnatis ducibus Monacensibus, hæreditatem adiret. Idq; patris testamento prolixè cautum, & Vladislauus Boëmiae rex, Elisabethæ auunculus, & Ludoicus Galliae rex, alijq; magni principes, Testamenti custodes & executores erant constituti. Mortuo igitur Georgio diuite, duce Bavariæ Landshutense, & RUPERTO genero, 23. annorum iuvene omnes illius regiones & vrbes occupante, Duces Monacenses, Albertus IIII. Iohannis ex filio Ernesto nepos (cui laudatissima Heroïna Cunigundis, soror Maximiliani Imp. nupta erat) & fratres, successionem in bonis feudalibus vt nominant, sibi vt propriis agnatis deberi de Iure & consuetudine Imperij ostendunt. Et si autem Imp. Maximilianus omnes amicè de re tanta transigendi vias tentauerat: & tandem eò rem deduxerat, vt tertiam solummodo partem regionum, quas Dux Georgius possederat, agnatis Monacensibus statim tradi, alteram post Ruperti mortem primùm restitui: reliquam in familia Palatinorum ad hæredes transire vellet, quia in diuisione Ludoici Bauari temporibus secum iniquius actum esse Palatini quererentur: tamen Rupertus, qui in possessione erat, turpe & damnosum sibi iudicans inde decedere, & fretus potentia & opibus a socero relictis, & auxilijs Bohemicis, (nam Georgij diuitis, soceri ipsius, coniunx Heduungis, Vladislai regis Boëmiae soror erat) & Gallicis etiam promissis confisus, obstinatè testamentum soceri vrget, nec quidquam se celsurum agnatis ostendit.

Proscriptus igitur anno 1504 cum patre Philippo Palatino, & acie ab Imperatore victus, Bauaria amissa, & agnatis per Imperatorem restituta, cum coniuge moritur, relictis Ottone Henrico & Philippo infantibus. Quos orphanos Maximilianus Imp. bonitate & clementia victoriam leniens, paterna fide & benignitate deinceps fouit, ijsque ex materna hæreditate aliquot ad Danubium oppida attribuit, quæ Neoburgensis ducatus hoc tempore complectitur.

In eo bello, cum Ulricus dux VVirtenbergensis adolescens, VVinsbergam oppidum & vallem, Neostadium ad Coceherum, Mekmolam, Maulbronnā: &c. Noribergenses oppidum ALTDORFF, Lauff, Hersbruck & alij principes vicini alia oppida, tum in Palatinatu, tum in Norico, ex proscripti Palatini ditionibus decerperent: VVilhelmus, Hassiæ Landgravius etiam, ad executionem proscriptionis cum cæteris principibus excitatus, & ab Henrico Duce Brunsvicense & alijs adiutus, oppida Palatina, suis ditionibus finitima & opportuna Caubam è regione Bacheraci ad Rhenum, Bensam &c. inuadere & occupare, sed infelici prorsus exitu tentauit. Philippum electorem Palatinum, ac Rupertum filium, qui à Galliae rege Ludoico, contra Maximilianum incitati, & auxiliorum illius spe freti, bellum alacrius susceperant, Gallus planè deseruit.

deseruit. cū ijs ipsis diebus, Diploma ducatus Mediolanensis, pro se & liberis maribus, si qui ex se nascerentur, & his non natis, Claudie filie suae, & futuro genero Carolo, Philippi archiducis & Belgarum principis filio, à Cæsare impetrasset.

Huius Philippi, Belgarum principis, socrus, Elisabetha: Ferdinandi regis Catholici coniunx, quæ singulari prudentia & magnanimitate, paribus cum marito auspicijs, Castiliæ regna gubernabat, die 26. Nouemb. ex hac vita decessit testamento facto, vt Ioanna filia in Belgico absente, aut laborem Castiliæ regna, hæreditate ad eam delata, administrandi recusante, aut minus id propter aliquam priuatam causam facere valente, Ferdinandus rerum summæ præset: donec Carolus ex Philippo & Ioanna maior natu filius, vigesimum annum ætatis attingeret. Nam de Philippo genero, aut quòd illi peculiariter offensa, quòd filiam indignè tractasset, aut quòd Hispanis rebus moderandis parum instructum esse existimabat, nullam omnino mentionem fecit. Deinde vt in rerum à Ferdinando marito gestarum, & laborum in Granatensi prouincia expugnanda susceptorum memoriam, præmium decies centena millia nūmum, nec non dimidiam ex nuper repertis Antipodibus prouentuum partem, quoad vitam superi concessissent, quotannis perciperet. Præterea vt trium opulentissimorum equestrium ordinum, sancti Iacobi, Calatrauæ & Alcantaræ magisterijs, quæ indulgente Romano Pontifice, magistrorum officio abrogato, quod regie potentie æmuli tranquillitatem reipub. læderent, Ferdinandus & Isabella reges, non ita pridem sibi vendicauerant, per vitæ suæ tempus potiretur.

Eiusdem anni æstate Stephanus V Valachia Moldauia princeps, clarissimis rebus aduersus Matthiam regem Vngariæ, Mahometem Turcicum Imp. Tattaros Præcopitas, & Ioan. Albertum Polonia regem gestis celeberrimus, diem extremum postridie Cal. Iulij clausit. cui Bogdanus filius successit.

*GLoria ob It StephanVs VaLachorVM, qVi sVperaVIt  
HVnnos et LaChos, te qVoqVe TVrca potens.*

Ioannes princeps Anhalдинus Ernesti & Margaritæ Munsterb, natus est 5. Septemb.

Initio anni 1505. Carolum Geldria principem, Philippus Brabantia dux & Maximil. Cæsar denuò oppugnabant. Cū enim inducias superioribus annis factas, vtraq; pars ab altera (vt fieri solet) violatas quereretur: tandem post multas & varias tractationes irritas, Philippus armata manu Geldriam ingressus, Arenacum urbem ad Rhenum obsedit, eiq; multorum Germaniæ procerum auxilia pater Maximilianus adduxit. Carolo interea Nouiomagi & in alijs suæ ditionis oppidis, quæ ad defensionem spectabant comparante. Erant tum Arenaci aliquot senatus primores, qui ob veteres quasdam factiones Carolum exosum habentes, ditionem esse faciendam ciuibus persuaserunt. Cū autem paulo ante Elisabetha Castiliæ regina, Philippi socrus, in Hispanijs obiisset, cuius re-

gnorum hereditate ad filiam natu maximam & Philippum illius maritum deuoluta, necessariò Hispaniæ Philippo adeundæ erant: Maximilianus & Philippus, Hispaniarum regna nequaquam negligenda, & Geldriensè bellum in præsentia componendum esse statuerunt. Quare Carolus Geldriæ dux, non captiuus, vt quidam commenti sunt, sed data fide publica in castra Maximiliani & Philippi venit, vbi benignè eum Philippus excepit, ac vt Geldriam beneficio Imperatoris quietè saluis veteribus inter domum Burgundicam & Egmondanam familiam de successione pactis possideret, impetrauit, ac vt secum in Hispanias cum aliquot copijs proficisceretur, egit, quo nomine etiam pecunia Geldrio Antverpiæ numerata est. Sed cum in sequentem vsque annum iter Philippi Hispanicum differretur: Caroli etiam profectio intermissa est.

Elisabetha Castiliæ regina moriens, in testamento, si Ioanna filia laborem administrandi regna sua recusaret, aut alia de causa sustinere non valeret: nulla Philippi generi mentione facta; merito Ferdinando, gubernationem regnorum, donec Carolus nepos vicesimum ætatis annum attigisset, commendarat. Verùm Castellani proceres quidam, Aragonijs infensi, & Belgæ, prædæ inhiantes, ac ipse Imp. Maximilianus, apud Philippum regem adolescentem & imperandi cupidum instabant, vt Ferdinandus socer, Castellæ regnis omnino relictis, in Aragoniam quamprimum discederet. Ferdinandus legatos ad Philippum in Belgas mittit, Lupum Conchillum & Michaellem Ferreram Aragonenses, qui Philippum generum, de Hispanicarum rerum statu edoceant, & cupidos rerum novarum regulatorum animos detegant: qui mutua eorum simultate, suis commodis seruire fatagerent. Adolescentem rerum imperitum, nullosque veteratores aut vafros homines adhuc expertum, multò tutius in soceri fidem, qui horum hominum multos iam annos notitiam haberet, quiq; solam eius regiæ maiestatem conseruare & augere intendat, quàm in eorum prædam venire, qui ex eorum discordia rerum suarum incrementa captent. Neque enim generum regem esse abnuere: in cuius rei testimonium in medio mœrore & iustissimis lachrymis, eo ipso quo coniux morte prærepta est die, regio se titulo spoliauit, nomine tantùm administratoris sibi in Castellæ regnis adsumpto. Veniret ille modò cum Ioanna vxore, & experiretur non tam cupidum regnandi socerum esse, quàm pessimi delatores dixissent: qui velut furia facibus accensis, vtrunque curabant inflammare. Ioanna, regnorum Castellæ hæres, cum à Conchillo legato de rebus Hispanicis edocta esset, parentem Ferd. per literas hortatur, ne vllò modo regna illa deserat, ac si ex testamento reginæ matris solennes tabulæ necessariae essent, se eas vel nolente marito quam primum missuram, & simul atque in Castellam ventum esset, omnia ex patris sententia composituram esse. Hæ literæ, cum in manûs Philippi venissent, statim legatum consilij authorem in car-

in carcerem conijcit, & Aragonios plerosq; ex coniugis familia dimittit, cæteris, ne quis se in scio in Hispaniam scribat, grauisimè edicit.

Ferdinandus vt contra generi Philippi molitiones se muniret, cum Gallia rege Ludoico pacem facit, eius ex sorore neptem Germanam, Gastonis Foissej ad Rauennam postea victoris sororem, cui Ferdinand. Rex, maior auunculus erat, coniugem ducit. Huic Gallia rex, regni Neapolitani partem, quam tenuerat, dotis nomine attribuit, & ad mutuam regnorum defensionem auxilia vtrinq; promissa sunt. Eas verò nuptias in sui detrimentum & contumeliam factas Philippus credens, indignissimè tulit. Itaq; simili arte vicissim vtens, ne aditu Hispania a socero excluderetur, in gratiam cum vxore & socero redit, ac æquata cum ipsis potestate regia, deinceps diplomatis, Ferdinandi, philippi, Ioannæ nomina præscribi concedit. Etsi autem Ferdinandus de fidè generi & illius familiarium, a quibus incitabatur, non planè certam fidem haberet: tamen pactione hac fretus, Genero aditum in Hispaniam tutum, & naues plures, quibus tutius ex Flandria adueheretur concessit, Philippi etiam animus a Gallia rege, quod se in scio pacem & adfinitatem cum Ferdinando contraxisset, alienabatur, & vicissim Gallia regi nimium potentia Philippi archiducis tot regnorum accessione crescere, ideoq; consilia illius infringenda, videbantur. Itaq; cum neuter alteri fideret: non amplius per Galliam terrestri itinere Philippus, sed mari in Hispaniam sequentis anni initio traicere cogitabat.

Fridericus Saxonie Dux elector, singulari fidè & diligentia, collegæ electori Palatino uicto, & duriter, afflicto, Imperatorem iratum placare studuit, & vnicus in comitijs Coloniensibus Philippum adducere ad Imp. vt supplex pacem peteret, ausus est. vbi recepto in gratiam, ditio Palatina ex bello reliqua; & nepotibus ex filio Ruperto, Ottoni, Henrico, & philippo, Bauaria pars ad Danubium, restituta est.

Interea apud Sarmatas, Elisabetha Polonia regina, Cæsaris Alberti filia, regis Vngariae & Boemiae Ladislaj soror, regis Poloniae Casimiri coniunx, & quatuor regum, Vladislai Vngariae, & Io. Albertj, Alexandri & Sigismundi mater: excellenti pietate, prudentia & omnibus virtutibus, regia matrona dignis, ornata, ex his terris euocata est. Tattarorum verò zauolgensium rex Schachmet, quem paulò ante regi Alexandro foederatum, Præcopitis bellum intulisse dixi, Catnam Lithuania a Polono deportatus est.

In R VSSIA, Ioanni magno Moscouia Duci, cuius virtute & felicitate imperium Moscorum mirificè auctum, & dilatatum & tamen Tattarorum Præcopensi adhuc subiectum erat, mortuo: BASILIVS filius successit, qui non solùm relictas à patre ditiones retinuit, & conseruauit, yerùm etiam

M. D. V.

etiam occupata PSKOVIA seu Plescōvia, Russiæ urbe ampla & munita, Liuonis Derbatensibus finitima & SMOLENCENSE ad Borysthenem Ducatu latissimo in Lithuania, auxit & amplificauit. & primus, excusso Tattarorum iugo, in libertatem se, regnumq; suum, uindicauit. Fratres multos habuit, ac in his Ioannem ætate maximum, ex Maria, Michaelis Tvverensis sorore natum, Stephani Moldaui generum, sed ante patrem, relicto filio Demetrio, extinctum. Basilius, antea dictus Gabriel, cum Demetrio, Andrea, Georgio, Simeone, & sorore Helena, Alexandri Pol. regis coniuge, ex Sophia Thomæ Palæologi filia, Emanuelis Const. Imp. nepte geniti erant. Etsi autem fratris primogeniti filio Demetrio, iure gentium & suprema patris uoluntate Imperium debebatur: tamen Sophiæ matris & principum aliquot authoritate, Basilius ipsi prælatus est. Coniunx Basilij prima fuit Salome, Soborouij cuiusdam nobilis filia. Quam, cum viginti annos sterilis mansisset, in Monasterium detrusit, & Helenam, Basilij Linskij filiam duxit, ex qua, Ioannem, tyrannum nostra ætate Moschis dominantem & Georgium filios suscepit. Patruus Helenæ Michael ille Linskius erat, qui apud Alexandrum Poloniæ & Lithuanix regem hoc ipso tempore summa authoritate, & Tattarica uictoria illustris, postea cum apud successorem illius Sigismundum, adfectati in Lithuania Imperij delatus, & proditor patriæ a quibusdam nominatus, causæ cognitionem a rege impetrare non posset, ad Basilium Moschorum regem transfugit, eumq; in occupanda arce & ducatu Smolencense singulari industria & fide iuuuit. Deinde cum Ducatus sibi a Mosco promissus non traderetur, reditum ad Poloniæ regem parans, intercepto in limitum custodijs nuncio, captus a Basilio, multos annos in uinculis seruabatur, donec tandem Helenæ, neptis Basilij coniugis, intercessione liberatus & filiorum Basilij tutor testamento constitutus est.

Anno 1506. Bellum inter Henricum Ducem Megapolitanum, & uicinam ditioni illius ciuitatem LVBECAM, inchoatum est. Sunt autem in boreali hoc Germanicæ littore, à sinu Codamico, in quem Drauus fl. ad dorsum Cimbricæ Chersonesi se exonerat, usq; ad Croni, quem Memelam hoc tempore nominant, ostium extremum, Borussia a Liuania dirimens, circiter duodecim vrbes (ut in minoris Asiæ littore olim duodecim Ionicæ & Caricæ) maritimæ, amplæ, potentes, copiosæ, frequentia populi, splendore ædificiorum, honestis legibus, iudicijs, disciplina, ecclesijs & studijs literarum ornata. Lubeca, VVismaria, Rostochium, Sunda, Gryphisualdia, Anclam, Stettina, Colberg, Stolpa, DANTISCUM, Elbinga, Königsberg &c. Quarum prima uersus occasum & cæterarum omnium corona & caput est LVBECA: olim exiguum oppidum ad Suartæ & Draui confluentem, ueterum VVagriæ dominorum gentis Henetæ sedes: deinde aliquanto superiore fluminis partæ inter VVakenisam & Drauum, ab Adolpho Holsatiæ comite, circa annum Christi 1142. sub Conrado III. Imp. extrui cæpta & varijs fortunæ & dominorum vicibus inuasiõ uisa. Adolpho enim comiti Holsatiæ, potentissimus Saxonix & Ba-

uarix

uaria Dux Henricus Leo eam extorsit, quo proscripto & pulso, Fridericus Barbarossa Imperialem eam esse voluit anno 1182, paulò post in Danorum regis potestatem venit, anno, 1200. à VValdemaro Slesvicensi duce occupata donec tandem Danis, arte & vi, ex arce, quæ in cœnobium deinde conuersa est, eiectis, & victo sociorum principum auxilijs memorabili prælio ad villam Bornhöuede Danorum rege VValdemaro: Friderici II, Imp. beneficio & sua inprimis virtute, fortitudine ac felicitate, integram libertatem adepta est: Ab eo tempore, cum Emporium maris Balthici (quod Orientale, *Die Ostsee* / Saxonnes nominant, ab ostio Draui, & vrbe Lubeca initium sumens, & Germaniæ, Borussia, Liuoniæ, Russiæ, & opposita Daniæ, Gottiæ, Sueciæ Finlandiæ littora, VViburgum vsque circulo arctico subiectum stringens, amplius 250, miliaribus germanicis extenditur) præcipuum esset: in quod omnium huius orbis arctoi gentium merces conuehebantur, ac inde Lubecensium nauibus in reliquam Europam distribuebantur: Lubeca opibus, potentia, ædificiorum splendore & alijs ornamentis aucta & amplificata est. nondum enim Hollandi, Galli, Angli & aliæ exteræ gentes, Balthicum nauigare & negociationes aliò auertere quod patrum nostrorum memoria fieri cœpit; sed Lubecam omnia primùm deportari solebant. Hinc tantam in mari præcipuè potentiam adepta est, & priuilegia ac immunitates ciuium & mercatorum suorum amplissimas in omnibus orbis huius arctoi prouincijs ac regnis obtinuit, vt non solum omnibus vicinis principibus, verùm etiam Daniæ, Norvvegiæ & Sueciæ regibus *ἡλῶν* ac formidanda esset.

1227.

Sed nunc ad Megapolitanum bellum, quod leui occasione excitatum, ingens incendium peperit, redeo. Lubecenses enim Draui fl. & restagnantium inde lacuum ripas ad Dassouiam, nobilis familiæ Parkentiniæ oppidulum pertingentes, per piscatores & equites vrbis publicos inspiciebant. Hos vi ex suo Parkentini quibusdam captis, alijs vulneratis, vno etiam paulò post ex vulnere mortuo, depulerunt. Fama tumultus in vrbem perlata, ciues erumpentes domum Parkentinorum inflammata cremarunt. Postea cum de Parkentini violentia Senatus Lubecensis apud Baldasarem & Henricum duces Megapol. per literas quereretur, & hi vicissim de multò atrociori violentia, quòd factò in ditionem principum impetu, incendijs grassati essent, Lubecanos accusarent; & Parkentini eorumque socij vicissim ciues Lubecenses, & alios in publicis vijs captos pecunia multarent: Magnus Saxonie Dux, cum senatu Luneburgensi, controuersiam componere aliquot celebratis conuentibus frustra conati sunt. Tandem igitur Lubecani, de iustitia sibi à ducibus Megapolitanis denegata, cum quibus vel iure vel amica tractatione ipsi transigere maluissent, testati, anno 1506, bellum illis intulerunt, ac 12. Augusti ad ostium Draui in ditionem Megapol. transgressi, triginta pagos cum aliquot nobilium domibus exusserunt.

1505.

Henri.

M. D. VI.

29. Septem.

1551

Henricus Dux Megap. cum matertera sua marito, Henrico duce Brunsvicensi, & Ioachimo marchione Brandeb. vrsulæ coniugis suæ fratre, vicissim bellum Lubecensibus denunciat, & die 24. Augusti Slukopiam Lubecensium præsidium (ad Drauum) captum exurit. Deinde conuenientibus sociorum principum copijs, oppidum Molnam obsidet: sed frustra tentata oppugnatione 23 Octòbris obsidionem soluit, & alijs Lubecensium prædijs vastatis exercitum reduxit. Tandem intercessione vicinarum ciuitatum, pacem Lubecenses, eodem tempore cum Daniæ rege Ioanne bellum difficile gerentes, petiuerunt, quæ anno 1508 tandem singulis vtrinque exouitæ exouitæ confecta est. In hoc tyrociniò bellico tantum Dux Henricus didicit, ut deinceps toto gubernationis suæ tempore pacem coluerit, & vicinis ac alijs ad tuendam pacem hortator fuerit vnde εἰρηνοποιὸς pacifici cognomen postea accepit.

1499.

1500.

GRONINGAM Frisix ciuitatem pulcherrimam & amplissimam, Ezardus Frisix Orientalis comes, Vlrici filius, ditioni suæ adiungit hac occasione. Coniuncta fuit Groningensis Respub. superioribus ferè centum annis, diocesi Traiectinæ, & Ultraiectenses episcopos titulo tenus Dominos agnoscebat, ac iuramentum fidelitatis episcopo Friderico marchioni Badensi præstiterat. Cùm autem Albertus Saxonix Dux, quem Frisix gubernatorem hæreditarium Maximilianus IMP. constituerat, VVestfrisiam ad rebellionem à Groningensibus incitatum recepisset: fontem seditionis obstruendum, & ciuitatem Groningam insolentius se aduersus dominum suum episcopum & omnes uicinos gerentem, domandam iudicans, ad obsidionem vrbs exercitum hostilem admouit, in quo Fridericus episcopus Traiectinus simul uersabatur. Quare uiolatum ab Episcopo iuramentum fidei ipsis promissæ, & ex Domino & Patrono hostem factum cernentes, occasionem inde à diocesi Traiectina se auellendi aliumq; Dominum deinceps eligendj sumserunt. Interfecto autem in ea obsidione Alberto Saxonix Duce, cui Ezardus etiam Frisix orientalis comes, ut supra commemorauimus, socius & fœderatus erat; obsidio soluta, & quadriennij induciæ cum ciuitate à Friderico factæ sunt, quibus elapsis Georgius Saxonix Dux Alberti filius, qui Frisiam occidentalem & Nobilitatem agri Groningensis iuramento adhuc sibi deuinctam tenebat, bellum aduersus Groningensem ciuitatem, per Ezardum Frisix comitem, Groningensium eo tempore hostem, & Vitum a Drachstorph ducem exercitus, instaurat. Qui castellis aliquot non procul ab vrbe erectis, comeatuum importationem arcebant. Groningenses igitur denuo grauiter obsessi, cùm à Transisulanis ciuitatibus auxilia promissa non mitterentur: nec à Georgij Saxonix ducis legato, nisi arbitrio ipsius se omnino permitterent, æqui quicquam impetrare possent: cum Ezardo comite minus potente & viciniore, seorsim pacisci, excluso duce Saxonico, decreuerunt. Rebus Grylemontæ transactis, Ezardus Saxonix Duci societatem renunciat, & legato illius, Drachstorphio, se Romani Imperij nomine urbem occupatu-

ACADEMIA FRANCOFOR. AD VIADR.

148.

M.D.VI.

1506

1512.

1513.

1514.

cupaturum esse ostendit. Oneratis igitur frumento, uino & reliquo com-  
 meatu nauibus, & per fossam ex Amasi ad Groningam subductis, à Sena-  
 tu & populo Groningensi Calendis Maij in urbem recipitur, & Iuramen-  
 tum fidelitatis à ciuibus accipit. Vitus re desperata ab obsidione discedit,  
 relicto in duobus castellis Æverdæ & VVerdenbrusæ præsidio. Etsi autē  
 Georgius Saxonix Dux aliquoties amicissimē urbem Groningam, sibi  
 Frisix Gubernatori, & summo belli, in quo ipsius stipendio comes mili-  
 tasset, Imperatori; ab Ezardo tradi petebat; tamen surdis auribus omnia  
 Ezardus accipit, & in vrbe, Arcem turribus & aggeribus munitam, inter  
 Orientalem & proximam portam, ciuibus non admodum fauentibus, ex-  
 truit. Citatus etiam, instigante Saxonix Duce, ad comitia Coloniensia,  
 non comparet. Quare ab Imp. Maximiliano grauissimē ipsi mandatur,  
 vt in possessionem vrbis Saxonix Ducem admittat. Quod cum nihilomi-  
 nus ille recusaret; Georgius Saxonix DVX Erico, Henrico & Philippo  
 prrr. Brunswicensibus foederatus ipse in Frisiam cum exercitu profectus,  
 ui eijcere Ezardum & Groningam suo imperio subijcere conatur, vt suo  
 loco exponemus.

In Marchia Brandeburgensi, Francofordix ad Viadrum Academia à  
 Ioachimo I., electore Brandeburgense & fratre Alberto postea Cardinali  
 & archiepiscopo Moguntino & Magdeb. fundata, & solenni ritu die 27.  
 Aprilis introducta est: professoribus primis ex Academia Lipsensi ple-  
 risq; accersitis, ex quibus Rector Academia primus, CONRADUS VVimpina  
 Theologus, ex Fagis Franconix oppido oriundus, electus est. cuius  
 etsi multa aduersus Lutherum scripta extant: tamen (titulis eorum omif-  
 sis) carmen solummodo epitaphium, Alberto Saxonix duci ab eo, cum  
 Lipsix adhuc doceret scriptum recitabo.

*Saxonix Dux magnanimus, virtute vel armis*

*Fridrici Augusti tyro neposq; fuit*

*Qui Phrysijs, Flandrosq; leues, glaucosq; Britannos*

*Terribili lituo saepe fugauit atrox*

*Exitit hic terror Gallis, acriq; Sicambro*

*Eius & expauit Belgica terra iugum.*

*Victor ab Oceano, zephyris luctantibus, amplas*

*Exuias retulit, signaq; capta ducum*

*Victor ab aurora, prostrauit Pannonas armis*

*Regis & Ungarici saepe refregit opes*

*Et vos o Phrysijs, ob captum, tristia, natum*

*Ferre iubet, vestros depopulatus agros.*

*Illius ad cunctas peruenit gloria terras*

*Dictus & Imperij dextra fuisse manus*

*Pro tantis meritis ingratus nil, dedit orbis,*

*Pramia sed nouit iusta referre Deus.*

Ab hoc VVimpina, leges & statuta Academia primū scripta sunt,

Priuille-

M. P. VI.

Priuilegia verò Academiae, & potestatem tribuendi gradus in superioribus scholis vsitatos, Maximilianus I. Imperator, Sexennio antè literis Noribergæ anno 1500, die 26 Octob. datis: & Alexander VI. PP. contulerunt, & conseruatorem ac Cancellarium Academiae Theodoricum à Bulovv episcopum Lebusiensem constituerunt.

Decanus facultatis artium primus M. Ioannes Lindholtz Mönchbergenfis fuit, quem Collegio, in area, vbi prius Iudæorum Synagoga fuerat, erecto, & postea promotum ecclesie Francofordianæ Ioachimus elector Brand. præfecit.

Eodem tempore, in Brandeburgensi ad Havelum diocesi, HIERONYMVM, episcopum, Ioachimo de Bredavv recens defuncto substituit, humili quidem genere in agro Glogouienfi natum, sed ingenio & eloquentia excellentem, ad quem Martini Lutheri, Disputationem de Indulgentijs suam inchoaturi, literæ extant.

In LEODIENSI diocesi ad Mosam amplissima, Ioanni ab Horn, ERARDVS de Marca ex principum Cliuensium & comitum Marcæ in VVestphalia stirpe antiquissima ortus successit: postea Cardinalis. ad quem, summum authoritatis et Gratia locum apud Carolum V. tenentem, multæ Erasmi Epistolæ extant.

Robertus de Marca princeps Esdainæ, pronepos Erardi filij Engelberti, qui primus ex comitum Marcæ VVestphalicæ familia, Dominus Arenbergæ & Esdainæ factus est.

ERardus Cardialis Leodiensis Carolo V. additis.

Robertus princeps Marcæ & Bulionis, Gallicarum partium Carolo in Comitibus VVormatiensibus anni 1521, bellum indixit.

PHILIPPVS Caroli V. pater, Belgarum princeps, cum nec Gallia regi Ludoico XII. Ferdinandi soceri sui iam foederato & adfina, nec Anglo Henrico VII, qui pacis inter vtrumq; arbiter & sponsor fuerat, satis fideret: arte reconciliato seu deluso potius Ferdinando, socero, classe in Hispaniam initio anni nauigare instituit. Sed biduo post quàm Vlissinga soluisset, orta ingenti tempestate, classis ipsius per varias Angliæ & Britannia oras dissipata, & ipse cum paucis nauibus, maximo periculo in Angliæ portum Antonam eiectus est. vbi ab Henrico VII, rege comiter exceptus, & donec classis iterum colligeretur ac instrueretur retentus, amiciciam & foedus cum eo renouauit. Etsi autem regio honore Philippus in Anglia habebatur: tamen una in re uelut captiuus fuit, quod Edmundum Suffolciæ ducem, Ioannis filium, vxoris Henrici VII, consobrinum, petenti Anglo tradere coactus, nec prius ex Anglia dimissus fuit, quàm illum ex Narmurij arce adductum regi stitisset. Huic vitæ incolumitatem rex promissit, sed filio Henrico VIII, mandauit, vt se mortuo eum regni æmulum necari curaret.

Postquam

PHILIPPVS REX HISPANIÆ MORITVR.

120.  
M.D.VI


Postquam verò in Hispaniam Philippus exeunte Aptili peruenit, omnibus ad eum proceribus, Ferdinando ferè deserto confluentibus, priorem cum Ferdinando socero pactionem omnino reiecit. nec ullam concordia rationem aliam inire voluit quàm vt regnis Castellæ quamprimum exiret, & iuri quod ex socrus testamento vel aliàs in eo habere posset, renunciaret. Discedens igitur, cum coniuge Gallica, in regnum Neapolitanum Ferdinandus, & passim in Gallia portubus ac Genuæ etiam honorificè iussu regis exceptus, cum in Delphinio portu hæreret; nuncium de morte generi Philippi iuuenis 28. annorum, firmissimo corpore, integerrimaq; semper valetudine, septimo postquam in Hispaniam appulerat mense extincti accepit. Sed nihilominus inchoatum Neapolin uersus cursum pertexuit, vbi cum instigantibus magni Consalvi æmulis, rationes administrati ab eo regni Ferdinandus flagitaret: ille priusquam vllam stipendiorum militibus persolutorum mentionem faceret, multa millia auri pondo, omnibus in Sicilia, Neapoli, & alibi monachorum & virginum ac Sacerdotum Collegijs, vt a DEO coniunctis & ardentibus uotis ac precibus, felices belli successus & victoriam suo regi impetrarent, deinde non pauciora auri pondo exploratoribus & proditoribus ad peruestigenda hostium consilia, apparatus & molitiones expensa commemorabat. Quibus inchoatis, viri sapientes & magnanimi, cum quæstoribus a Rege rationibus audiendis præfecti, statim consurgentes Regi renunciarunt, non decere ab eo viro, qui tantum Regnum tanta virtute, industria, felicitate & gloria Regi peperisset & tutatus esset, adeo accuratè & scrupulosè calculum de pecunijs impensis flagitare, cum constet verissimum esse quòd Thucydides olim scripsit, τὸν πλεμον παραγμνία ἐ σιτιῶσαι, nec posse, nec debere de omnibus quæ in bello expenduntur rationes exigi. Horum orationi facilè rex adqueiuit, ac constitutis eo anno Regni Neapolitani rebus, cum in Hispanias à Ioanna filia & regni Governatore Francisco Ximenio archiepiscopo Toletano, alijsq; procerum literis assiduis reuocaretur, ad pristinam regnorum Castellæ administrationem anno uertente redijt.

Interea viuente adhuc Philippo, Ludoicus Gallia rex, filiam Claudiam, Corolo Philippi filio iam sex annos desponsatam, Francisco Angolismensium principi, successori suo despondit, idq; per legatos proprios, Philippo regi significauit, simulans se totius regni Gallia ordinum id petentium precibus repugnare non potuisse. Fuit autem Franciscus, vt id obiter indicem; Ludoico XII. tertio gradu agnatus.

CAROLVS V.

Gallia rex coepit

1364.



Carolus VII. 1423.	CAROLVS ab Anglis 1416 captus, 25 annis in custodia fuit.	Ioannes Dux Angolismantum
Ludoicus XI. 1461.	LUDOICVS XII. Rex 1498.	Carolus Dux Aureliae
Carolus VIII 1484. obijt 1498.	CLAVDIACarolo archiduci Au- striae desponsata, sed Francisco sobri- no nupta 1514.	FRANCISCVS Margareta I. REX GALLIAE regina Na- uarræ. 1515.   Henricus II. 1547.   Ioan- na. Fran- Caro- Henri- ciscus lus IX. cus III. 1561 1574

Alexander Poloniae rex, bonus ac beneficus, & in bellis aliquantò Ioan:Alberto fratre fortunatior, paralyticus die 19. Augusti Vilnae obijt. cum paucis ante mortem horis nuncium, de victoria insigni aduersus Tataros in Lithuaniam irruentes, ductu Michaelis Glynskij principis, qui summa apud eum autoritate & gratia semper fuerat, parta, accepisset. Defuncto Sigismundus filiorum Casimiri natu minimus successit, qui antea, Vladislai fratris senioris Boemiae regis Beneficio, Glogouiae Dux & vtriusq; Silesiae praefectus supremus fuerat.

Vladislaum grauisimo morbo tum decumbentem, Stephanus Scopusiensis comes, de filia Vladislai Anna, Ioanni filio suo, qui postea apud Vngaros regnavit, despondenda improbè sollicitauerunt. Quo cognito Maximilianus, metuens ne iure successione, quod ui pactorum cum Mathia & Vladislao antea initorum in eo regno sibi debebatur, praetextu nuptiarum Annae defraudaretur; Vngariae fines cum exercitu accessit. Sed nato Cal. Iulij Ludoico, Vladislai filio, Maximilianus ueterem successione compositionem redintegrare contentus in Austriam redijt. Sequenti anno de connubijs inter nepotes Maximiliani liberos agi coepit. sed bello Veneto, & Caesaris nepotum ac Vladislai liberorum aetate immatura & alijs interuenientibus impedimentis res in annum 1515. dilata est. Ludoicum immaturo partu editum, Immatura aetate barbatum, & uxori iunctum, immaturum regno, mortem quoq; immaturam obiisse postea datum est. mater enim regina Anna in puerperio extincta est. ipse anno aetatis decimo patri in Boemiae & Vngariae regno successit, decimo quinto vxorem duxit; vicesimo primo a Turcis ad Mohacium caesus est. 1526

1506.  
1516.  
1521.

Ludoici

Ludoici patruus, SIGISMUNDVS, Casimiri regis filiorum (quinque) natu minimus, Vladislai Boemiae & Vngariae regis frater, mense Ianuario Cracouiae coronatus est. Lithuaniae verò proceres, quorum Ioannes zabrozinius, Palatinus Trocensis, antesignanus erat, capitales inimicicias aduersus Michaellem Glinskium ducem Russum, qui summo apud Alexandrum gratiae, dignitatis, & potentiae loco fuerat, exercebant, cumque palam nebulonem & proditorem Zabrozinius appellarat, Michael magno & elato animo princeps, & iniuriae impatiens, cognitionem causae & restitutionem famae & honoris sui, à rege flagitabat. Cùm autem rex procerum Lithuanicorum criminationibus assiduis alienior ab eo videretur; Michael ipse iniuriam sibi illatam vlcisci instituit; ac sequenti anno Zabrozinium Lithuaniae Mareschalcum, Grodni trucidat, & ad magnum Moschorum ducem cum fratre Basilio Glinskio, (cuius postea filiam Helenam Basilius Moschouiae Dux uxorem duxit, praesentis Moschici tyranni Ioannis matrem) & alijs amicis transfugit. quod transfugium diuturni & Lithuanis calamitosi cum Moschis belli initium fuit. Statim enim Moschorum auxilijs Michael, apertum Lithuaniae bellum intulit. cuius etsi primus impetus eo anno susceptus irritò conatu fuit, & paulò post induciae cùm Moscho infidae factae sunt; tamen paucis post annis Smolenciam arcem & ducatum ad Borysthenem amplissimum Lithuanis ademit. quem in hodiernum usque diem Moschus occupatum retinet.

In Balthico littore, Lubecenses, cùm nouo bello a vicinis Megapolitanis, & principibus, Henrico Megapol. confederatis, premerentur: gratificari tandem Daniae regi Ioanni, petenti, vt à commercijs cùm gente Suecica abstinere, & pacem cum eo facere, decreuerunt. Quae Nicopingae, initio Iulij, his conditionibus sancita est, Ne quid durante bello, in regnum Sueciae Lubecenses & sociae ciuitates importarent, aut inde eueherent: nec merces Suecicas in alijs portibus reciperent; sed in regis gratiam, Suecos & eorum bona ad se delata tantisper detinerent, donec ad obedientiam Daniae regis legitimam reducti essent. Promittit etiam rex, se naues aliquot Lubecensium Hafniae detentas, cum bonis, quae reliqua sint, redditurum, nec deinceps quenquam laesurum esse.

Saxoniae Duces, Fridericus elector, & Georgius, & Megapolitani ducis Henrici frater Ericus, eo anno, comitia Imperij celeberrima, Constantiae ad lacum Podamicum à Maximiliano indicta adierunt; vbi praeter communia Imperij negocia ac inprimis Camerae Iudicij Ratisbonae: Interea donec episcopi & ciuium VVormatiensium dissidia componerentur, celebrandi instaurationem cui episcopus Pataviensis & hoc recusante Magnus princeps Anhalдинus episcopus designatus est impulsu Iulij II. Pontificis, de exercitu in Italiam aduersus Ludoicum Galliae regem, Imperij vrbes & Caesarem dignitatem sibi in Italia vsurpantem, mittendo tractatum est. Orta enim Genuae inter patritios & populum seditione, in qua Iulius PP. popularem statum, Ludoicus rex nobilium causam fouebat:

M. D. VII

cùm exercitum ingentem Galliaë rex conscriberet, & Iulij consilijs & intercessione parum se moueri ostenderet, Papa Maximilianum & alios, aduersus Gallum, tanquam Imperio & libertati Italiaë opprimendæ inhiantem, inflammare conabatur. Hac suspitione vt se liberaret Ludoicus, statim, vt vrbs Genua, Duce nouo, Paulo Nonio serici tinctore, profugiente, ipsi dedita mense Aprili, & Reipublicæ forma iterum constituta fuit, copias omnes dimisit: & postquam Saonaë in Liguria, Ferdinandum ex regno Neapolitano in Hispanias reuertentem, in cuius comitatu magnus Consalvus erat, salutasset, in Galliam redijt. Constantiaë nihilominus Maximiliano urgenti, exercitus in Italiam Imperij sumptibus decernitur. Qui tamen sequentis anni initio primùm, expeditionem Italicam suscepit. In his comitijs Baldazar Merkelius, postea Hildesiensis in Saxonia, & Constantiensis episcopus Maximiliano Imperatori primùm innotuit, cuius deinde aulaë comes & consiliarius intimus, & hoc mortuo, Caroli V. per Germaniam vicecancellarius fuit. Natus is erat parentibus honestis magis quàm opulentis Vvaldkirchij, Herciniaë oppido sub Friburga Brisgoiaë sito. Sed ingenij felicitate & in litterarum ac juris studio diligentia & industria, Legum Doctor & Constantiensis Canonicus primùm factus est, qui ei ad secutas dignitates aditus fuit.

Baltasar Dux Megapol. Magni frater, epif. olim Suerinensis fato functus est ac eodem tempore Lubecensi episcopo, Theodorico Arndes rebus humanis exempto, Vvilelmus Vvestphalus, Lubecensis surrogatus est, qui biennium solum in ea dignitate vixit.

M. D. VIII.

**A**Dolphus & Magnus fratres, principes Anhaltini, quorum ille, Merseburgensis postea episcopus; hic Magdeburgensis præpositus fuit, partem principatus Anhaltinij vberrimam, ad Kötten, inter Albim & nemus Harcinium sitam, quæ obitu fratrum Melchioris & Bernardi immaturo ad ipsos reciderat; sobrinis suis, Vvoldemaro, Ernesto, & Rhodolpho, Georgij principis Anhaltini filijs resignauerunt, cùm ipsi ministerio diuino in collegijs ecclesiarum se devouissent, & dignitates ac beneficia ampla possiderent. Fuerunt autem hi duo Anhaltini principes ecclesiastici, Vvoldemaro & Ernesto fratribus, qui familiam propagarunt, agnati tertio gradu in linea æquali Fratres enim, **A D O L P H V S**, episcopus Merseburgensis, **M A G N V S** præpositus Magdeb. (cuius in Recessibus Imperij aliquoties mentio fit) **V V**ilelmus, monachus Franciscanus, Melchior & Bernardus primogeniti, sed sine sobole extincti, auum habuerunt Albertum Claudum, Ioannis filium, Sigismundi fratrem, ex quo Sigismundo, **G E O R G I V S** Senior, qui Seruestæ habitauit, natus fuit qui nouem filios, & filias octo, ex diuersis vxoribus procreauit, filiaë fuerunt Maria, Hedvvgis, Anna, nupta Henrico Burggrauio Misnensi, Margareta, Ioanni comiti Aldenburgico; Antonij & Christophori mater, Scholastica, Abbatissa Gerenrodensis; Agnes Gandersheimensis: & alia, Ioannis comitis Honsteinij vxor.

FILII Bernardus: Laurentius: maturè mortui VVOLDEMARVS, (vvolfgangi, cuius nomen Confessione Augustæ anno 1530 exhibitæ subscriptum est, pater) Georgius: Sigismundus, Henricus: ERNESTVS, [Ioannis, GEORGII præpositi Magd. & Ioachimi pater: & RODOLPHVS bellator clarissimus. Qui eodem hoc anno 1508, unâ cum Erico Duce Brunsvuicensi, vvilhelmi filio, & alijs Saxonix proceribus, Maximiliano Cæsari, cum exercitu Romam, Coronæ Imperatoris Romanorum accipiendæ gratia, iter facturo militabant. Cùm autem Veneti transitum per suos fines concedere Cæsari armato recusarent, bellum ipsis intulit, quod propè Tridentum inchoatum, in Foro iulium deinceps translatum est, in quo Goritiam, Vergestum, Portum Naonis, Flumen illyriorum oppidum, & alia, Maximiliano veneti magno cum ipsius dedecore eripuerunt. & pactis mense Aprili triennij inducijs, retinuerunt.

OSNABRuggensem interea diocesin Conrado Ritbergenfi comite extincto, & PADEbornensem, obitu Hermanni Landgrauij Hassiæ & archiepiscopi Colonienfis uiduatum, ERICVS Dux Brunsvicenis, ex ea familia, quæ Grubenhagij propè Einbecam aulæ sedem habet, adeptus est. quem iustum & clementem principem, & pacis custodem diligentem fuisse accepimus.

Henricus Mirabilis stirps, Ducum Brunsvic in Grubenhagen.

Ernestus

Ernestus

Albertus

Ericus

Albertus

ERICVS episcopus Osnabrugensis & Padebornen:

PHILIPPVS

Ernestus

Ernestus

VVolfgangus,

Philippus

nostra ætate vixerunt,

MONAsteriensis verò principatum, ERICVS Dux Saxonix Layvenburgensis, Ioannis filius, Magni ducis, & Ioannis episcopi Hildesienfis, & Bernardi præpositi colonienfis, frater, administrandum suscepit. cui cum fratribus solenni more vrbem 29. Octob. ingredienti, Gratulationem carmine scriptam Ioannes Murbelius, vtiliter de studijs literarum ea ætate refflorescentium in VVestphalia meritis, exhibuit. Suerini ob dissidia inter priorem episcopum Ioannem Thuen & Collegiū atrociam, paulò ante episcopi mortem, ineunte anno 1506. exorta, sesquiannum jam sedes vacarat Vlrico Malchovio Collegij Seniore interea vices

L. iij

episco.

M. D. VIII. episcopi gerente. Tandem P E T R V S, quidam VValecovius, Sundij obscuro loco natus, sed ingenio, industria & rerum Romanarum vsu singulari, electus, octennium ecclesiæ præfuit, magna apud principes & ceteros ob virtutem, prudentiam, fidem & in rebus agendis dexteritatem ac felicitatem Gratia & autoritate florens. Quo tempore, anno exeunte, Cameraci foedus inter pontificem Iulium, Maximilianum Cæsarem, Ludoicum Gallia, & Ferdinandum Hispania reges, de bello Venetis inferendo, & vrbibus singulorum, quas illi tenebant, recipiendis, factum est, ac inter cætera foederis capita, Cæsar, Mediolanensis Imperij Diploma, Ludoico Gallia regi, eiusq; genero Francisco, & mascula illorum proli, augustali autoritate concessit. quod in præiudicium Caroli Belgarum principis minorennis, cui antea collatum erat, fieri non potuisse, ideoq; nullius momenti esse, Carolus postea disputavit.

Eodem anno, in Germania superiore, duo præcipuæ dignitatis & eiusdem familiae principes, Philippus elector Palatinus, ante bellum Bavaricum potentia, opibus & autoritate florens die 27. Febr. & Albertus III. Bauaria Dux, Friderici Saxonie electoris auunculus, obierunt, Philippus octo filios superstites, & duos ex Ruperto nepotes reliquit, qui omnes intra 50. annos extincti & tota posteritas deleta, est.

Bugslaus Pomeraniae Dux, Georgium filium, in aulam affinis Georgij principis Saxonie, cui Barbara Casimiri regis Poloniae filia, Georgij Pomerani matertera nupta erat, & qui Georgio a se ex Baptismo suscepto nomen dederat, deduci curat, adiuncto præceptore Erasmo Manteuffelio, qui Caminensis episcopus postea factus est.

In ANGLIA, quam Transmarinam Saxoniam D. Bonifacius appellat, HENRICVS VII. Rex, qui post cruentas & immanes superiorum aliquot regum ex Lancastra & Eboracensi seu Albæ & Rubæ Rosæ familia, lanienas & parricidia mutua, tranquillitatem & quietem medio-crem regno restituerat; rebus humanis exemptus est. Is Margaritæ laudatis. fœminæ, Ioanne duce Sommersetti natæ, & Edmundi, comitis Richemontanj, fratris Henricj VI. regis uterinj, filius fuit. Catharina enim, mater Edmundi, Caroli VI. Gallia regis filia, post Henricj V. regis excessum, Ovino cuidam VVallo nupserat, ex quo hunc Edmundum suscepit, & Casparem Penbruchj comitem: qui grassante in Henrici Sexti amicos Eduardo III. Eboracensis factionis rege, Henricum Edmundi fratris filium, qui postea eius nominis VII. regnavit, in Galliam secum abducens, melioribus fatis conservavit. Revocatus enim postea a proceribus Lancastræ factionis, ex Gallico exilio Henricus & Richardo III. tyranno Eboracensis factionis ad Lycestriam cæso: REX Angliæ & Franciæ præter omnium expectationem creatus est. & multis seditionibus singularj vigilantia oppressis, paulò ante annum 1500, supposititium ducem Eboracensem Petrum VVarvvichium Flandrum, qui se EDuardi III. regis filium mentiebatur, & ab Eduardi sorore Margarita, Caroli Burgundi vidua, iuvabatur; vivum in potestatem redactum, & fugam ex custodia molientem strangulari iusserat.

1500.

Sic vndique sedatis tumultibus, & parta regno quiete Henricus VIII. Caletum

Caletū traiecit, quo Philippus archidux Austriae & totius Belgici princeps, nato ipsi recens Carolo filio, ad eum venit, & amicitiam ac foedus, cum Henrico antea per legatos initum, confirmavit. Reuersus Londinum Margaritam filiam, Iacobo III. Scotiae regi qui commentitium ducem Eboracensem paulò antè aduersus Henricum fouerat: pace inita, elocauit & filio primogenito Arturo Valliae principi, adolescenti (cui Richardum Polum, Reginaldi Poli patrem, ad finem suum, consiliorum & morum moderatorem adiunxerat) Catharinam, Ferdinandi Hispaniae regis filiam, Caroli V. materteram, matrimonio coniunxit, quod sexto post mense, Arturi adolescentis obitu inexpectato, rursus solutum est, quo ipso tempore etiam Elisabetha regina, Eduardo III. Eboracensi, olim rege, nata, in partu extinguitur.

Edmundus Suthfolciae comes, ex reginae matertera Elisabetha, Ioanni Suthfolciae duci nupta, genitus, aduersus regem conspirans, ad Margaritam Caroli Burgundi viduam in Belgicum secesserat. Comprehensus autem in Anglia coniuratis, per varias gentes vagatus, tandem in Philippi archiducis Belgarum principis fidem se contulit, à quo post aliquot annos in Hispaniam ituro, & tempestate in Anglicum litus eiecto, regi Henrico petenti, promissa vitae incolumitate, traditus est.

1506.

Cum autem in Angliae regum mentionem hoc loco incidere, SERIEM REGVM ANGLIAE per octo secula deductam, obiter adiungam.

EGBERTVS occidentalium Saxonum in Britannia rex XVII. à Cedritio, cepit anno Christi 800. cum post Saxonum in Britanniam aduentum, incidentem in annum Christi 450. Britannia in septem regna & reges distinctos aliquot seculis fuisset diuisa: (quorum crebra in Bedae historia mentio fit) Cantiano, Northumbriae & orientalium Saxonum regnis potitus, primus Britanniam, ANGLIAM, & totam gentem, ANGLOS, nominari, edicto sanxit, obiit A. C. 837. Egberti filius Edelvolffus denarium S. Petri, ex regnis Cantij & Northumbriae Leoni III. Papae addixit anno 847. obiit 857. relictis quatuor filiis, qui ordine regnarunt: Edelvaldus, 5. menses, Edelbrechtus, 5. annis, Edelredus 6. annos. ALFREDVS, anno 870. cum Danis Angliam inuadentibus varia & difficilia bella gessit. Merciorum regnum suis adiecit, condidit Academiam Oxoniensem A. C. 895. cum ante 262. annos rex Sigebertus Cantabrigensem crexisset. A. C. 630.

Alfredi filius fuit EDVARDVS I. Angliae rex, A. C. 901, annis 25, cuius filij fuerunt

<p>ADELSTANVS Angliae Rex potens &amp; felix, Northumbriam recepit, &amp; pulsus Danis &amp; alijs solus Regnum, Angliae sedecim annos obtinuit ⊕ 942.</p>	<p>Edmundus I. Rex Angliae A. C. 942.</p>	<p>Eldredus Rex, Anno Christi 948.</p>	<p>Edgina Carolo simplici Galliae regi nupta, Ludovici Transmarini mater. Edui-</p>
--	---	--	---

Eduinus Rex Angl. 955: ob libidinum impoten- tiam regno pulsus	EDGARVS Rex Angliæ 959.	EDITHA Ot- tonis I Imp. vxor, obiit 947. Magdeburge.
--	-------------------------------	--

Eduardus II, Rex Angl. 975, iussu nouercæ Alfredæ cæsus & inter san- ctos, relatus.	Edelredus Anno Christi 978. à Danis pira- tis & postea à rege illorum Suenone & Canu- to oppugnatus, amittit Northumbriam, Mer- ciam, & tandem ex Anglia in Normanniam profugiens totum regnum Danis cedit A.C. 1014. Etsi autem mortuo Suenone Ethelredus redijt, tamen statim extinctus est anno 1016.
---	--

Edmundus eius nominis II. Rex Angliæ, anno Christi 1016. per- petuo bello à CANVTO Daniæ rege fatigatus, & anno vertente à suis interfectus est. cui CANVTVS magnus, Daniæ & Angliæ rex, A. C. 1017. successit, qui Emmam Normannam, Ethelredi viduam, vxorem duxit.	Edui- nus, Al- fre- dus.	EDWARDVS III. primùm in Nor- mannia exulauit, postea Rex Angliæ A. C. 1040.
---	--------------------------------------	---

Canutus II. quo post biennium mor- tuo redit ex Normannia EDWARDVS III. Edmundi II, frater Rex Angliæ 1040. ⊕ 1066. ac testamento Guielmum Nor- mannum amitinum suum contra Haral- dum Danum, ex Thyra, Canuti II, sore- re natum instituit. Est autem hæc series Normanniæ ex quibus Guielmus Angliæ rex ortus est. Rollo primus Dux Normanniæ circa A. C. 900. Guielmus filius A. C. 924. Richardus I.	Thyra nupta God- vino comiti Cantia.   Haraldus Rex Angliæ 1066, victus à Guilel- mo Normanno 1067.
---	--

Richardus II, Dux Normanniæ	EMMA vxor Edel- redi regis Angliæ & postea Canuti regis Daniæ.
Richardus III. ROBERTVS Byzantij tandem obiit 1040.	

GVILELMVS Normannus, Roberti filius,  
Balduini Pij Flandriæ Comitis gener, REX  
ANGLIÆ, A. C. 1067. anno 618, post aduen-

tum Saxonum in Britanniam: anno 130. post Adelstanum primum monarcham Angliæ factus, inter cæteros consilio & opera Lanfranci archiepiscopi Cantuariensis multum vñus est.

<p><b>GVILELMVS</b> Rufus, Rex Angliæ A. C. 1089. Lanfranci potiss. auctoritate &amp; consilio factus, post cuius mortem, teter tyrannus fuit, substituit Lanfranco, <b>S. ANSHELMVM</b>, quem postea in exilium pepulit. Ipse in venatione à Gallico milite telo transfixus 1101.</p>	<p><b>HENRICVS</b> I. Rex Angliæ A. C. 1101, qui <b>S. Anshelmũ</b> reuocauit, &amp; capto <b>Roberto</b> fratre, Normanniæ Angliæ regno coniunxit A. C. 1108. vxor <b>Mathildis</b> Scotica,</p>	<p><b>Robertus</b> patrem in Normannia oppugnauit 1080. Dux Normanniæ cum duobus fratribus Angliæ RR. bellum gessit. <b>Godfridum</b> Bulioneum in <b>Pa-læstinam</b> comitatus A. C. 1096. cum redisset <b>Henrico</b> fratri Angliæ regi bellum inferens, anno 1108. captus, in <b>Vuallia</b> 26. annos vsque ad mortem custoditur. Huius filius <b>Guilelmus</b> comes Flandriæ à <b>Ludoico</b> Crasso Gallia rege factus, ad <b>Alostum</b> pereijt 1125.</p>	<p><b>Adela</b> <b>Stephano</b> <b>Blesensium</b> comiti nupta.   <b>STEPHANVS</b>, rex Angliæ 1136. vxor <b>Mathildis</b>, <b>Eustachij</b> <b>Bulionei</b> comitis <b>Bononiæ</b> filia.</p>
--	---	---	--

<p><b>Mathildis</b> <b>Guilelmi</b> Ricar. <b>Robertus</b> comes <b>Glocestriæ</b>.</p>	<p><b>Guilelmus</b> dux <b>Normanniæ</b> (vxor filia <b>Fulconis</b> <b>Andegauensis</b>) in mari submersus.</p>	<p><b>Ricardus</b> comes <b>Glocestriæ</b>.</p>	<p><b>Robertus</b> comes <b>Glocestriæ</b>.</p>	<p><b>Eustachius</b> dux Normanniæ, iurauit <b>Ludoico</b> VII. Gallia regi, cuius sororem <b>Constantiam</b> duxit. sed ante patrem obiit.</p>	<p><b>Guilelmus</b> comes <b>Nortfolciæ</b>.</p>
---	--	---	---	---	--

& **Cenomannos** tenebat. vincit **Stephanum** 1142.

**HENRICVS** II, comes **Andegauensis** **Turonis**, **Cenomanni**: Rex **Angliæ**, A. C. 1154. **Henrici** **Leonis** Saxonie ducis soror, puer apud **Dauidem** Scotorum regem auunculum magnum educatus, tandem post varia bella, per **Stephanum** regem Angliæ, mortuo **Eustachio** filio, adoptatus, successit 1154. Vxor **Leonora**, vnica filia & hæres **Guilelmi** **Aquitaniæ** & **Pictonum** ducis, dimissa à **Ludoico** VII. Francorum rege. **Aquitaniam** **Henricus** anno 1153. in possessionem accepit, obiit 1189, Angliæ regum florentissimus & potentissimus.

Henricus, cui Margarita Lud. VIII, regis Gallia filia desponsata 1163. coronatus rex, patre viuo 1172. cui adiunctus à socero & fratribus, regnū eripere conatur 1175, 1176. obiit ante patrem 1181,	RICHARDVS, comes Aquitaniae, REX ANGLIAE 1189, in Palestina profisciscens Cypram tenuit, vbi nuptias cum Berengaria, Garzia regis Navarrae filia celebrauit, rediens ex Palestina, Viennae captus est 1193, & Caesari Henrico VI, traditus obiit 1200.	Godfridus, ducta Constantia, unica filia & hærede Connani Britanniae ducis, obiit ante patrem Ludetiae,   Arturus dux Britanniae Comes Andega, Turo- ni &c.	IOANNES contra fratrem Ricardum in Syria absentem seditio- nes mouit, quo mortuo, dux Normanniae & REX ANGLIAE factus 1201, amisit Normanniam, à Philippo Augusto rege Galliae occupatam 1205, anno 316. Postquam Rollo tam à Carolo simplice obtinuerat, Tandem à Pontifice	Mathildis, Henrici Leonis, Ducis Saxoniae, vxor.
--	--	---	--	--

regno per sententiam priuatus obiit 1218. Vxor Isabella, vnica Comitis Engolismi filia, post Ioannis mortem, Hugoni comite Marchiae nupta, ex quo nati filij Otomarus episcopus Vintoniensis, & Ganfredus, Guilelmus, Guido cæsi postea à principibus Angliae rebellibus 1261. in prælio ad Lovvis.

Regis Ioannis liberi fuerunt:

HENRICVS III, natus 1208. puer nouem annorum REX ANGLIAE 1218. expeditionem in Galliam ad recuperandam à patre amissa irrito conatu suscepit 1231. Duxit Leonoram Raimundi comitis prouincia filiam 1236. ⊕ cum 56. annos regnasset,	RICHARDVS Comes Cornubiae, in Palestina 1238. profectus Imperator electus post Vilelmum Hollandū 1257. vxor Sanctia, Raimundi comitis prouincia filia, ex qua nati Edmundus comes Cornubiae & Henricus missus ad PP. Gregorium X. ⊕ 1272.	Leonora, Guilelmi comitis Glocestriae vxor, qui Henricum regem puerum tutatus est,	Ioanna vxor Arico II. Scotiae regis. Imp. nu-pta 1236. obiit 1241.	Isabella Friderico Imp. nu-pta 1236. obiit 1241.
--	---	--	--	--

EDWARDVS primus ex Gallica comitum Andegauensium familia princeps Valliae, praefectus Aquitaniae, REX ANGLIAE 1274. Burdegalam amittit 1294. Edinburgum capit 1298. Aquitania	Edmundus comes Lancastriae, obiit Baionae in Aquitania 1296.
---	--

tanium

taniam à Philippo pulchro Galliæ rege recipit 1300. obiit recepta Scotia 1308. Vxor Leonora, Alfonsi regis Castel- læ soror.	Thomas Lan- castrius.	β	
		Henricus comes Lancastræ, dux Derbiæ	Ioannes Blanca nupta Ioanni Gandauensi.

EDVARDVS II. Rex Angliæ 1308. leuis, fu- tilis & infelix, vxor Isabella, Philippi pul- chri Galliæ regis filia, eiectus Scotia 1314. tan- dem à propria vxore, & filio Eduardo & prin- cipibus regni captus & regno privatus est 1326. cui viuo successit filius.	Edmundus comes Cantij, postea securi percussus ab Eduardo III.
	Ioanna nupta Eduardo, fi- lio Eduardi III.

EDVARDVS III. Rex An- gliæ 1326. fortis & felix vicit Gallos ad Cressiacum prope Somam 1346. ex- pugnavit Caletum 1347. cepit Ioannem regem Galliæ 1356. Quadriennio post pax facta. sed anno 1366, instaurato bello in- felix fuit. obiit 1377.	Ioannes Hel- thamius, comes Cornubiæ obiit 1336.	Ioanna Dau- di Scotorum regi nupta, qui ab Anglis decem annis captus fuit.
--	---	---

Eduardus princeps Vuallia, præfectus Aquitaniæ, Ioannem Galliæ regem, cum filio Philippo cepit in Pictonibus 1356. Decem mensibus an- te patrem obiit.	Leonellus dux Cla- rentiæ, vx- or Elisa- beth, postre- ma hæres Claren- tiæ.	Ioannes Gandavi natus 1340 vxor Blan- ca, Hen- ricus Lan- castrii fi- lia obiit 1398.	Thomas Glocestriæ dux, a Richar- do rege strangula- tus 1397	Edmundus co- mes Cantabri- gæ & Eboracen- sis opem Ioanni Lusitaniæ R. contra Castel- lanū tulit 1387. ⊕ 1400.
---	---	--	--	---

RICHARDVS II. Edu- ardus Rex Angliæ 1377. imprudens, futilis & infelix, vxor Anna filia Vuen- ceslai Imp. 1384. quæ obiit sterilis 394.	Philip- pa nu- pta Ed- mundo comi- ti Mar- ciæ.	HENRICVS III. Edoar- primùm dux Here- fordæ & Lancastræ, spoliatum omni hæ- reditate paterna ab Richardo II. & in exilium pulsus, à principibus reuo- catur, & capto re- ge Richardo REX ANGLIÆ 1399.	Edoar- dus dux Eboracensis. Richar- dus mi- nor na- tu, co- mes Can- tabrigæ ex Anna comitiss- a Mer- ciæ.
---	---	---	--

Rogerius comes Mercie.	Elisabeth, nu- pta Henrico co- miti Northumbriæ.	β
---------------------------	--	---

Erd.



<b>EDVAR-</b> <b>DVSIII. Rex</b> Angliæ, victo Henrico VI, 1461. Vxor Elisabeth collegium Re- ginæ Cantabri- gæ fundauit.	Richardus III. Dux Glocestriæ Rex Angliæ 1483. fratris fili- os interfecit. ipse cæsus 1486.	Georgius Dux Cla- rentiæ à fratre Ri- chardo necatus 1480.	<b>MARGA-</b> <b>RITA</b> Ca- roli Bur- gundi vx- or tertia, Edmundus Dux Sutfol- ciæ, initio a- micus, po- stea rebellis Henrico VII.	<b>ELISA-</b> beth nu- pta Ioan- ni Duci Sutfolciæ. Ioannes comes Lincol- nensis. Godfridus.
<b>ELISA-</b> <b>BETH</b> coniunx <b>HENRI-</b> <b>CI VII. RE-</b> <b>GIS ANGLIÆ,</b> qui A. C. 1486. ex Galli-	Eduar- dus V. à patruo tutore necati.	Richar- dus, tutore necati.	Margarita nupta Ri- chardo Polo. Reginaldus POLVS Cardinalis.	

co exilio in Angliam reuersus cæso Richardo III, Tyranno regnare cœpit. natus patre Edmundo comite Richemontis, fratre Henrici VI, vterino, & Margarita filia Ioannis Ducis Somersetti.

Liberos Henricus VII. ex Elisabetha Eduardi IIII. regis filia ha-  
buit primogenitum **ARTVRVM**, principem VValliæ, qui vix adolescen-  
tiæ annos ingressus, Catharinam, Ferdinandi Hispaniæ regis filiam, Ca-  
roli V. materteram ducens, eodem, quo nuptias celebrauit anno 1500.  
ante patrem obiit. **HENRICVM VIII.** qui ducta patris præmortui  
vxore, post patrem triginta octo annos in Anglia regnauit: (patrem  
Eduardi VI. & Mariæ Philippo Hispano nuptæ, & Elisabethæ virginis,  
quæ iam viginti quinque annos sapienter & feliciter Angliam gubernat)  
**EDMVNDVM** auo paterno *ὁμιώνυμον*, ante patrem sublaturum. **MARGA-**  
**RITAM** Iacobo IIII. Scotorum regi & postea Archibaldo Duglassio Sco-  
to auo materno Henrici Stuardi, patris **IACOBI VI**, elocatam: **MARI-**  
**AM**, Ludoico XII. Gallia Regi, deinde Carolo Suffolcio nuptam, Quo-  
rum nomina, & indolem generosam, & animi & corporis pulchritudi-  
nem eximiam, rubris & candidis Rosis, quæ olim factionum inter prin-  
cipes Angliæ Eboracenses & Lancastrios funestarum, per Henricum VII.  
ex vtriusque sanguine procreatum, sublatarum, notæ fuerunt, venuste  
pingit, ac ipsius regis, & Britannia laudes, eruditissimo carmine prædi-  
cat Erasmus, quod Henrico VIII. regi, puero, paucis ante 1506. annis  
dedicauit. Id cum acurate elaboratum sit & dignum lectione,  
studiosi hoc loco adiungent.

fratris Arturi  
cœpit 1509.

1514.

1509.

Mortuo autem Henrico VII. filius **HENRICVS VIII.** successit,  
qui, vt paulo antè diximus, Catharinam Ferdinandi Hispaniæ regis filiam,  
Caroli V. materteram, & fratris Arturi relictam viduam, Iulio II. P.P.  
M dispen-

dispensante coniugem accepit: paucisq; interiectis mensibus, Margareta, paterna regis Henrici auia, singulari prudentia & virtute foemina ex his terris decessit. Quae inter caetera pietatis & studij iuandae Reipublicae, ac benignitatis erga pauperes suae, testimonia duo magna collegia Cantabrigae extruxit, & redditibus annuis opulente dotauit in quibus tenuioris fortunae scholastici in regno Angliae nati, bonarum artium & pietatis Christianae studijs vacantes, gratuito alerentur. Qua de causa, merito a nobis quoq; huius Reginae, optimarum litterarum & artium nutricis, nomen & memoria conseruatur.

M. D. IX.

In mari Balthico bellum inter Lubecenses & Daniae regem Ioannem recruduit multo priore acrius & funestius. Composito enim cum Megapolitanis, Vicinorum intercessione, bello, cui totum triennium implicati fuerat: cum mercatores Lubecani interea naues suas passim a regijs, post factam Nicopingae pacem, detentas, & bona direpta esse quererentur, sibi quoq; vicissim licere pacta conuenta violare iudicabant. Cum igitur octo naues, Reualiam, vnde Suecicas merces exportabant, expedissent, Rex Ioannes classem viginti quatuor nauium bellicarum, ad Draui ostium mittit, quae nihil ex portu Lubecensi euehi aut importari sinerent, Lubecae igitur Dani omnes cum mercibus aresto tenentur, vicissim in Dania mercatores Lubecenses, omnibus suis bonis spoliantur, ac redeuntibus forte circa id tempus Reualiam Lubecensibus, & commisso inter illas & Danicas naues praelio, vna amissa, septem incolumes Lubecam euaserunt, Eiusdem anni autumnio Lubecani, octodecim grandes naues, frumento, sale, panno & bellicis munitionibus onustas, Stocholmiam miserunt; quae etsi feliciter in Sueciam peruenerant, tamen in reditu, circa Martini festum, tempestatibus concussae & dissipatae, & quinque submersae sunt, aliquot in Dantiscanum portum eiectae hybernarunt. Interea Daniae rex, Classem triginta nauium milites vehentem ad Draui ostium, mittit, qui vento in Neostadiensem sinum delati, praeterita Dramunda, alios circiter viginti Lubecensium pagos inflammarunt, & Oldesloae tandem aliquantisper confederunt. Dramundenses interea praesidarij, excursionem facta, naues Danorum partim capiunt, partim cremant, & praedam abducunt.

Cathedram vero Episcopi Lubecae, eo anno, Ioannes Grymhold I. V. L. Lubecae natus, & Collegij Decanus, adeptus est, quem XII. annos & IV. menses praefuisse, & bona alijs oppignorata redemisse, & aedificijs episcopi ditionem ornatiorem reddidisse, annotatum reperio.

Ezardus Frisiae orientalis comes, multos ciues & mercatores Bremenses cepit, propterea quod aedificaturum arcem in ripa Visurgis impediunt. Hi vicissim comitis subditos in Visurgi & alibi deprehensos spoliant, & in urbem abducunt, donec tandem Butiadae, quorum tunc ditionem Ezardus tenebat, Aldenburgenfibus comitibus, anno 1514, Ducum Brunsvvicensium armis restituti sunt.

Haec dum in mari Balthico & Visurgi geruntur Fridericus Saxoniae Dux, Ericus dux Brunsvvicensis, Casimirus marchio Brandenburgensis Rodolphus Anhaltinus & alij, Maximiliano ad bellum VENETVM proficiscenti militant, cuius initium, a Ludouico Galliae rege, qui die 14 Maij Venetum exerci-

exercitum ad Abduam profligauit, factum, planè Venetis infelix fuit. Statim enim ad victoriæ Gallicæ famam, præcipuæ in continente venetorum vrbes, Bergomum, Brixia, Cremona arx Pitigthona, Pischeria, Gallo se dediderunt. Pontifex Fauentiam, Rauennam, Ceruiam, Ariminum recepit. Alfonsus Ferrariæ Dux Rhodiginam Polinesum: Mantuanus, Asulam & Lunatum: Brunsvicensium Dux, Cæsaris nomine, Tergeste & reliqua Foriulij oppida superiore anno amissa, recuperauit. Ferdinando Hispaniæ regi, vrbes regni Neapolitani, Hydruntem, Brundusium, Tranium Monopolin, Pulignanum Veneti spontè reddiderunt. In Cæsaris etiam potestatem, ueteres Imperij vrbes, Verona, Vincentia, Patauium spontè venerunt. Sed Patauium negligentius à Cæsare custoditum paulò post Veneti, die Marinæ, 17. Iulij, rursus occuparunt, qui dies, recuperandi in continente venetorum Imperij, planè amissi, initium fuit. Nam & Patauium postea ab Imp. Maximiliano obsessum mense Septembri defenderunt: & Vicentiam, cui præsidio cum paucis Rodolphus princeps Anhaltinus erat (qui paulò ante Cadorem Foriulij oppidum cum arce expugnarat) deserta ab Rodolpho vrbe non satis munita, receperunt. Pisani etiam, qui iam quatuordecim annos libertatem suam magna virtute & constantia tutati erant; a socijs deserti, & fame tandem expugnati, Florentinis se die 9. Iulij rursus subiecerunt. cum paulò post, 24. Septemb. Angelus Politianus ex hac vita decederet.

Sed in arctoum orbem redeo, in quo Sigismundus Poloniæ rex, aduersus Bogdanum Vualachia superioris principem, qui per Podoliam, Russiamq; Leopolin vsq; infestis armis excurrerat, exercitum Nicolao Camienecio duce misit, qui ex vastata Moldauia rediens, ad Tyram fl. Vualachos, multis eorum captis, die 4 Octobris profligauit. Tandem Vladislaj Vngariæ regis intercessione pax restituta est.

In Liuonia Michaeli Hildebrando, Rigensi archiepiscopo, qui perpetuis ferè bellis ad summam egestatem redactus erat, defuncto: Casparus Lindius, pacis & iusticiæ custos fidelis successit. cuius postremis temporibus religionis mutatio Rigæ anno 1522. inchoata est, de qua suo loco monerimus.

PLESCOVIA Russiæ vrbs ad grad. long. 58. lat. 60. sita, Liuoniæ ad Derbatensem diocesi finitima, intestinis Ciuium dissidijs agitata, in Basilij Moscorum Tyranni potestatem peruenit. Cum enim plebs ocio lasciuiens, aduersus senatum sediciosè tumultuaretur, & agros publicos, quibus ditiores fruebantur, viritim in plebe diuidi, vel certè tenuiores, non minus quàm Senatores & patricos, ad eorum culturam & fructum admitti, impotenter flagitaret: nec inter ipsos componi controuersia vlla ratione possent: præsules & sacerdotes à Senatu rogati, primum à Liuoniæ magistro Vualtero à Plettenberg auxilia aduersus plebem petunt: & hoc negante, quòd pacem 50. annorum cum Russis initam sibi non violandam existimaret: ad Basilium magnum Moscorum decurrunt, petentes vt plebis petulantia compressa, pristinam auctoritatem & potentiam Senatui restitueret. Tanta enim intestinis odijs & ciuili discordia inter se laborantium cæcitas & insania fuit, vt eum principem, cui diu jam ad vrbe illam subiugandam & in seruitutem redigen-

dam, nihil præter occasionem defuerat ad vr̄bis suæ tutelam & quidem præfecturam, spontè vocarent. Cùm igitur Basilius arbiter controuersiarum inter Senatum primoresq; & plebem futurus, exercitum vr̄bi admouisset: & cum præfule ciuitatis & sacerdotibus antea sciente senatu egisset, vt de componenda pace inter Senatum & ciues acturus, in vr̄bem admitteretur: occupata vr̄be, & Senatu pariter ac plebe oppressa: & præfule, qui Senatus nomine hoc totum procurarat, & ciuibus præcipuis, captis in Moscouiam missis: ciuitatem vniuersam omni libertate spoliata, in seruitutem extremam redegit.

M. D. I X.

**ERFORDIÆ** seditio inter ciues & senatum atrox extitit, quæ aliquot annos durauit. nam ciues, instigantibus canonicis, qui turbata Republica, se potiores in vr̄be futuros, & Senatum cupiditatibus & imperijs suis sæpe aduersantem, oppressuros rebantur, accepti & expositi rationes à Senatu exigebant. Republica enim ære alieno oppressa, Senatus nouis tributis ciues onerabat, nec tamen tutum existimabat, ciuibus omnia Reipublicæ arcana, & in quos vsus pecunia collata esset, reuelare. Ideoq; diu dilatis rationibus aliàs alio modo elabi conati sunt: donec tandem ciues Episcopum Moguntinum, senatus ducem Saxonix inuocauerunt, qui patrocinium ad se confugientium suscipientes, pertinacius suam quisq; partem defendit, peneq; iustum bellum inter eos ortum fuisset, nisi Laurentij episcopi Vuurceburgensis prudentia, & Friderici Ducis Saxonix moderatione & φιλησυχία pax conseruata fuisset. Tandem cùm sex annos seditio durasset, tranquillitas restituta, & Syndicus vr̄bis Doctor Pobenzan Iureconsultus, qui suis consilijs dissensiones fouerat, & externo Principi potius ciuitatem tradendam, quàm ciuibus cædendum esse omni contentione pugnauerat, in quatuor partes dissectus est, quæ in quatuor vias regias suspensæ sunt.

1514.

Plura de Erfordiensis motu, quem magnum & celebrem patrum memoria fuisse accepimus cuius etiam in Oratione de Friderico Duce Saxonix mentio fit, diligenter etiam peruestigans, discere non potui. Cùm autem populosissima metropolis Thuringia sit **ERFORDIA**, ad vadum Hieræ fl vnde & nomen habet, in fertilissimo & vberissimo agro, vini & frugum omnis generis feracissimo sita: breuiter hoc loco de veteribus Turingiæ Dominis & qua occasione Erfordia potissimum creuerit pauca annotabo. Multò enim vetustior Erfordiensis vr̄be **NORTHVISA** est, quàm Theodosij iunioris tempore, sub Mervvygo Turingorum rege, Francorum regis cognato conditam referunt annales, cuius Mervvygi ex filio Balsino nepos fuerit. **ERMENFRIDVS** Turingorum rex, Clodouei Francorum regis gener, qui à sororio Theodorico Francorum rege Metensi postea cæsus est, Et quia Saxonū auxilia Theodoricus in eo bello habuerat Turingiæ partem ad Vnstrad fl, versus Herciniam cis attribuit, a quibus arx **SAXENBURG** huc vsq; nomen retinet. Deinceps igitur sub Francorū Regibus Turingia & **Halsia** coniunctæ, vsq; ad Carolum magnum & Henrici Aucupis tempora manserunt Dagobertus enim magnus, collegium D. Petri in monte, quod iam Erfordix mœnibus inclusum est, condidit A. C. 627, Pipinus Caroli Pater cœnobium Hirsfeld in Halsia A. C. 736. Item Fuldā, Amerbachium, S. Mariæ in Erford A. C. 745. collegiū Fritislariense in Halsia & alia fundarunt. Ita sub Francorū regibus

annos

annos 366, Turingia mansit Tandem Carolus Crassus Imp. ducem Thu-  
ringiæ præfecit Ludoicum A.C. 886. cuius nepos Burchardus <sup>dux</sup> ab Un-  
garis cæsus est. M. D. IX.

Quare HENRICVS Auceps Imp. Turingiam occupavit cuius  
successoribus Saxonæ principibus in hodiernum vsque diem subiecta est.  
Etsi enim post VVilelmum, Ottonis I. Imp. filium, qui archiepiscopus  
Moguntinus Turingiam permissu patris tenuit, successores ipsius archie-  
piscopi Moguntini merum Imperium in urbem Erfordiam, quod adhuc  
retinent, & totam Turingiam sibi aliquantisper vendicarunt; quorum  
vice Dominus, sub Conrado Saliquo Imperatore, LVDOICVS Bar-  
batus aliquandiu fuit: tamen posteri Barbati, Landgravorum titulo Tu-  
ringiam ad hæredes transmiserunt: donec ad Misniæ Marchionem ex  
VVittikindi Saxonis posteritate ortum, Henricum illustrem, Theodo-  
rici filium & Hermanni Turingiæ Landgraviij, ex filia Iuditha nepotem,  
circa annum Christi 1250. peruenit.

Est autem in primorum Turingiæ Landgravorum ex Gallica ori-  
gine descendentium, hæc series

Ludoicus Barbatus primus Turingiæ  
præses obiit 1055.

Ludoicus II. ædificavit arcem Vuartburg prope Isenac, & Reinhardsbronn adhæsit Ro- dolpho contra Henricum III. ⊕ 1123. ætatis 73.	Vta filia comiti in Lindeberg nupta. Beringer sepultus in Reinhardsbronn.
---	--

LVDOICVS III. gener Lotharij Saxo- nis Imp. primus Land- gravius TVRINGIÆ à so- cero factus ⊕ 1149.	Ludoicus co- mes de Zare.	Conradus pri- mus comes in Honstein fun- dator cœnobij ILFELD.	Theodori- cus comes de Berka.
---	------------------------------	--	-------------------------------------

LVDOICVS IIII, gener Conradi III. Imp. muros Erfordiæ,  
in contemptum archiepiscopi Moguntini per Frid. Barb. depositi destru-  
xit. ⊕ 1173.

LVDOICVS V. Hermannus Ludoici IIII. obiit 1193.	filius ⊕ 1215.	Fridericus primus co- mes in Zigenheim. Gozmannus.
--	----------------	--

S. LVDOICVS VI, ma- ritus S. Elisabethæ ⊕ 1227.	HENRICVS Imp. 1247.	IUDITH nupta Theodo- rico marchioni Misniæ.
--	------------------------	--

SOPHIA nupta Henrico VI. Duci Brabantiae	HENRICVS primus ex Marchionum M iij	Misniæ
---	---	--------

Misniæ familia, TVRINGIÆ Landgravius anno 1248, Turingiam occupavit, de qua, cum litem ei moueret, Sophia, (S. Ludoici VI. & ELISABETHÆ Marpurgi anno 1231. extinctæ filia) Henrico VI. duci Brabantia nupta, & bellum aliquot annos gestum esset tandem capto duce Brunsvicensi Alberto, qui Sophia partes tuebatur, renunciare Sophia suo in Turingiam luri coacta est, & solius Hassiæ possessione contenta esse anno Christi 1263.

Henrici illustris filius, ALBERTVS Degener, cum ex Friderici II. Imp. filia, Margarita duos principes filios Fridericum Admorsum & Theodoricum genuisset: amore pellicis fasciatus, coniugem capitaliter odisse cepit, quæ mariti crudelitatem fugiens Francofordiam ad Mœnum, in D. Catharinae monasterio obiit. Filij à fratre Alberti Theodorico Misniæ marchione educati, & hæredes constituti, contumeliam & iniurias atroces, nobilissimæ matri & sibi, quibus Misniam à patruo legatam eripere, & Turingiam quoque ademptam pellicis filio tradere conabatur, illatas vlciscerentur, bellum patri inferunt. Ita magis exacerbatus pater vt filios hæreditate paterna priuaret. Adolpho Imp. Turingiam 12000. marcarum vendit. Quam venditionem cum nobilitas improbaret, & Adolphus vi occupare Turingiam conatus, virtute & fide subditorum, per Alberti filios repulsus, & Albertus ipse in arte Vuartberg ad Isennacum à filijs captus esset, rursus dimissus est hac conditione, vt Misniæ possessionem tranquillam filijs deinceps relinqueret, & Turingiam ipsis inscijs & inuitis non alienaret. Verum Albertus statim ad ingenium rediens, Erfordiam se contulit, in qua vrbe vt receptum ac hospitium tutum haberet, plurimos pagos & prædia ciuitati oportuna, vendidit, pignori dedit, aut donauit, quæ vicissim alimenta exuli vsque ad vitæ finem præbuit, ac ex huius Alberti profusionibus præcipue Erfordia tot prædijs & pagis aucta & amplificata est.

M. D. X. Posnania, Legati Imp. Maximiliani, & Imperij, & Poloniae ac Vngariae regum, & magistri Prussiae ac ordinis Teutonici conuenerunt, vbi Iob Episcopus Pomezanensis, & alij ordinis commendatores, Prussia totam, & Pomeraniae partem, à Casimiro Poloniae rege ante quinquaginta annos ablatam, ordini restitui, & iuramentum fidelitatis, & militiae onera pro Polonis suscipienda remitti, flagitarunt. Poloni contra, optimo titulo ac summo iure, Prussia, partim sponte deditam partim armis occupatam & defensam, a se teneri ostenderunt, & à prefecto seu magistro ordinato, iusiurandum fidelitatis & subiectionis, vi foederis, tot iam annos seruati, flagitarunt, atq; in eo perstiterunt. Ita re infecta conuentu soluto, magister ordinis Borussiae, Fridericus Saxoniae Dux, Georgij & Henrici frater, morore ac curis aucta hydrope Rochlicij extinctus est, in cuius locum ALBERTVS Brandenburgensis marchio, Friderici & Sophiae sororis Sigismundi Poloniae regis filius, Casimiri apud Cæsarem militantis, & Georgij apud Vladislaum Vngariae regem aulae praefecti frater, sequenti anno ab ordine electus est.

In mari Balthico, Lubecenses, vigente adhuc cum Danis bello, adiunctis sociarum ciuitatum Vandalicarum, Hamburga excepta, nauibus bellicis, Daniæ littora & Insulas, Mœoniam, Bornholm, Blekingam, Laland & alias, rapinis & incendijs passim infestauerunt, & ex Hellesponto Danico, quem Helschenör appellant, tredecim naues abductas Dramundam auexerunt. Tandem etiam ad Bornholmam aliquot bellicas regis naues profligarunt.

Hamburgenses, his octo annis, quibus ciuitatis Lubecæ cum Danis bellum durauit; cum D. Hermanni Langebeci COS. consilio & hortatu, à Lubecensium societate & bello Danico abstinerent, & soli ferè tutò in Dania, Norvvegia, & cum Hollandis, Anglis & Flandris negociarentur, magnoperè commerciorum frequentia & opibus aucti & locupletati, creuerunt.

Ioannes Daniæ rex, cum bello vicinarum ciuitatum, Lubecensibus fœderatarum premeretur, Bugslauum Pomeraniæ ducem per litteras rogat, ut Sundenses subditos suos, a bello aduersus regem gerendo abducat. Cum autem Sundenses se per leges fœderis, & necessitatem defensionis priuilegiorum in regno suorum, excusassent: & paulò post, principi, frumentum, ex portu Sundensi in Belgicum missuro, eripuissent; nec repetenti redderent, quod ciuitatibus non principibus negociari ius fasq; esset: valde offensus princeps, apud ditionis suæ ordines de Sundensium iniuria grauissimè questus, eorum consilium & auxilia flagitauit. Sed intercessione Vuerneri Schullenburgij multa 3000. fl. & frumento persoluto, & concessa in aliquot pagis iurisdictione, & appellatione ciuium a Senatu ad principes libera, Bugslaus tunc placatus est. Sed Daniæ regis classarij, ad Iasmundam appellentes, plerosq; in Rugia Sundensium pagos cremarunt, & ciues Sundenses, opem suis laturos, & effusè, conspecto hoste, fugientes, ad littus vrbi oppositum persecuti sunt, principis & nobilium subditis pepercerunt.

**R**odolphus princeps Anhalдинus, Georgij filius, Ernesti & Vuoldemari frater, cæsaris vices Veronæ gerens, cum exercitu progressus, Vincentiam, superiore anno a Venetis receptam, recuperauit. cum paulò ante Iulius Pontifex, Venetis supplicibus pacem dedisset, & Gallia regis hostem se, concitatis in ducatum Mediolanensem Heluetijs, & tentata Genua, & Ferrariensium duce Alfonso palàm oppugnato, & Mutina ipsi erepta, declarasset. Quo tempore, Catharina Cornelia, Cypri Regina, olim à Senatu Veneto adoptata, Venetijs obiit. Mortuo enim marito, Iacobo postremo Rege, & filio illius posthumo, Senatus Venetus A.C. 1489, Venetias eam ex Cypro abduxit, & Cyprum per Præsides à Senatu missos administrauit.

**RACEBURGENSIS** ecclesiæ in Saxonia hætenus episcopo Ioannj Parkentino nobili genere orto, qui triginta tres annos præfuerat: **HENRICVS BERGMEIER** Hamburgensis successit, qui ex humili infimorum scribarum loco, virtute & industria ad munus cancellarij ducis Saxoniae Lavvenburgensis Magni, & hoc anno ad episcopi dignitatem euectus, Imperatori Maximiliano, ac vicinis

M. D. X. regibus & principibus propter sapientiam & in rebus agendis dexteritatem ac iudicij rectitudinem & eloquentiam notus ac carus; soli verò principj Magno, patrono suo, inuisus fuit, quòd Ecclesiæ ac collegij iura & prædia aduersus illum tueretur, & ob presbyterum quendam ad altare cæsium Pontificis diras, & postea etiam Tribunalis Cæsarei proscriptionem in eum concitasset.

ANNO MD XI, prior familia Ducum Iuliacensium & Bergensium extincta est morte VVILELMI VI. eius nominis, cuius vnica filia & hæres MARIA, Ioanni Duci Cliuensi nupta, amplissimas Iuliacensium & Bergensium prouincias in Cluciensem familiam transtulit. Vxor VVilhelmi VI, fuit Sibylla, Alberti marchionis Brandenburgici, Achillis Germanici filia, quæ cum marito cœnobium Cartusie prope Iuliacum condidit, Ioannis Cliuensis & Mariæ Iuliacensis filius fuit VVilelmus, qui nostra ætate, annos iam 47, Iuliacensem & coniunctas in vtraq; Rheni ripa ditiones gubernauit.

Obijt eodem tempore BERNARDVS, comes Lippiensis, Bellicosus vulgò dictus, non canis modò & annis, verùm etiam antiqua virtute & fide grauis, anno ætatis 82. do. vnico filio Simone relicto, qui familiam comitum Lippiensium ad nostram usq; ætatem propagauit.

Simon obiit 1410.

Bernardus, qui Fridericum ducem

Brunsuicensem cepit ⊕ 1426.

Simon ⊕ 1532.

BERNARDVS bellicosus, anno ætatis 82. ⊕ 1511.

SIMON, ex Magdalena Gebhardi comitis Mansfeldensis filia 1522. ⊕ 1537. Fridericus

Bernardus, vxor Catharina, Philippi com. Vualdecc, filia, Francisci episcop. Monast. soror, obiit 1563.	Herman Simon — Vrsula obiit 1576.	Philippus vltimus comes in Spiegelberg & Pymont. obiit 1583. in bello Colonienfi.
---	-----------------------------------	---

SIMON, vxor Armgard Ritbergica quæ obiit 1584. die 30. Iulij. Magdalena vxor Georgij Landgr. Hæssie.

1511.

Vladislaus Boiemie rex cum filio quinquennj Ludoico, Vratislauriam mense Ianuario uenit, vt fidem ac obedientiam ab ea vrbe, & cæteris Silesie principibus filio præstari curaret. Cùm autem regni Vngarie Senatores, ius iurandum Ludoico, tanquam Vngarie regi; Boemi econtra suo regno, cuius membrum antiquitus Silesia fuisset, dandum esse contenderent; neutrum quidem iurarunt. Sed regis Vladislai & filij ipsius Ludoici

Ludoici imperio nihilominus se dicto audientes saluis priuilegijs fore testati sunt. Vladislaus Emporij veteris iura tunc Vratislauriæ renouauit, ne quis Polonus aut Germanus negociandi causa Vratislauriam præteriret, sed vtraq; gens Vratislauriæ merces suas deponere ac vendere cogeretur. Sed cum Sigismundus Poloniae rex Senatusconsulto suis commercia cum Vratislauriensibus prohiberet, nec Vratislauriensibus in Polonia negociandi potestatem faceret: quadriennio post, in congressu regum Poloniae, Vngariæ, & Romani Viennæ, abolitis emporij priuilegijs nouis, in pristinum statum commercia illarum gentium restituta sunt.

In mari Balthico interea, Daniæ rex, Viginti nauium bellicarum classem ad Draui ostium mittit, quæ in reditu, ex Vuismariensi portu, 14 naues abduxit, & in Rugia crematis Sundensium pagis, & profligatis ciuibus, opem suis ferentibus, tormenta eorum abduxit. Ad Vuarni ostium milites in terram expositi, & incendijs grassantes, à Rostochiensibus in classem repulsi sunt.

Pridie Laurentij ad Bornholmam atrox prælium nauale cum regijs æquo ferè Marte commissum est, quod nox diremit. Cum autem postridie Danica classis ex conspectu Lubecensium discessisset, victoriam sibi vindicantes Lubecani, eamq; persequendam arbitratæ, Hollandorum naues onerarias circiter ducentas, inter Heilam & Rosenhöued, nõ procul à Dantiscano portu dissiparunt, multas miserunt, sexaginta circiter, & in his multas cupri massis ex Vngaria Cracouiam, & in Vistula Dantiscum deuectis oneratas ceperunt. Crebris postea regis Poloniae & Imp. Maximiliani intercessionibus ad Lubecenses Fuggari vsi sunt, vt mercium amissarum partem aliquam recuperarent. Lubecenses insigni illa victoria parta, ex sinu Veneto reuertentes, rursus in Danicam classem inciderunt, ac denuo patri ferè vt antea euentu, cum ea conflixerunt, tandem in columnas domum reuersi sunt.

Quo tempore in Italia Cardinales, qui superiore anno à Pontifice defecerant, Maximiliani Cæsaris & Ludoici Galliarum regis patrociniõ adiuti, concilium Pisis ad Cal. VI Ibris inchoarunt, quod tamen eodem mense Mediolanum translatum est, cum principio anni pontifex, Ferrariense bellum vrgens, ex Bononia ipse in castra profectus, Mirandulam cepisset: & postea 21. Maij, Bononia vicissim à Gallis capta esset, ad quam recuperandam, disturbandum concilium aduersus se indictum, Pontifex nouum aduersus Gallos cum Ferd. Hispaniarum rege, & Venetis foedus, mense Octobri fecit, Cuius Imperator Raimundus Cardona, porrexit Neapol. constitutus est.

EDO Thannonis filius, Princeps LEVERAE, (quæ extrema Frisiarum Orientalis pars, ad Iadæ fluij Ostium, sita, VVagrios, Ostringios, & Rustingos Frisios ditione sua complectitur) ex his terris emigravit: relictis ex Heilvvige, Gerardi Aldenburghensis comitis vicini filia, anno 1498. ducta, vnico filio Christophoro, & tribus filiabus, Anna, Maria, & Dorothea, quorum Patrociniõ, & tutelam, vicino Frisiarum comiti Ezardo moriens commendauit, qui extincto post septennium Christophoro, Edonis filio vnico; exclusis filiabus per suos præfectos ditionem illam, dum viueret, gubernauit.

Postea

## BELLVM DANICVM COMPOSITVR

Postea consilio, & ductu Boingi Oldersuenij, quem comes, Ieuerae praefecerat, Maria Christophori soror, excusso Emdensis comitis imperio Caroli V. Imp. patrocinio se subiecit, & annos 45. patriam virgo clementer, & feliciter rexit, quae testamento suo Ioannem Aldenburgensem comitem auunculi sui nepotem instituit haerodem.

In Borussia de nouo ordinis Teutonici magistro, in defuncti Friderici locum substituendo deliberationes in senatu commendatorum, vt appellantur, dissimiles fuerunt. alijs prudentioribus, nullum deinceps principem eligendum esse suadentibus, ne vana pristinae libertatis, & auxiliorum spe a suis illecti, noua pericula & bella ordini a Poloniae regibus attraherent, vel alioquin sumptibus immoderatis rempublicam onerarent, vel in ditionem haereditariam tandem conuerterent. Sed vicit aliorum sententia, qui ALBERTVM marchionem Brandeburgensem, Friderici filium, & Sigismundi ex sorore nepotem, viginti annorum iuuenem adsciscendum censebant. Quod consanguinitatis vinculum mutuae etiam amicitiae & pacis publicae nexum fore sperabant. M. D. XII. Sequenti anno a rege & senatu regni Poloniae in Petricouiensibus comitijs, Alberti electio hac conditione confirmata fuit, vt Sacramentum fidelitatis more maiorum Regi intra sex menses praestaret. cumque ex ordinis professione, perpetua aduersus infideles bella gerere teneantur, cuius in Borussia vndique Christianis cincta occasio nulla sit. Prouinciam eis in Podolia & Russia certam, vna cum annuo bis mille aureorum stipendio a rege assignandam, vbi in perpetua aduersus Tattaros & alios Christiani nominis hostes statione consistant. Haec & alia confirmationis capita, marchio Casimirus, Alberti frater, in comitijs accepta, ad Albertum detulit, qui paulo ante Regium montem Borussiae solenni pompa ingressus erat, die Caeciliae, exeunte anno 1512. Quo tempore cum inter Danos & Lubecenses, ciuitatesque socias bellum in octauum iam annum durasset: tandem Maronis illud: Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes, vtrinq; experti, pacem Flensburgi cum rege exclusis Suecis, ciuitates socias, saluis priuilegijs & immunitatibus in regno Daniae suis, fecerunt.

Brunsvicenses Duces, Christophorus Bremensis, Franciscus Mindensis, Henricus senior, & Ericus frater, Vuilelmi filij: Henricus junior Dux Luneburg, Ottonis filius, & Ioannes dux Cliuia, foedere solenni se ad mutuam beneuolentiam & fidem ac defensionem, si quis illorum bello ab alijs inuaderetur, sancte obstrinxerunt. ac eodem anno Henricus senior cum filio Francisko episcopo Mindense, vicinos comites Hoienses Iodocum, Ioannem & Ericum, Iodoci filios, vix dum ex tutela egressos, oppugnarunt, & ditione tota eiecerunt hoc praetextu quod ipsos feudi Dominos legitimo tempore non recognouissent, nec feudum ab ipsis accipere, sed ad Monasteriensem episcopum transferre conati essent. Verum septennio post ducibus Brunsvv. bello Hildesiensi implicatis, in patriam redierunt.

Angliæ rex Henricus VIII iuuenis, à Iulio Pontifice, acerbissimo Gallorum hoste incitatus, nouum aduersus Gallos bellum apparat. Cùm enim paucarum hebdomadarum interuallo, Bononia, à Pontificijs, Hispanis & Venetorum confœderatorum copijs obsessa, virtute & celeritate Gastonis Foissæi ducis Nemorensis, ( cuius soror Germana, Ferdinandi Hispaniæ regis vxor erat ) Galliæ regis in Italia vices gerentis liberata; & Brixia ex Venetorum, qui paucis ante diebus eam occupauerant, potestate recepta; & die Paschæ magno ac cruento ad Rauennam prælio, Pontificiæ & Hispanorum copiæ à Gallis cæsæ & profligatæ essent: Iulius tanta exercitus sui clade nequaquam fractus, sed duris vt llex tonsa bipennibus, ab ipso ducit opes animumq; ferro; maiori animo & impetu in Gallos ruebat, & concilium in Basilica Ioannis Lateranensis Romæ, Maij auspiciatus, paulò post Gallos, & omnes, Cardinalibus, qui Concilium Pisis indictum Mediolanum, & tandem Lugdunum transtulerant, adhærentes, diris deuouit, omnibusq; Gallici regis ipsiq; fauentium ditiones occupandi potestatem concessit, ac Heluetios, Hispanos Anglos, & Cæsarem Maximilianum aduersus eos concitauit. Heluetij, statim magnis agminibus, fœderatorum Pontifici Venetorum & Hispanorum exercitui relictis, se adiunxerunt, quo Mediolanum versus progrediente, Bergomum, Lauda, Pavia & aliæ Vrbes in fœderatorum potestatem venerunt. Galli desperata defensione Mediolanum relinquentes, trans Alpes fugerunt. Placentia & Parma spontè se Pontifici dederunt, Quas Vrbes, vnâ cum Regio Lepidi & Mutina, velut Rauennatensis Exarchatus, Pontifici olim à Ludoico Pio donati membra, ad Pontificium Imperium pertinere, Iulius affirmabat, Rhetum Clauenam & Vallem Turrenam; Heluetij Locarnum, Mediolanensi ducatu decerpserunt. Ioannes Fregosius Genuæ Dux factus est. Veneti eodem anno Brixiam & Cremam receperunt. Ita subito impetu Gallis ex Italia deturbatis; Henricus Angliæ rex, vt antea Pontifici addixerat, Normanniæ & Britanniæ littora magno incolarum terrore infestabat, & iunctis cum Ferdinando Hispaniæ rege socero copijs, Baionam oppugnare, missa in Aquitaniam classe, tentabat. Sed Ferdinandus oblatam interim regni Nauarræ occupandi occasionem cupidè amplexus est. nam Ioannes, Alani ALibretenfis filius, rex Nauarræ cui Catharina postremi Nauarræ regis, Francisci Phoebi soror nupta fuit, vnâ cum Gallo, à Pontifice Iulio proscriptus erat. Cùm autem Anglici duces, à mandatis sui regis, de Baiona, coniunctis cum Ferd. copijs obsidenda, discedere; & cum Ferdinandi exercitu, in Vasconia, vnde tutus in Nauarram occupatam receptus esset, bellum gerente, rogati se coniungere nollent: tandem re infecta in Angliam redierunt. Eodem anno Medicei, post 18. annorum exilium, Florentiam, Hispani exercitus terrore, & uanis de relinquenda populo libertate promissis, restituti sunt. Mediolanensi Ducatu Maximilianus Sfortia, Ludoici filius, communis fœderatorum consensu, clauibus vrbis Heluetiorum nomine ipsi traditis, præfectus est. Pontifex desertis Venetis, cum Maximiliano Imp. se coniunxit: qui vicissim per Legatum episcopum Gurcensem, Lateranense concilium se pro legitimo agnoscere ostendit.

## TATTARI A POLONIS CÆSI.

Poloniæ rex, Barbaram, potentissimi comitis Scepusiensis Stephani palatini Transsylvaniæ, & Hedvvigis Tessenensis filiam, in matrimonium duxit, quod ægerrimè Cæsar Maximilianus tulit. Cùm enim magna apud Vngaros autoritate & gratia Ioannem de Zapolia Barbaræ fratrem florere, & regnum illud, petita Vladislai filia ambire sciret: molestissimum Ipsi fuit, Poloniæ etiam regis adfinitate, maiores ei vires & autoritatem adiungi. Quare eodem anno, ad Basilium Moschorum ducem legatum Sigismundum Baronem ab Herberstein, amicitia & fœderis cum Moscho aduersus Sigismundum ineundi gratia misit, cuius legationis occasione, RERUM MOSCOVITICARVM commentarios ille conscripsit, qui multis Geographiæ, & Sarmatiæ imprimis, ac Scythiæ Europææ & Asiaticæ partibus, lucem attulerunt.

Tattari etiam Præcopitæ hoc anno, in Podolia, Vollandia, & Russia, direptionibus & incendijs grassati, tandem memorabili prælio à Polonis & Lithuanis, quorum Dux Constantinus Ostrorognis erat, ad Lopusnam & arcem Visnoneciam 28. Aprilis profligati, & fœdus cum eis superiori anno inchoatum, denuò stabilitum & sancitum est. Sigismundus enim, cum singulis ferè annis aliquoties Tattarorum incursionibus prouinciæ regni ipsius crudeliter vexarentur: tandem semel se molestia illa liberare cupiens, pensionem annuam 15000. Vngaricorum quam illi tributum nominabant, Mendlikerio Tattarorum regi, anno superiore hac conditione addixerat, vt à regni Poloniæ prouincijs vastandis deinceps abstineret, & Poloniæ regi petenti aduersus hostes illius Moschos & alios auxilia suppeditaret.

Georgius, Bugslai filius, Pomeraniæ Dux, & amicus illius, Henricus Megapolitanus viduus, Heidelbergam profecti, duas Philippi electoris Palatini filias, Æmiliam & Helenam, Ludouici electoris sorores, sibi desponderunt, cum quibus sequenti anno, nuptias, hic Vuismariz, ille Stettini in multorum principum, Iohannis, & filij Iohannis Friderici, & patruelis Georgij, Ducum Saxoniz, Christophori archiepiscopi Bremensis, & fratris illius Henrici Ducis Brunsvvicensis, & Daniæ ac Poloniæ regis legatorum &c. præsentia celebrarunt.

M. D. XIII. **M**AGDEBURGENSEM archiepiscopam, Ernesto Saxoniz duce sene, piè defuncto: ALBERTVS marchio Brandenburgensis, Ioannis electoris filius, Ioachimi I. frater, princeps Iuuenis, ingenio, facundia & in rebus agendis industria præstans, gubernandum, vnà cum Halberstadeni diœcesi suscepit. Huius patruelis, Albertus marchio Brandenburgensis, Friderici Ansbacensis filius, Fratrum ordinis Teutonici Borussia magister, recens creatus, cùm à Casimiro fratre conditiones à Polonis præscriptas accepisset: communicato cum suis consilio responderet sibi absq; cæterorum Germaniæ & Italiæ magistrorum consensu eas accipere non licere. Ideoq; fidem iuratum regi Polono dare more maiorum recusât, quod aperte Cæsar & Pontifex, ne id faceret, ei mandassent. cumq; Polonis, si quid armis in se tentarent, armis resistere decreuissent: multorum principum & Nobilitatis Germanicæ auxilijs, cùm opus esset, se munire, & neruo belli pecunia instructus esse cupiebat. Qua de causa  
Polonia  
etiam

etiam hoc ipso anno, aliquot millibus auctorum, V Valtero de Plettenberg, Liuoniae magistro acceptis, Liuonicum ordinem, qui aliquot iam seculis, Borussiae magistro subiectus erat, iuramento & obligatione, qua sibi velut superiori deuinctus erat, in perpetuum liberauit, à quo tempore, Liuonicus magister immediatè Imperatori subditus, Imperij princeps fuit. Cùm autem Poloni assiduis Moschorum bellis, qui tùm Smolensem arcem obsidebant, & sequenti anno occupabant; & Tattarorum incursionibus perpetuis distinerentur: totum sexennium Albertus, quietè & tranquillè Borussia sua, nullis Polonorum armis petitus, fruebatur. Die 29. Ianuarij Helena Alexandri Poloniae regis vidua, Basilij magni Mosconiae ducis soror, è viuis sublata est. Quam statim Moschorum in Lithuaniam eruptiones, & postea arcis Smolensis obsidio, irrita tamen, eo anno, & maiores in sequentem annum belli apparatus secuti sunt.

25. Martij Sigismundo Poloniae regi, ex Barbara Stephani comitis Cepuensis filia, Ioannis Vngariae, postea regis sorore HE DVVIGIS nata est, quae postea Ioachimo II. marchioni Brandeburgensi nupta, Sigismundum archiepiscopum Magdeburgensem, & Hedvigin, Iulij ducis Brunsvicensis coniugem, copiosae & pulcherrimae ac sanctissimè educatae sobolis matrem, procreauit.

Ioanni I. Daniae regi Alburgae in Iutia anno 32. regni 58. aetatis, extincto, filius CHRISTIAERNVS II. à Senatu regni electus successit, qui ante decennium, Norvegicos, Suecis incitantibus, rebellantes, patris auspicijs domitos, ad obedientiam reduxerat, & Rex Norvegiae creatus fuerat. Sueciae gubernator erat STENOSTVR iunior, Suantonis anno 1512. defuncti filius, cui acerrimè Gustauus archiepiscopus Upsalensis, & pater Gustauus, Ericus Trolle, qui aetate & autoritate Stenoni se antecellere iudicans eum in Gubernatoris electione sibi praelatum esse dolebat, & caeteri Danicarum partium proceres aduersabantur, qui Daniae regem in Sueciam euocabant.

Angliae rex Henricus, assiduis Iulij Pontificis cohortationibus ad bellum aduersus Gallos inflammatus: cùm superiore anno per legatos omnia segnius in Aquitania & Normannico littore administrati fuisse cerneret: ipse in Galliam traiecit, & Caletum mouens, Minorum urbem, Terouvanam, Gallico praesidio munitam, & Caletum vicinam, profligatis, (qui comitatum inuehere nitebantur) & captis duobus Gallis, deditione capit, & moenibus nudat. Inde Tornacum occupat, quo Maximilianus Caesar, cum nepote Carolo, cui Maria soror Henrici promissa erat, congratulandi causa ad eum accesserunt. Interea Iacobus

III. Scotorum rex à Gallis incitatus, bellum Anglo, uxoris suae fratri, denunciat, in quo, violatae fidei, & impietatis in patrem, ipsius & seditiosorum principum armis olim regno priuatum, poenas luit. Iacobus enim cum exercitu ex fratre Alexandro archiepiscopo S. Andreae, Erasmi discipulo ab Anglis in acie caesus est. relicto vnico filiolo Iacobo V. impubere, & uxore Margarita, quae Archibaldo Duglossio haud multò post nupsit, ex cuius filia Margarita, Henricus Stuardus, Iacobi VI, praesentis Scotiae regis pater, postea natus est.

M. D. XIII.

Mortuo autem Pontifice Iulio bellatore, die 21. Februarij LEO X, Pacem orbi Christiano, Iulij furijs foede perturbato, restituere annitens, Gallum, & cardinales, qui ad eum secesserant, in gratiam recipit, & literis suis postea Cardinalem Eboracensem, ad faciendam cum Gallo pacem, & fororis regiae connubio confirmandam, hortatur. Idem Pontifex Leo, inter Maximilianum, & Venetos, qui paulò ante ad Vicentiam à Cæsareanis victi, & Mestrio ac vicinis oppidis incensis, in littore proximo, velut obsessi fuerant; arbiter constitutus, suspensis vtriusq; partis armis, componere controuersias nitentibus & Heluetios, qui Nouaria à Gallis obsessi, magnitudine animi penè plusquam humana erumpentes, instructissimum ab equitatu, peditibus & tormentis Gallorum exercitum die 6. Iunij profligarant (& postea in Burgundiam irrupentes ad Diuionem, Tramolliam Gallorum ducem, nomine regis cedere Mediolanensis Imperij iuribus, & sexcenta millia aureorum promittere coegerant) hortabatur, vt de acerbis. in Galliae regem odio nonnihil remitterent. Sed in Italia tum Leonis consilia pacifica successu carebant, & exeunte anno Mediolani & Cremonae arces, quae in Gallorum potestate hactenus manserant, Sfortiae se dediderunt. Prælio ad Vicentiam inter Cæsarianos & Venetos die 7. Octobris commisso, ERICVS etiam dux Brunsvicensis, Henrici frater interfuit, qui duo equestria Reipublicae Venetae vexilla, & tertium familiae Delphinorum Venetae, cepit, quae in templo Mundenfi suspensa hodie cernuntur.

Mense Nouembri, Ioannes Dux Saxoniae, Friderici electoris frater, cum Margarita filia Vuoldemari principis Anhaltini, sorore Vuolfgangi, coniugium iniuit ex quo Ioannes Ernestus Dux Saxoniae Coburgensis, & Maria, Philippo Pomeraniae duci deinde nupta, suscepti sunt.


M. D. XIII. ALBERTVS marchio Brandeburgensis, & archiepiscopus Magdeburgensis, inusitato planè antea, & in audito in Germania exemplo, MOGVNTINVS etiam archiepiscopus & elector, Leonis X. PP. consensu, die 9. Martij creatus est: ordine quinquagesimus septimus à S. BONIFACIO, qui primus Moguntinensis archiepiscopus à Pipino Francorum postea rege, & Gregorio III. PP. A. C. 729. factus est, cum Vuormatiensis ecclesia, penes quam archiepiscopalis dignitatis fastigium in Germania hactenus fuerat, ob archiepiscopi Geruilij perfidum facinus, honore illo, de PP. & Pipini sententia priuaretur. Cum enim vt id obiter inseram, Geruilij pater Geroldus, à Saxonico quodam principe, in bello, quod tum inter Francos & Saxones gerebatur, caesus fuisset: Geruilius, post aliquot annos, in Francorum exercitu militans, ad Visurgin, principem illum misso legato & data fide publica sub Specie amici colloquij euocatum, per fraudem & latrocinium interfecit, addito versu, Accipe nunc ferrum, quo carum vindico patrem. Id homicidium adeò seuerè tunc P.P. & Pipinus puniuisse scribuntur, vt non

vt non modò ipsum Geruiliu dignitate priuatum monasterio incluse-  
rint, verùm etiam sedem archiepiscopi ex VVormatiensi ecclesia abla-  
tam, Mogunciacum transtulerint.

Alberti autem a Moguntinensi etiam collegio eligendi hæc quoq;  
occafio fuit, obierant non longo interuallo Moguntia tres archiepiscopi, 1505.  
Bertoldus princeps Hennebergicus, qui Alberto Saxonæ duci adolescenti, 1484.  
Ernesti, fratri, cuius supra memini, successerat. Iacobus à Liebenstein. 1508.  
Sueuus, & Vriel à Gemmingen, sapientia & doctrina excellens, qui ineunte  
anno 1514. die 3. Feb. decessit. Cùm autem Pontificiæ confir-  
mationis, seu pallij, quod triginta millibus aureorum singuli electi emere  
à pontifice cogebantur, redemptio toties tam breuibus interuallis repeti-  
ta, collegio molesta & grauis; & diœcesis alioquin ingenti ære alieno one-  
rata esset: Albertum principem opulentum, ex illustrissima Brand. fami-  
lia natum, & iam archiepiscopum Magdeb. hac conditione elegerunt,  
vt ipse suo sumptu Pallium à Pontifice redimeret. Eam pecuniam à Fug-  
garis mutuo acceptam Albertus, cùm indulgentiarum promulgatione  
rursus colligendam duceret: Lutheranum incendium exarsit, de quo om-  
nibus in Germania notum est.

MERSburgensem ecclesiam hoc anno ADOLPHVS, princeps  
Anhaldinus, Adolphi filius, Magni, præpositi Magd. frater ( Georgio prin-  
cipi Anhaldino, qui nostra ætate pietatis & doctrinæ laude floruit, quarto  
gradu agnatus) regendam suscepit.

Ioannes princeps Anhaldinus



Adolphum episcopum humili statura, sed magnæ ob pietatem, pru-  
dentiam, grauitatem, & in gubernatione industriam autoritatis, & bene-  
ficium erga pauperes fuisse, ac ipsum pro concione populum docuisse ac-  
cepimus, cui initio suorum certaminum Martinus Lutherus sententias  
de indulgentijs à se ad disputandum propositas mittens scripsit.

Vicinam Naoburgensem diœcesin, Philippus Princeps Palatinus,  
Philippi electoris sexennio ante defuncti filius episcopus Frisingensis, ad-  
ministrare cœpit. Cuius soror Helena, Henrico Duci Megapolitano anno

superiori nupta, filium Philippum materno auo & auunculo *quædam* die  
12 Septembris in lucem edidit.

1566.

Georgius Saxonix Dux, Henrico, Erico & Philippo Ducibus Brun-  
suuicensibus, Ernesto ab Honstein, Ebervvinj Bentheimensis genero, &  
aliorum principum auxilijs comitatus in Frisiam expeditionem susci-  
pit, vt urbem Groningam, in cuius obsidione pater Albertus Saxonix  
Dux obierat, Ezardo Frisix Orientalis comiti, Alberti socio & confœ-  
derato postea certis Conditionibus subiectam, reciperet. Quinta igitur  
Ianuarij, in agrum Groningensem cum 9000 peditum & equitum  
exercitu, Dux Georgius ipse peruenit, ac Ædvvardæ & Essenæ castra lo-  
cans & totum ferè annum in Frisia, irritò conatu Groningam obsidens,  
& Viciniam vastans, consumpsit. Ezardus comes Embdensis, qui urbem  
Groningam, cum arce à se extracta, & oppidum Damam tenebat, aliquot  
leuibus præliolis Misnenses proffigat, & Delfzilam recuperat. Cùm  
autem Henricus Dux Brunsuuicensis Georgio fœderatus, ab alia parte,  
Ezardi ditiones in Frisia orientali adoriretur, & Stadlandis ac Butiadis  
deuictis, F R E D E B V R G V M arcem munitissimam & com-  
meatu instructis, præfecti ignauia deditam occupasset: Ezardus ad  
Orientalis Frisix defensionem conuersus, Groninga discedit. Henri-  
cus interea progrediens, mense Maio arcem Knypens, Marhusen &  
Stichusen (25. Maij) occupat. Georgius omnes circa Groningam, in-  
tra vnus miliaris spacium habitantes agricolas, cum suis coniugibus  
& facultatibus aliò migrare iubet, ne commeatum ex vicinia in urbem  
inferre obsessi Groningenses possent. Ezardus à tot principibus oppu-  
gnatus Sutphaniam ad Carolum Geldrix Ducem auxilia petitem pro-  
ficiscitur, à quo ineunte Iulio quadringentos equites & pedites trecen-  
tos adducit, cum paulò ante, Henrico duce Brunsuuicense, in Orti arcis  
ad Amasin obsidione, interfecto, ceteri duces Brunsuuicenses, ac in his  
Henricus iunior interfecti filius, relicto Orto in Ducis Georgij castra ad  
Ædvvardam se contulissent. Qui postea coniunctis viribus oppidum  
comitis Ezardi Damam, duobus à Groninga miliaribus oppugnantes 21.  
Iulij cœperunt, ac instigante Henrico iuniore duce Brunsuuicensi, vt pa-  
tris necem vlcisceretur, crudelissimè in ciues & milites præsidarios graf-  
sati, 1060, mares & aliquot fœminas trucidarunt. Duces præsidij Ot-  
tonem a Diephold, & Funconem ab Aenhold captiuos Medenblicum in  
Hollandiam miserunt.

Secuta est tractatio de Pace, in qua Ducem Saxonix Georgium, Gro-  
ningenses, Dominum se recepturos, saluis priuilegijs suis & alijs conditio-  
nibus certis promittebant, Inter quas vna erat, vt Arcem in vrbe, ab Ezar-  
do ædificatam, demoliri ciuibus liceret. Id cùm nullo modo se permissurū  
Georgius ostenderet: princeps legationis vrbane, Doctor, VVilhelmus ec-  
clesiæ pastor respondet, hac conditione eum nunquam in æternum Gro-  
ningæ Dominum fore. ac reuersi in urbem legati, Consensu Ezardi, statim  
de alio domino, à quo aduersus Saxonix ducem defenderentur, delibe-  
rarunt. Ita Carolo Geldrix Duci, cupidissimè amplectenti, circa Michaelis  
festum vrbs oblata est, Qui sequenti mense circiter 5000 pedites, Gallorum  
regi

regi tum fortè conductos, per comitatum Bentheimensem in Frisiam mittit. Sed hi cognito Ducum Brunsvicensi, ab Ebervino comite, ex vicina Frisia Inuocatorum aduentu, in Geldriam redierunt. Nihilominus initio Nouembris, Geldriæ dux, VVilelmum ab Oyen, equitum suorum magistrum, Groningam mittit, quo præsentem, Ezardus Iuramentum, quo ipsi ciuitas obstricta erat, remittit, & relicta Groninga Embdam redit. Statim post illius discessum à ciuibus Arx solo æquata Idibus Nouembris, & iuramentum fidelitatis, coronæ Franciæ & Carolo Geldriæ Duci, præstitum est.

Geldrus eodem mense exeunte in VVestfrisiam Saxonix Ducis magna ex parte subiectam, copias mittit, quæ Sneccam, Bolsverdam & Sloctam oppida occuparunt. Dux Georgius relicto alicubi præsidio, Idibus Decembris, relicta Frisia, per Monasterium VVestphaliæ urbem facto itinere, in Misniam reuersus est. Groningenses obsidione annua liberati, paulatim vicina castella Ædvard, Essen & oppidum Dammi mense Martio recipiunt. Milites à Georgio & Ducibus Brunsvicensibus in Frisia relicti, ad Carolum Geldriæ Ducem, Francisco Gallix regi recens electo, ad recuperandum Mediolanum copias conducentem, transferunt, & in prælio ad Marignanum præclaram operam regi Gallorum nauarunt.

1515.

Henricus senior dux Brunsvicensis in eo bello, vt dixi, Ortum, arcem Ezardi comitis Frisix, ad Amasin oppugnans, tormenti ex castris hostilibus trans Amasin vibrati ictu, caput à ceruicibus abreptum, vnà cum vita amisit, pridie Ioannis Baptistæ: relicto ex Catharina Pomeranica sex filijs, quorum superius nomina recenseri memini, ex quibus HENRICVS, patri *oparum*, Junior dictus, patrij ducatus gubernationem solus postea totos 54. annos gessit, eumq; diocesis, Hildesienfis, ab Imp. Carolo proscriptæ, accessione auxit, & in magna rerum varietate & vicibus fortunæ dissimilibus, tandem placido exitu vitam anno 1568. conclusit

Henrici senioris Epitaphium Brunsvigæ in templo Cathedrali extat.

*Saluifico à partu sinuosum mille per orbem*

*Annus quingentis bis septem iamq; peractis*

*Cum pia concelebrat solenni Ecclesia ritu*

*Baptistæ sacri clarissima festa Joannis*

*Henricus senior bello imperterritus Heros*

*Brunsvigi illustris dux, Lunaburgicus atq;*

*Consultor, bonus, & numerosa prole beatus*

*Ordum dum castrum dura obsidione premebat*

*Per caput auricomum traiectus glande volucris*

*Flammiferi saxi, Phrysiis occumbit in agris*

*Brunsvigæ, in templo Blasij requiescit auro*

*Corpus: at inuecta est superis anima illius astris.*

M.D.XIII.

Cum primùm autem filius Henricus iunior in gubernatione patri successit, statim offensiones inter Ioannem episcopum Hildes. & ipsum extiterunt primùm ex verborum contumelijs auctæ paucis hebdomadis interiectis, Henricus, Calenberga, ab Erico patruo, diœcesin transiens, cum comitatu 80. equitum, saluum passum ab Episcopo Hildesensi, vt inter principes vſitatum est, non petierat. Ideo præfectus episcopi, in via, prodromos Ducis Brunſuicensis imperiosius alloquens, ab illis interficitur. Etsi autem, cum interfecti amicis Henricus tranſegit, tamen animi principum exacerbati manserunt. Eodem anno Ioannes à Saldern, qui Bolam oppidum à Diœcesi oppignoratum tenebat, ab episcopo pulsus, hostilia episcopo denunciat. Id bellum mortuo post paucos menses in vrbe Brunſuiga Salderio, cum ipso extinctum est.

Henricus Angliæ Rex, cum & pontificis cohortatione, & inducijs cum Gallo à Ferdinando ſocero & confœderato suo, contra fidem ipsi datam vt aiebat factis moueretur; depositis belli consilijs, Ludoico Galliarum regi, permilla sibi vrbe Tornaco, & sexies mille auri pondo in super promissis, reconciliatus, sororem insuper suam MARIAM, 18. annorum puellam, in matrimonium dedit. Quas nuptias senis regis cum iuuenula, Abbauillæ ad Somam fl. mense Octobri celebratas, mors regis tertio post mense secuta, exemplum fuit veteris versus, *ἔτι σύμφορον ἐστὶ γυνὴ τεὰ ἀνδρὶ γέροντι.*

Basilus Moschorum rex, Smolensem arcem amplissimam, ac vt illarum regionum ædificandi ratio fert, munitissimam post aliquoties repetitas obsidiones & oppugnationes, tandem Michaelis Glynskij ductu & industria, quem se arci captæ Ducem præfecturum esse promiserat, die 30 Iulij deditio occupat. cum ante centum annos, eodem mense, in Vitoldj Lithuanorum ducis potestatem primùm uenisset. Etsi autem paulò post Moschi in Lithuaniam progredientes, Sigismundi Poloniæ regis auspicijs, memorabili prælio ad Borythenem, die 8. Septembris profligati, & multis ducibus, ac militibus circiter bis mille captis, glorioſe victi sunt: de qua victoria, Leonis X, gratulatio, ad Sigismundum Poloniæ regem scripta, in Bembi epistolis extat: tamen Smolensem arcem & Ducatum (ad quinquaginta milliaria patentem) à se occupatum Moschi in hodiernum vsq; diem retinuerunt. Polonus, vt ad cœteros principes Christianos, sic ad Pontificem Leonem, sedecim Moschos nobiles captiuos victoriæ monumentum misit, quos in itinere ad Oenipontem Maximilianus Imp. tum Basilij amicus & fœderatus, interceptos, liberauit, & per Lubecam incolumes in Rusſiam remisit. Verùm paulò post Maximilianus Sigismundo Polono hac occasione reconciliatus est. Diu iam agitata erant de affinitate & connubijs inter Annam & Ludovicum, Vladislaj regis Bœmiæ & Vngariæ liberos, & Ferdinandum ac Mariam Maximiliani nepotes, consilia. Hæc cum missis ad Vladislaj

hoc

hoc anno legatis tandem finiri & confirmari Maxim. peteret: Vladislaus cupere se cum eo foedus amicitiamq; & affinitates iungere ostendit: modò cum fratre suo Sigismundo rem componi, & communi consilio & adfensu omnia constitui peteretur. Id cum Cæsar etiam non improbareret: exeunte anno Maximiliani & Sigismundi legati Ioannes Cuspinianus & Christophorus Schidlovvicius, ad Vladislaum Vngariæ regem (qui paulò antè foeda cruce signatorum seditione, ductu Ioannis Scopusiæ comitis & Palatini Transylvaniæ oppressa, liberatus fuerat) Budam proficiscuntur, vbi summa fide ac diligentia concordie negotium agentes, constituunt, vt Maximilianus, Vladislaus, & Sigismundus, sequenti anno ipsi apud Posonium conueniant qui tamen conuentus Viennam anno 1515, translatus est, quo Maximilianus mense Iulio, missis Posonium ad Vngariæ & Poloniæ reges, Christophoro Duce Brunf: archiepiscopo Bremense, Casimiro marchione Brandeb. & Cuspiniano, legatis, eos euocarat. Congressi igitur propè Brugas ad Leitam fl. in Vngariæ & Austriæ limitibus die 16. Iulij, postridie Viennam ingressi sunt, vbi positis simultatibus & odijs, foedus & amicitia inter reges perpetua sancita est. Deinde in templo D. Stephani, Annam Vngariæ regis filiam Maximilianus alteri ex nepotibus Carolo aut Ferdinando: Mariam verò neptem, Ludouico, ritu solenni, despondet. Foedus cum Moscho vel reuocare, se velle, vel pacem conditionibus Poloniæ regi honestis, per legatos se confecturum, & ordinis Teutonici in Borussia magistrum, si præstare fidem Polono debitam recuset, se deserturum promittit. Aduersus Turcas vt expeditio citius faciliusq; suscipi posset, legati Vngariæ & Poloniæ regum nomine, ad Venetos de pace decreti; postremò Vratislaviense emporium, cuius supra memini, abolitum & commerciorum libertas hinc inde restituta est. Sigismundus die 6. Augusti Vienna digressus, Cracouiam redijt, vbi Barbaram coniugem ex puerperio alterius filia Annæ adhuc languentem inuenit, quam 2. Octobris ex hac vita DEVS euocauit. Soror Sigismundi Elisabetha, Friderico II. Ligniciæ Duci paulò antè adiecta, mense Nouembri ad Sponsum ducta est. Hic Fridericus, pater fuit Friderici III. Lignicensis, & Georgij Ducis Lign. Brigæ sedem aulæ habentis (hoc anno 1583.) adhuc superstitis; Qui tamen non ex Elisabetha, vix sesquianno post nuptias elapso defuncta, sed altera coniuge SOPHIA, Friderici marchionis Brandeburgensis filia, suscepti sunt: hic anno 1524. ille anno 1520. die 28. Martij.

Eodem mense, MAXimilianus, Vladislaus, & Sigismundus Romanorum Vngariæ & Poloniæ Reges, Viennæ congressi sunt: CHRISTIANVS II. Daniæ Rex, Elisabetham Philippi archiducis Austriæ & Hispaniæ regis filiam, Caroli V. postea Imperatoris sororem, quæ in sæuissima tempestate die 9. Augusti Hafniam appulerat in

N iiij mari-

M. D. X V.

matrimonium duxit, ex qua filios Philippum & Maximilianum infante mortuos, & Ioannem in exilio postea Ratisbonæ anno 1532. in comitatu Caroli V. eadem die qua pater captus est, extinctum; & duas filias, Dorotheam, Friderico II, electori Palatino, quæ anno 1580 Neagoræ in Palatini Norico decessit, & Christinam primum Duci Mediolanensi Francisco Duci Sfortiæ, deinde Francisco Lotharingiæ duci, nuptas, suscepit. Nuptijs Danicis, Maximiliani Cæsaris nomine, Sigismundus liber baro ab Herberstein, Moscoviticarum rerum historia deinceps edita clarus, & inter cæteros principes, Henricus Dux Megapolitanus cum coniuge Helena, Philippi electoris Palatini filia, biennio antè ducta interfuerunt.

Georgio interea Pomeraniæ Duci, ex Æmilia Helenæ sorore, pridie Idus Iulij natus est PHILIPPVS dux Pomeraniæ, cui ab auo materno electore Palatino nomen inditum est; præsentium ducum Pomeraniæ pater. Quo ipso anno, Maria, Philippi coniux, patre Ioanne Duce Saxonæ, & matre Margarita Anhaltensi nata est, & Anna Bugslai filia, Georgio Duci Silesiæ Lignicensi nupsit, cuius Georgij frater Fridericus II. eodem ferè tempore, Annæ materteram, Elisabetham, Casimiri Poloniæ regis filiam duxit. Sed Georgio Duce Lignicensi sine liberis anno 1522. mortuo, Anna vidua, in oppido Luben, summa cum omnium veneratione & gratia, vitam vsq; ad annum Christi 1550 produxit.

CAROLVS, Philippi filius, Belgici princeps, adolescens quindecim annorum, sed ante annos, animumq; gerens, curasq; viriles, tutelam recens egressus, prouincias suas ipse gubernare coeperat. Is huius anni initio, Henricum Nassouia comitem, cubicularium intimum, ad Franciscum Gallia regem mittit, vt regionum Flandriæ & Artesiæ nomine, quas Gallia regum beneficio possidebat, fidem clientelarem regi præstaret. Quam cum dedisset, vt firmiter inter duos illos vicinos principes pax & amicitia constaret, quod toties antea inter Ludoicum XII. & Maximilianum Cæsarem agitatum fuerat, vt Renata, Ludoici filia, Claudiæ reginæ Gallia soror, Carolo in matrimonium daretur, de eo ita conuenerunt, vt ei Mediolani & citerioris Britannia iuribus cedenti, Biturigum ducatus cum sexcentis aureorum millibus dotis nomine in perpetuum traderentur. Ad eam pactiõnem confirmandam, legati a Francisco rege, Carolus ex familia Burbonia Dux Vindocinensis (cuius filij Antonius rex Nauarra, & Ludoicus Condeus in bellis Gallia ciuilibus nostra ætate clari fuerunt) Stephanus Poncherius Parisiorum episcopus, Genlius & alij, ad Carolum Hagæ in Hollandia tum commorantem missi sunt. Vbi re transacta, matrimonium Henrici Nassouij etiam cum Claudiâ, Philiberti Aurania principis sorore, quæ in aula Gallica tum commorabatur, autoritate Caroli confectum, & paulo post nuptiæ; Nassouio Burbonium & collegas, Feram vsq; in Picardia, quo sponsa interea deducta erat, comitante, feliciter peractæ sunt. Cum autem huius coniugij occasione, dignitas principum Aurania, in comitem Nassouia familiam translata sit:

&amp; no-




## HENRICVS IVNIOR DVX BRVNSVVIC,

Eodem anno in Anglia, Thomas Volsæus, regis Sacellanus, Lanij filius, sed ingenio, prudentia, doctrina & in rebus agendis industria excellens, summum gratiæ & autoritatis locum apud regem iam dudum adeptus, Cardinalis & archiepiscopus Eboracensis, & cedente ei Guilelmo Vuarano, Cancellarius regni à rege creatur. Has excellentis ingenij & fortunæ dotes, insolentia & superbia fœda inquinabat. Itaque vetus quidam ipsius familiaris & condiscipulus, renouare cum eo veterem amicitiam, eaq; frui cupiens; cum superbè ab ipso, negante vnquam sibi eum notum fuisse, reijceretur: discedens, Miseret me, inquit, istius Cardinalis, qui nec seipsum, nec veteres amicos amplius nouit.

**H**ENRICVS junior Dux Brunsvvicensis, patrij ducatus gubernationem recens adeptus, MARIAM, Vlrici ducis VVirtebergensis sororem, patre Henrico, Eberardi sapientis primi Ducis VVirtebergensis patruele natam, triennio antè ipsi addictam, domum traduxit.

Eberardus comes VVirtebergensis  
& montis Pelicardi



Nati sunt autem Henrico, ex Maria VVirtebergense sex liberi: Catharina, Ioannis Marchionis Brandeburgensis: Margareta, Ioannis Ducis Münsterbergensis: Clara, Philippi ducis Brunsvvicensis in Grubenhagen, coniuges, & totidem filij, Carolus victor anno 1525. post victoriam Caroli V. de Gallis ad Ticinum, partam: Philippus magnus, anno 1527) et IVLIVS (1529) sacris destinatus, qui post fratres in prælio cum marchione ad Sinershusiam anno 1553. cæsus, relictis sacerdotijs, tandem patri mortuo in gubernatione anno 1568 successit.

Anno 1519 in eunte, Franciscus constitutis in Italia rebus, & Carolo, Burbonio Prorege Mediolani relicto, in Italiam redijt, vbi ad eum Carolus

lus Brandisius, Suffolciæ dux nouus, venit, ab Henrico Anglo gratulatum Francisco de victoria Mediolanensi, & reducendam domum Mariam, Ludoici XII. viduam, Henrici sororem, cuius voluntate nuptias cum illa Lutetiæ statim celebrauit, missus. Huius ex filia Francisca neptis fuit Ioanna, Gilberto filio Ducis Northumbriæ nupta, cuius prætextu Northumbriæ dux, filio regnum tradere, exclusa Maria Henrici VIII filia, velut ex incesto concubitu nata, nostro tempore conatus, sibi & filio ænurui innocenti supplicium capitale attraxit. Eodem tempore ex Gallia in Scotiam redijt Ioannes Stuardus, Albanix Dux, filius Alexandri, qui Iacobi III. Regis frater fuit, Ex hoc Ioanne, tum Governatore regni, natus est Matthæus, Henrici pater, Iacobi VI, nostra ætate summa de Heroica indole sua expectationem excitantis, auus paternus.

Die 19. Ianuarij decessit ex hac vita FERDINANDVS Hispaniæ Rex, Ioannis Aragoniæ regis ( qui Alfonsi illius magni & sapientissimi Neapolit. regis frater fuit ) filius : Ferdinandi iusti nepos : & Caroli V. Imp. auus maternus ; prudentia, consilio industria, virtute & felicitate, nulli suæ ætatis regum secundus, qui Granatæ regnum, eiectione Saracenis post 800. ferè annos quàm illud possederant, Neapolitanum, Nauarræ, Orani in Africa, Hispaniolæ & Americæ & alia in nouo orbe regna, imperio suo adiecit. Quæ omnia ipsius obitu ad Carolum Belgarum principem, Ferdinandi ex Ioanna filia nepotem peruenierunt. Testamentum superiore anno Burgis condiderat Ferdinandus, in quo Ferdinandum nepotem, Caroli quem Belgicis moribus innutritum in Hispaniam vix venturum arbitrabatur fratrem, Governatorem Hispaniæ constituerat, ei que tria militarium ordinum, S. Iacobi, Calatraux & Alcantaræ magisteria iure hæreditario donarat. Verùm paucis ante mortem diebus, intimis amicis & senatoribus regijs, quib. Tabulas Testimonij inspiciendas dederat, suadentibus, vtrumq; caput induxit, & CAROLVM primogenitum, Ioanna regina Caroli matre viuente, Gubernationi Reipublicæ præfecit, eoq; absente, curam regnorum, Francisco, Ximenes archiepisco, & Cardinali Toletano, seni prudenti, iusti ac recti tenaci, & longo Reipublicæ vsu probato commendauit.

Vt autem de morte & postremis mandatis aui, Carolus in Belgico literas Gubernatoris & senatus regij accepit: magno se dolore affici, rescribit, quod rectore ac moderatore consiliorum ac rerum suarum fidelissimo, sui que amantissimo, & qui rudi eius ætate pernecessarius fuisset, priuatus sit. Iacturam tamen hanc quamuis incomparabilem non mediocriter aui sui consilio sarciri, qui Cardinalem Toletanum Gubernationi Reipublicæ præfecisset, cuius sapientiam & industriam longo rerum vsu confirmatam, & integerrimos ac grauissimos mores ex multorum relatione didicisset, quanquam postremum aui sui de eo iudicium, summæ commendationis instar  
apud

M. D. XVI.

apud se esset. Ad episcopos etiam & principes regni, se propediem in Hispaniam venturum scribit. Interea gratissimum sibi futurum, si Cardinali & senatui perinde ac sibi ipsi parerent. Se enim certum esse, omnia quæ ad Reipub: commoda, & regiam dignitatem tuendam pertinent, illos esse curaturos.

Maximilianus Caroli auus, tum aduersus Galliarum regem Franciscum, Venetis hostibus suis ea conditione foederatum, ut eos in recipienda Brixia, Verona, & alijs Italiae locis, quæ Cæsar ipsis adempta adhuc tenebat, iuuaret: expeditionem in Italiam parabat in qua irrito conatu obsessa vrbe Mediolano, quam Carolus Bourbonius Prorex defendebat: & exercitu, ob stipendia non soluta, dissipato, occasionem Venetis & Gallis, Brixiae vi recipiendæ, & Veronæ obsidendæ præbuit. Quam paulò post ex pacti-  
one Nouiodunensi spontè Venetis Maximilianus reddidit. Cùm enim Carolo nepoti in Hispaniam profecturo, amicitia Francisci Galliarum regis arctior, ad uaria remouenda impedimenta, & res suas firmiter stabiliendas, necessaria esset: idq; intelligens Franciscus, superioris anni pacti-  
one Parisiensi minimè contentus, & pacem eius opera cum Cæsare, ut Itali-  
ci belli sumptibus leuaretur, inire cupiens, grauioribus conditiones propo-  
neret: Nouioduni tandem, per legatos, nouum foedus mense Augusto percusserunt, quò se mutuò in tuendis regnis & prouincijs suis aduersus quosuis iuuandos obligant, & filia Francisci Ludoica, vnum annum nata, cum dote dimidiæ partis regni Neapolitanj, Gallo ex transactione anni 1501. debitæ, Carolo despondetur. Carolus vicissim, annuas mille auri libras, regi, pro fructibus regni Neapolitani pendit, & Nauarræ regnum, Henrico Alibretano intra certum tempus restituere, vel alioquin satisfacere, tenetur, Id si non faciat, Galliarum rex Nauarreum in recuperando re-  
gno adiuuans foedus non violat. Venetos etiam, in recipienda Verona, iu-  
uandi facultatem sibi seruat. Quod si Cæsar Carolo Veronam in manus deposuerit, cum potestate eam Galliarum regi, ut ab eo venetis reddatur, tra-  
dendi: tum Galliarum rex centum millia aureorum, & totidem Venetus Sena-  
tus Cæsari soluet, & insuper Cæsari tres auri Tonnæ, a Ludoico XII. olim ipsi mutuo datæ condonabuntur. Huius pacti-  
onis vigore, Maximilianus, exeunte anno, Veronam Carolo nepoti cedit, per quem, Odetto Foxio Gallico proregi tradita, & Venetis tandem restituta, & finis bello Veneto impositus est.

In Boëmia, regi Vladislao, die 13. Martij defuncto, LVDOICVS filius, decem annorum puer, Sigismundo patruo & Maximiliano Cæsare tutoribus à patre constitutis, successit. Quo ipso tempore Vallis Ioachimicæ metalla primùm studiosius inquiri & Vallis ipsa ædificijs excoli & frequentari cœpit.

In Balthici littoris vrbi-  
bus, Indulgentias Pontificias Angelus Arcimboldus legatus Pontificius circumtulit, qui immensam vim pecuniæ, ex Saxonia & regnis arctois collectam, Lubecæ, partim luxu prodegit, partim per mercatores Coloniam, & inde Venetias transcripsit.


Eiusdem anni æstate Franciscum Mariam Ruuercum, Iulij II. Pontificis nepotem, Urbini ducem, LEO X. proscriptum ex ducatu expulit.  
eumq;

eumque suo ex fratre Petro (quem in Lyris ostio submersum supra diximus) nepoti Laurentio, de Senatus Cardinalium assensu tribuit. Sed Franciscus, post aliquot menses, Verona Venetis reddita, militibus praesidiarijs Hispanis & Germanis, qui tum dimittebantur, conductis, Ducatum recipit, magnamque Leoni Pontifici molestiam & negocium exhibet. cuius belli anno 1517, gesti, quanquam nihil ad res Saxonicas pertinet, ea tamen de causa mentionem facio, ut in Bembi epistolis plurimae, pro Leone P. P. eius belli tempore scriptae, vera causa belli cognita, rectius a studiosis adolescentibus intelligantur. Franciscus Ruuereus postea restitutus usque ad annum 1537. vixit, & filium Guidonem Vbaldum successorem habuit. Ultraiectinam dioecesein post Fridericum Marchionem Badensem gubernandam suscepit PHILIPPVS a Burgundia, Philippi boni, ducis Burgundiae, filius nothus, Dauidis a Burgundia episcopi olim frater, cuius Ecclesiastes aulicus fuit Gerardus Nouiomagus, ad quos multae Erasmi epistolae his annis scriptae extant.

GEORGIUS Saxoniae Dux, deposito urbis Groningae recuperandae conatu, & relicta VVestfrisiae, procul a suis ditionibus dissitae aduersus Geldriae Ducem Frisiae vicinum, virum acrem & magnanimum, defensione, oppida Franicam, Leuarden, & ju omne quod in Frisia reliquum habebat pactionibus certis, aulae Burgundicae superiori anno 1515, cesserat, quam CAROLVS, Philippi filius, adolescentiae annos vix ingressus tum gubernare coepit, Carolus igitur, Florentium Iselstenium Egmondanum, ducem, in VVestfrisiam mittit, qui Levvardiam a Geldris obfessam liberat & Dokumum capit.

1515.  
1516.  
mense Augusto

Ioannes Egmondæ Dominus,



Ezardus, Orientalis Frisiae comes deserto Geldro, Burgundis se adiungit. Cum enim Groningenses superiore anno oppidi Dammi munitio- nes deijcere & solo aequare coepissent: Ezardus demolitionem impediens ad Geldriae Ducis cognitionem prouocarat. Reuersis autem domum Groningensibus, ipse paucis interiectis diebus transit, & a Groningensibus de- iecta instaurat. Re ad Principem per Groningenses delata, significatur Comiti literis Principis, nisi euestigio Dammo discedat, bellum ipsi illa- tum

M. D. XVI.

tum irj. Penitus igitur disturbatis & destructis Dammi munitionibus, & paulò post etiam castello Vueerdenbras solo æquato: & arce comitis Stichusen, ab Erico Duce Brunsvicensi nouis præfidijs inductis, aduersus Comitem defensa: Ezardus contra Geldrij & Groningensium iniurias, Burgundionum potentiam & felicitatem suis rationibus commodiorem fore existimans: in castra ad Florentium Bolsvverdam tum obsidentem, quæ paulò post Burgundis dedita est, proficiscitur, eorumq; ope Fredburgum arcem Frisix Orientalis; à Brunsvvicensium præsidio adhuc munitam, Idibus Septembris recuperavit.

Anno M. D. XVII. (cuius initio Verona Venetis 15. Ianuarij reddita, finem bello Veneto, & quietem Italiae restituit, & biduo post 17. Ianuarij, Alcair Ægypti metropolis à Selymo Turcarum Imperatore capta est.) in hoc Balthico littore, Noui inter Danix regem & Lubecenses belli, semina sparsa sunt. Cùm enim pridie Martini anno superiore, Christiernus Danix rex, ex portu Lubecensi Suecicam Nauem capacissimam, mercibus onustam, abripi, & Hafniam auerhi curasset, atq; ita nouis animorum alienationibus, in Suecis & Lubecensibus causam præbisset: mirificè eas hoc tempore auxit, promulgato per Edictum Hafnix Emporio, in quod omnes Orientalis seu Balthici maris accolæ, merces suas, quæ Lubecam antea deportari solebant, Hafniam deferrent, ibiq; cum Belgis, Anglis, Gallis, alijsq; populis permutarent, eam ob causam priuilegia Hollandis, Fuggaris, Russis & alijs gentibus ampla concessit. Verùm hæc consilia, quò minus tum vrgerentur, & successus à rege optatos assequerentur; bellum impediit, quod aduersus SVECOS, inter se mutuo intestinis dissidijs tumultuantes, Christiernus suscepit. Cùm enim archiepiscopus Vpsaliensis Gustauus, eiusq; pater Ericus Trolle, cui in electione Gubernatoris regni, Steno prælatus erat, perpetuò nouo Gubernatori aduersarentur, & se Danicarum partium esse, ac regem Danix se expetere & vocare, palàm ostenderent, Ioanni enim Danix & Sueciae regi literis datis promiserant Sueciae proceres se ipsius filium Christiernum Regem agnituros esse, quod varijs de causis assiduè differebatur.

Steno anteuertere & reprimere eorum molitiones conatus, armata manu, vtrumq; oppugnat, & tandem capit, postea exercitum regis Danix, in quo bis mille Galli erant, serius Auxilio rebellibus missum, profligat. Gallorum, Danico regi auxilio aduersus Suecos missorum, his verbis Gallicus scriptor meminit. Circiter id tempus rex Franciscus negotium dat Gastoni Brezæo principi Folcarmundo, qui frater erat magni Normaniae Seneschalli, vt cum duobus peditum Gallorum millibus (quorum præfecti erant capitaneus Pifollius, baro Gondrinus Vasco, Samblimondus Picardus, & capitaneus Landa) auxilio iret regi Danix aduersus Regem Sueciae; Hi prælio vno victores, tandè a Danis relictis, in aliò prælio, quod in glacie commissum est, profligantur: vbi maxima pars perijt propter arborum in Sylua cesarum multitudinè. His enim nostri, qui e glacie se in  
sylvam

syluam receperant, impediabantur, vt hastæ longæ, quibus præliabantur, nulli essent vsui. E quibus cum alij perierunt, tum Samblimondus vir fortis interfectus est. Horum ne dimidia quidem pars domum redijt, ijq; nudi, exarmati, vestimentis detritis. Qui licet turpiter a Rege Danorum, ad quem iuuandum hoc iter susceperant, relictî, tamen naues epibadas nacti in Scotiam, deinde in Galliam nauigarunt.

In BREMENSI diœcesi, Christophorus, Frisios Vuursatos, armis, ad mandata ipsis officia hæcenus neglecta, & amplius ex tam fertili & amœno agro annui tributi vectigal sibi pendendum, adducere instituit. Hæcenus enim superbi, & feroces ac indomiti, titulo tenus magis quàm veræ subiectionis officijs, archiepiscopum dominum recognouerant. Vuursati pro defensione libertatis patriæ à maioribus acceptæ arma capiẽtes, non viri solum, sed etiam fœminæ, contra sexus disciplinam, aduersus archiepiscopi copias, in aciem prodibant, ducente agmen Virgine, vexillum imagine mortis insignitum præferente, quam omnes viri pariter ac fœminæ ordinæ insecuti: satius pro patria mori, quàm turpiter fugere seu in seruitute vivere iudicantes, ea animi ferocia occurrerunt, vt primo congressu satis feliciter pugnantes, multis peditibus interfectis ordinibus eorum disturbarint, Sed tandem archiepiscopus equitatu succurrens, vim Vuursatorum satis acriter pugnantium fortiter repressit, & magna inter eos strage edita Vuursatos fudit & fugavit. In quo conflictu Virgo vexillifera, à milite quodam, gladio magno, quo Germani in prælijs vtuntur, per medium dissecta interiit. Ea potitus archiepiscopus victoria, Vuursatiam omnem sibi & ecclesiæ Bremensi tum quidem subegit, & arcem munitam in Vuedvarden, quam ab Eoo, Morgenstern appellarat, cervicibus eorum imposuit. Ferunt Maximilianum Imp. cum hujus Vuursatici belli exitus Ipsi archiepiscopo nunciatus fuisset, Virginis VVursaticæ animi fortitudinem summopere prædicasse, eamq; ad procreandam sobolem similem, omnino vita donandam iudicasse.

VVursati armis oppressi, pristinam nihilominus ferociam in animis circumferabant. Itaq; sequenti mox anno ab autoritate archiepiscopi & fide debita desciscentes, Decanum Bremensis collegij, Theodoricum Klencken, & provinciæ prætorem Hermannum à Malsburg nobilem Hessum & alios archiepiscopi nomine legatos, vt de negocijs quibusdam cum illis tractarent, comprehensos, barbara immanitate necarunt, & arcem ab archiepiscopo excitatam die 15. Augusti captam solo æquarunt, & in diœcesin Bremensem irruentes 1216. domos exusserunt, Arcem quoq; Berexen obsessam irritò conatu tandem reliquerunt.

Pridie Calendas Nouembris, Martinus Lutherus Theologus, Augustinianus, V Vittebergæ ad Albim, sub Friderici electoris Saxonie patrono, Sententias de INDVLGENTIIS, quæ venales à Ioanne Tezelio (Dominicano Theol. Doctore, Pynæ ab Albim nato) autoritate Leonis PP. & Alberti archiepiscopi Magdeburgensis circumferabantur, ad di-

M. D. XVII.

sputandum proposuit. Quod primum initium Emendationis doctrinæ & rituum in Saxonis & aliarum gentium ecclesijs, & eiectionis idolorum ac quæstus ementium & uendentium Pontificij ex templis, & totius Religionis ab erroribus & superstitionibus pontificijs repurgandæ fuit. Cùm enim Tecelius statim propositiones Lutheranis contrarias, à Conrado Vuimpina scriptas ederet, eumq; velut Hæreticum passim traduceret: necessitas Luthero se defendendi & de tota pœnitentiæ doctrina copiosius differendi allata est. Vnde maiora certamina, & de nouis subinde rebus controuersia grauiora, & regni Pontificij in Saxonia & multis vicinis gentibus ruina secuta est. Cùm autem Lutheri de Religione certaminum, & mutationum inde in Republica secularum, historia, ex professo à Ioanne Sleidano fidelissimè scripta extat, quæ vna cum Lutheri libris, in omnium manibus est; volens ea, quæ tam copiosè exposita passim extant, in hoc Chronico, vel præteribo, vel insigniora solùm quædam breuissimè delibabo.

Exeunte anno, Albertus Cranzius, Theologiæ Doctor primùm in Academia Rostochiensis (cuius Rector anno 1482 fuit) & postea Lector in Collegio Hamburgensi: qui Saxonis, Vandalis, Daniæ, Sueciæ Chronicon vsq; ad annum Christi 1504 deduxit die 7. Decembris ex hac vita migravit. Qui cùm paucis ante mortem diebus, decumbens, Lutheri de Indulgentijs propositiones accepisset, O frater, inquit, abi in cellam tuam, & dic, Miserere mei Deus. significans conatum rei tantæ, aduersus Pontificem, cuius autoritas & potentia summis Regibus terrori erat; ab infimæ sortis monacho susceptæ inanem & irritum fore. Sed euentus ostendit, diuinitus Lutherum excitatum, & magnitudine animi penè plusquam humana, & cæteris ingenij, doctrinæ & eloquentiæ donis, ad tantam causam agendam necessarijs armatum, defensum, & Heroica virtute & successibus felicissimis donatum fuisse.

Ioannes Murmelius etiam ad Ruræ in Mosam se exonerantis ostium natus, Erasmi condiscipulus qui multa *παισι χηρίσμα επί και έγραφε*, & latinæ linguæ ac politorum literarum sua ætate refflorescentium instaurationem fideliter adiuuit: cùm ab anno 1500. Monasterij studia cum Timanno Camenero rexisset, & anno 1514. Alcmariæ, 1516. Dauentriæ scholas gubernasset: die 2. Octob. in cœlestem scholam translatus est.

M. D. XVIII.

Christiernus Daniæ rex, superioris anni clade à Suecis accepta irritatus, nouam aduersus illos expeditionem, exercitu in naues collocato suscipit, ac multos menses urbem Stocholmiam regni metropolin ipse obsidet. Tandem verò desperata expugnatione, & com meatuum qui reflantibus assiduè ventis aduehi non potuerant, inopia adductus, induciarum condiciones proposuit, de quibus cùm vtrinque conuenisset, & obsidibus vltro citroq; eam confirmari placuisset: Rex, suis obsidibus in urbem tardius euntibus, celeriter reuocatis; Suecicos, Hemmingiū Gaddum electum

Linco-

Lincopensem, & Gustauum Erici ( qui postea regnavit ) in classem interea venientes, captiuos in Daniam secum abduxit. Gustauus, Erico Erici, equiti Dano, in custodiam traditus, venandi facultate ipsi permissa, sequenti anno elapsus, mutato habitu Lubecam vltima septembris venit.

Ericus Saxonix Dux, Monasteriensis episcopus, Nicolao comiti Tekelburgico, Ottonis fratri, Conradi postremi ex hac familia comitis patruo, in oppido Lingen sedem aulae habenti, bellum infert, quod ciues Monasterienses & alios mercatores spoliaret, & itinera infesta redderet. Oppidum igitur & arcem Lingen exercitu admo- to occupat, & direptam firmiter munit. comes elapsus ad Carolum Geldrix Ducem confugit, eumque, si beneficio ipsius restituatur, se Dominum feudi deinceps agniturum esse, profitetur. Carolus igitur di- ra episcopo & Collegio Monasteriensi minatus, nisi arcem comiti cre- ptam redderent, autoritate sua, qua omnibus vicinis terrori erat, eò rem de- ducit, vt inuitum ferè episcopum capitulares ad restitutionem arcis coge- rent. Ita biennio post Lingensis ditio ad veteres Dominos Teckleburgen- ses redijt. à quibus denuò eam Carolus V. Imp. Caroli Geldrix ducis suc- cessor, abstraxit, quòd Conradus, Nicolaj huius ex fratre nepos, arma ad- uersus se Dominum feudi bello Germanico gessisset. Extat autem se- ries familiae T E C Lenburgensis, a Simone Theodorici filio, Henrici Leo- nis Ducis Saxonix *συγγένεια*, sed proximos ab anno 1500, tantum recenseo.

## Nicolaus.

Otto comes in  
Teclenburg.

Nicolaus Lingensis.

CONRADVS, Landgrauij  
Halsix VVilelmi gener.

Nicolaus in Dania  
caesus. 1534.

ANNA nupta Ebervvino  
comiti Bentheimensi.

ARNOLDVS comes Teclen-  
burgicus & Bentheimæ.

Fridericus & Georgius Saxonix superioris duces, Ioachimus I. mar- chio Brandeburgensis & ceteri Saxonix principes, eo anno comitijs impe- rij postremis à Maximil. I. Imp. celebratis Augustæ interfuerunt, in quo præcipua de bello Turcis inferendo, deliberatio fuit, qui superiore bien- nio, Campsone Syriæ & ægypti rege, ad Singam fl. cum Mamaluchis caeso, vniuersam Syriam, Palæstinam & Ægyptum, in ditionem ac Imperium suum redegerant. Maximilianus etiam à Senatu electorum, qui solo Boë- miae rege excepto, omnes comitijs intererant, nepotis sui Caroli rationem

1516.

1517.

M.D.XVIII. haberi in electione Cæsaris ipsi successuri, petiuit. In iisdem comitijs, Casimirus marchio Brandeb. Susannam Bauariæ ducis filiam die Bartholomæi Augustæ coniugem duxit, benedicente sponso Alberto archiepiscopo Moguntino marchione Brandeb. qui eodem tempore Cardinalis ecclesiæ Romanæ factus est. & Sigismundus I. Poloniæ rex, consilio Maximil. Imp. BONAM Ioannis Galeacij Ducis Mediolanensis (qui Blanca Mariæ, vxoris Maximiliani frater fuerat) & Elisabethæ Neapolitanæ filiam; coniugem duxit. ex qua Sigismundus Augustus, Poloniæ rex, in quo nostra ætate stirps Jagellonum regia desijt: Isabella, Ioanni Vngariæ regi; Sophia Henrico Duci Brunsvicensi; Catharina, Ioanni Sueciæ regi; Anna, Stephano Poloniæ regi, postea nuptæ, procreati sunt.

Neptem Sigismundi ex sorore, & Bugslao Pomeraniæ duce natam, SOPHIAM, Friderico Holsatiæ duci, postea Daniæ regi eo anno, Bugslaus pater elocauit, quæ Ioannis senioris & Adolphi præsentium Holsatiæ ducum & Friderici Hildesienfis Episcopi, & Elisabethæ coniugis Magni & postea Vlrici ducis Megapolitani, & Dorotheæ vxoris Christophori ducis Megapol. mater fuit.

MISNENSEM ad Albim diœcesin Ioannes VII. ex gente Sleinitia regere cœpit. Qui illucessentem Lutheri ministerio puram euangelij doctrinam & abusuum emendationem, in ecclesijs suæ iurisdictioni subiectis, ac vsum vtriusque speciei inprimis, Edicto solenni promulgato impedire magno studio conatus est: & patronos Religionis Pontificiæ Hieronymum Emserum, Ioannem Cochleum, Alueldium, Syluium, Pliccium, singulari benignitate fouit. BENNONEM antecessorem suum, episcopum Misnensem ordine decimum, qui Henrici III. Imp. temporibus vixit, anno 417, post mortem, ab Adriano VI. PP. inter Diuos relatum solenni ceremonia extulit, ossibus effossis in tumbam marmoream ophitinam postridie Viti sublatis. Interfuerunt solennitati Georgius & Henricus Duces Saxonie cum filijs, Ioannes Misnen, & Adolphus Mersb. episcopi, & plurimi ex nobilitate, quibus partim Religioni, partim ioco & risui illa fuerunt. Lutherum etiam edito libello, *Wider den neuen Abgott vnd alten Teufel zu Meissen* Apotheosin hanc celebravit & passim in scriptis anni 22, 23, 24. huius episcopi Misnensis mentionem facit.

Henricus Angliæ rex, TORNACVM urbem quinquennio antè à se captam, Francisco Gallie regi, 600000. coronatorum promittenti; & Maria, Henrici filia infans, Francisco Gallie regis primogenito infanti pacta est. Eodem anno, Louanij, Collegium Trilingue, toties ab Erasmo celebratum, instituit & obiit Hieronymus Buslidianus, frater Francisci archiepiscopi Vefontini.

Machmedino Cazanæ regi mortuo Scheale quidam, ducta illius vidua, regno potitus, triennio post, cum ad Moschi magis quam Tattari partes

partes propendere videretur; à Mahmetkyrei Tattarorum Præcopiensium rege, per subditos Cazanenses euocato, pellitur. M. D. XIII.

Is fratrem Sapkyrei, Cazanæ regem constituit, & aduersus Basilium Moscorum regem, qui inaugurationem sui Imperij, vt pater, & maiores ipsius fecerant, à Tattaro non acceperat; cum fratre profectus, urbem Moscouiam obsidet, cuius arx, profugo Basilio, Nicolaj Spirensis bombardarij virtute ac industria potissimum defensa est. Tandem extortis Basilij literis, quibus Tattarum superiorem & Dominum feudi se agnoscere, vt maiores sui fecissent, profitebatur, Mahmetkyrei, infinita captiuorum multitudine abducta, obsidionem soluit, id anno 1522 accidit.

M. D. XIX.

Sublato ex rebus humanis Maximiliano I. Imp. omnibus belli & pacis artibus præstante, FRIDERICVS Saxonix Dux elector senex, & imperij vacantis per Saxoniam locum tenens, vnà cum cæteris Electoribus, ab Alberto marchione Brandenburgensi archiepiscopo & electore Moguntino conuocatis, ad comitia noui Cæsaris eligendi causa, Francofordiæ mense Iunio indicta, profectus est in quibus, cum diuersæ sapientum de Imp. creando opiniones, diuersa electorum studia & factiones essent: Fridericus Saxonix Dux, velut Nestor in eo Senatu, sapientia & autoritate sua, cum præside confessus Alberto Moguntino coniuncta, eò rem deduxit, vt primum Electores iurarent, se nullam electionem publicè renunciaturos esse, priusquam vnus aliquis communi consensu designatus esset. Ambiebant enim Imperium duo potentissimi reges, Franciscus Gallus, & Carolus adolescens archidux Austriæ rex Hispaniæ. Galli ambitionem impotentem, apud Leonem Pontificem, Heluetios, & alios reges de intercessione ad Senatum Imperij, & apud ipsos electores, Richardum Treuirensis, & Ioachimum Brandenburgicum præcipuè, de suffragijs prece & precio laborantem, publicæ historiæ; & consiliarius ipsius Budeus in epistolis demonstrant. Ita enim hic ad Erasmus in eunte anno 1519. scribit, Rex mirè in literas bonas fouendas & excitandas propensus esse videtur, sed negotia *αὐτοκρατορία πρὸς αὐτὸ ἀπαιτεῖ τὴν ἐνασχολήσασθαι*, vix vt vacare cæteris rebus posse videatur & alibi iocans, omnia hic Imperiosè agere cœpimus, ex quo Maximilianus mortuus est, ne me iam vt magnoperè æquo & clemente vsurum te esse speres.

Tandem verò post grauissimas & acres in summo illo Imperij Senatu disputationes, CAROLVS Austriacus, Philippi regis Hispaniæ filius, Maximil. Imp. nepos, communi omnium consensu, die 28. Iunij electus, & metu horribilium discordiarum & ingentium bellorum Germania liberata est.

Fridericus Saxo, cui Treuirensis & alij collegæ, cum Gallici regis causam se obtinere non posse cernerent, Imperium pridie quàm Carolus designaretur, detulerant; magno & excelso animo recusauit, nec ququam alium tanti nominis oneri sustinendo sibi parè videri, quàm Carolum, constanter dixit. ita vt nunquam Imperij titulus carolo contigisset,

O iij nisi

nisi Fridericus deprecatus esset (clarior fortassis honore contempto, quam fuisset adepto) qui se ab omni ambitione, auaritia, & alijs priuatis cupiditatibus alienum, solam Germaniæ salutem publicam in ea electione spectare ostendit. Offerentibus enim post renunciatam electionem legatis Caroli, magnam pecuniæ vim ipsi & ipsius consiliarijs, constanter reiecit, ac si quis ex consiliarijs acciperet, per se quidem id ei licere: sed hac conditione, vt sciret, eum postmodum non amplius ministrum ipsius futurum esse. Reuersus ex renunciatione in hospitium Fridericus sapientissimè dixit: *Gott hat vns ein Keiser geben zu gnaden vnd vngnaden.* DEVS hunc Cæsarem nobis propitius & iratus dedit. Mercurinus etiam Gattinaria, Caroli Cancellarius; Gregorio Pontano, Saxonis Cancellario dixit, Bene fecisse Principes Germaniæ, quòd Carolum Imperatorem elegerint. Expecturos enim, quod sit SAPIENS & BONVS.

Extat autem Electionis Caroli V. historia integra, magnam consiliorum, actionum, & exemplorum, ex tota Germanici Imperij serie varietatem continens, lectione dignissima, à Philippo, quinquennio post, attributis Alberto Moguntino, & Richardo Treuirensi Orationibus grauissimis in Senatu Imperij habitis, sapienter scripta, sed Georgij Sabini nomine, Alberto archiepiscopo Moguntino, cuius primæ in ea electione partes fuerunt dedicata. Qui cum legisset sententias a se dictas, longè splendidius & eloquentius, quam fieri à se potuisset, ornatas; Iordano Hertzheimero, qui eam exhibuerat, gratissimam sibi fuisse ostendit, & hæc verba addidit *Wie kan man ein ding schmücken.*

BELLVM  
HILDES-  
HEIMEN-  
SE.

Eodem mense & die, quo Carolus V. Francofordiæ Imperator electus est; in Saxonia, prælium inter Iohannem Episcopum Hildesensem, natum ex familia ducum Saxonie Lavvenburgensium, confœderatum Henrico duci Luneburgensi, Ottonis filio; & Duces Brunsvicenses Ericum & Henricum, Francisco Episcopo Mindensi fratri & agnato suo auxilium ferentes; in campis, Soltauix oppido ducatus Luneburgici vicinis, commissum est, in quo, multis cæsis, duo Principes Brunsvicenses, Ericus, & nepos huius ex fratre VVilhelmus & viri nobiles 120. à Luneburgensi & Hildesensi victoribus capti sunt.

Eius belli causæ & occasiones, præter vetusta inter vicinos Principes Brunsvicenses & Episcopum Hildesensem clientelis nobilium eo tempore potentem & insolentem, odia, emulationes, & de iuribus communium aut finitimorum aliquot oppidorum ac prædiorum controuersias; nouæ offensiones extiterunt, quòd episcopus Mindensis, & Duces Brunsvicenses, Burcardum à Saldren, episcopi & diocesis Hildesensis hostem & alios, diocesim Hildesensem rapinis & incendijs vexantes, hospitio recipere, tolerare, ac fouere in suis ditionibus: & nobilium aliquot familiarum diocesi subiectarum feuda sibi vindicare, & nobilitatem diocesanam, minus episcopo obedientem, iunctis cum ea fœderibus in contumacia aduersus Episcopum confirmare existimarentur.

Tradide-

Tradiderat autem Henrico à Saldren, Burcardi Patri arcem Lauvenstein fruendam, Episcopus Bertholdus, pro 9960. aureis Rhenensibus mutuo acceptis anno 1497. Quos cum mortuo Henrico, Episcopus, se filijs ipsius, Burcardo, Hildebrando & Conrado, redditurum certa die, & arcem ac præfecturam illam redempturum significasset: & summam ad Pascha anni 1516. deposuisset: Fratres Salderi eam accipere, & arcem Episcopo cedere recusarunt, quod tempus redemptionis, in literis expressum, nondum effluxisset, & Ioannes episcopus Henrico Saldero promississet, se ipsi & filijs ipsius, præfecturam illam fruendam, donec ipse viueret, relicturum esse. Prouocantes igitur ad Collegij cathedralis & cæterorum diæceseos ordinum cognitionem, inter varias & multiplices cum episcopo contentiones, minas, machinationes & insidias mutuas, arcem biennium totum episcopo inuito retinent. Tandem verò ineunte anno 1518, quatuor ordines diæceseos Hildesienfis, collegium cathedrale, prælati septem collegiorum intra & ante muros Hildesienfes, Nobilitas, & ciuitates conuenientes, ab episcopo & Salderis causam totam suo arbitrio ex æquo & bono decidendam permitti flagitant. Quo compromisso accepto, Leuinus à Veltheim præpositus, nomine ordinum, pronunciat, vt Episcopus ad Pascha summam capitalem, & ter mille Rhenenses pro impensis ædificationis, Salderis persoluat: hi vicissim arcem & præfecturam Lavvenstein Episcopo restituant, atq; ita omnes offensiones & controuersia ex hac causâ exortæ aboleantur, & si quid insuper emerferit querelarum, vt iure, coram quatuor ordinibus, non vi aut insidijs, eas persequantur. Cum autem constituta die, Salderi, receptis 12960. Rhenensibus, Arcem Episcopo restituisent: nouæ dissensiones & inimicitia plusquam capitales, vtrinque exortæ sunt, quòd Salderi, episcopum agros aliquot Salderorum hæreditarios, ad arcem Lavvenstein non pertinentes, simul occupasse: & ipsorum subditis seruitia imponere & piscinas auertisse, & mercenarios cepisse; coram ordinibus quererentur, de quibus cum tardius episcopus se declararet, Burcardus à Saldern, palàm hostilia episcopo mense Iulio denunciauit, & rapinis ac incendijs passim in diæcesi grassatus est, ac inter cætera oppidum Lavvenstein noctu exussit, ac receptum in episcopi Mindensis & ducum Brunsvicensium ditionibus habuit. Cum enim ab episcopo Hildes, contra ius & æquum se violari nobiles Salderi & alij episcopo subiecti arbitrarentur: à Ducibus Brunsvicensibus Henrico præcipuè in tutelam recepti & contra episcopum confirmati sunt. Et si autem episcopus denuo cognitionem causæ coram collegio Hildesienfi, duobus suis consiliarijs, & totidem Burcardi amicis, obtulit: tamen Salderus collegium Canonicorum & episcopi consiliarios, velut alteri parti addictos, & sibi inimicos, recusauit.


1515.

1509.

1518.

Inciderant paulò antè, alijs etiam de causis, atroces, inter episcopos Hildesiensem ac Mindensem, & inter hunc ac Henricum ducem Luneburgensem offensiones: quos præcipuam ac proximam bello secuto occasionem præbuisse, & fomitem subministrasse apparet. Franciscus enim Mindensis,

M.D.XVIII densis, quem ceruicoso capiti suo nimium indulgisse Mersæus annotavit, durante inter Hildesensem & Burcardum Salderum dissidio, collectis subditorum copijs, arcem diœcesis Ertelsen occupare irritò conatu annexus erat, & discedens pagos præfecturæ illius hostiliter diripuerat, cumq; Burcardus à Saldern oppidum diœcesis Lavvenstein noctu oppressum & expilatum cremasset, clientes & aulicos episcopi Mindensis, in comitatu habuisse: & currus mercatorum in via publica diœc. Hildes. ad Hasedam intercepti, Petershagum ducti esse ferebantur. deinde Alardus à Quernheim Mindensis episcopi cliens, Henricum ab Oberg, Hildesensis ministrum aulicum, in publica via prope Peinam captum, Burcardo Saldero, Hildesensis hosti tradiderat. Etsi autem aliquoties Henricus, dux Luneburgensis, cuius filium Franciscum, episcopus Hildesensis coadiutorem sibi & successorem designarat, amicè inter episcopos vicinos Mindensem & Hildesensem transigere, ac vt Saldero, huius hosti, receptum Mindensis diutius non præberet, obtinere conatus est: tamen frustra contendit, ac interea nouæ inter ipsos dissensiones exoriebantur. Cùm enim Franciscus Mindensis, varias cum vicinis comitibus controverfias aleret; Fridericum in primis comitem in Deiphold, Rodolphi filium, cuius in aula sua educati, patrociniùm Henricus Dux Luneb. suscipiebat, priuare auitæ regionis parte (Steinwerderberg) & syluis ac decimis quibusdam instituit, & quanquam aliquoties Henricus Dux Luneb. & alij principes pro Deipholdo intercedentes, susceptis tractationibus non turbari comitis possessionem à Mindensi, sed iure agi, iustum censuerant: tamen à proposito dimoueri episcopus non potuit nec inhibitiones à metropolitano, Colonienfi, à Pontifice Romano, & Cæsare Maximiliano ad ipsum missas, nec commissiõnem & mandata Duci Luneburgensi ab Imp. data, vt Deipholdi clientis Imperij defensionem susciperet, quidquam curauit. Est autem, vt hanc obiter inseram, Comitum à Deiphold ad Visurgin in VVestphalica ripa, diœcesi Mindensi vicinorum, hæc series:



MAGNVS TORQVATVS,

166

M. D. XVIII

FRIDERICVS Henrici Ducis Luneburgensis alumnus ⊕ 1529.

Rodolphus, ex Margarita Iodoci comitis Hoiensis filia.

Fridericus nostro tempore viuens.

Comitibus verò Scovvenburgensibus Antonio & Ioanni fratribus, de arce Bokelo controuersiam mouerat, & cum Simone Lipsensi & alijs similtates ac lites exercebat.

HOIENSIS verò comitis Iodoci adolescentis & fratrum Erici ac Ioannis, ditionem ad Visurgin infra Mindam, Henricus & Ericus duces Brunsvuicenses paulò ante occuparant: eiusq; partem præcipuam adhuc detinebant. Quare hi quoque recuperandi patrimonij aucti cupidi, libenter se Hildesiensi coniungebant. Ipsius etiam Henrici ducis Luneburgensis filiam Elisabetam Carolo Geldriæ duci desponsatam cum ad sponsum mediocri comitatu in Geldriam ineunte anno 1519, deducere-  
tur, Visurgis transitu, negato per urbem Mindam saluo passu, Franciscus prohibuit.

1512.

Fuerunt autem Henricus dux Luneburgensis, & Franciscus episcopus Mindensis propinquo gradu agnati Iobrinorum liberi.

Magnus Torquatus ⊕ 1373.

Bernardus stirps Ducum  
Luneburgensium.

Henricus stirps Ducum  
Brunsvuicensium.

Fridericus ⊕ 1478.

VVILELMVS victoriosus

⊕ 1482.

OTTO ante patrem obiit.

VVilelmus ⊕ 1503.

HENRICVS iunior  
confœderatus Hildesiensi  
contra Mindensem &  
Ericum ac Henricum  
Brunsvuicensem.

ERICVS senior  
ab Henrico Lune-  
burgense captus.

Henricus senior  
⊕ 1514.

Ernestus

Franciscus epi-  
scopus Min-  
densis.

Henricus ju-  
nior ⊕ 1568.

VVILELMVS.

Iulius.

Venerat autem paulò ante, Caroli Geldrensis generi futuri, opera, Henricus dux Luneb. in Francisci Gallia regis amicitiam, in cuius aulam filium Ernestum aliquantò ante miserat. Gallus verò, cum Maximiliano Cæsare extincto, Imperiũ summis viribus ambiret: misso in Saxoniam Ioachimo Malzano equite Megapolitano, Ioachimum I. Marchionem Brandenburg. de sus,

M. D. XIX.

M. D. XIX.

de suffragio, & alios principes de copijs militum conscribendis, auro Gallico sollicitabat. In his cum Luneburgense etiam duce Henrico egerat, vt auxilia militum Saxoniorum, ad legatos Galli, Confluentiam, in quo oppido, additi Gallo electoris Richardi Treuirensis ditioni subiecto, legati Gallici tempore comitorum, eligendi Imp. noui causa Francofurti habendorum, commorabantur, adduceret.

Sic igitur exacerbatis aduersus Mindensem præcipuè episcopum, animis, Ioannes Hildesienfis, cum Henrico duce Luneburgensi, & Antonio ac Ioanne Comitibus à Schavvenburg, Simone Lippiensi Friderico Deipholtio & Iodoco Hoiense foederatus, proximis ante Pascha diebus, in Mindensem diœcesin impressione facta, arcem episcopi Petershagen ceperunt, & Mindensi episcopo eiecto, præsidij occupata munierunt. nec tamen incendijs vsquam in diœcesi grassati, nec agnatorum ducum Brunsvicensium hostes se professi sunt.

2. Maij.

Sed occupata primùm diœcesi Mindensi, literis Calenbergam missis, bellum Erico Duci Brunsvicensi indixerunt. Causas verò belli allegarunt, quòd perduellibus, Hildesienfis vitæ insidiantibus, receptum in arce Calenbergam præbuisset, quòd episcopi Mindensis petulantiam aduersus se consilio & auxilijs confirmasset, Hundesruccum episcopi arcem, & oppidum Dassel tentasset. Tilemanno ab Honstein diœcesis hosti saluum conductum per ditionem Gottingensem excurrendi dedisset, Burcardum à Saldern hostem, in suum seruitium & vestitum recepisset: eumq; varijs modis iuuisset, Canonicorum Hildesienfium reditus in sua ditione aresto detinuisset & de singulis frumenti plaustris singulos florenos exegisset, nec ab eo proposito se vllis rationibus deduci passus esset, quòd prædones, incendijs in ducatu Luneburgensi minantes, pecuniam à subditis extortam in ipsius vrbibus & oppidis recepissent: quòd in finium controuersijs quosdam Luneb. ministros trucidasset, quòd Florianus Rommel in Erici mensa sermones aduersus Ducem Luneb. contumeliosos, Erico non improbante, effudisset. His atq; alijs causis, belli Erico inferendi prætextis, arcem Stoltenavv, & alia loca Comiti Hoiensi ab Erico prius erepta recipiunt, Deinde Calenbergam, Hildesie vicinam, aulæ Erici sedem ad Leinam, obsident.

Cùm autem Ericus, adiuncto sibi fratris filio Henrico iuniore, duce Brunsvicense, copias cœgisset; & Fridericus elector Saxonie Interrex, mandatum de pace in castra misisset; Hildesienfis & Luneburgensis coram Notario & testibus se mandato Interregis parituros, modò altera etiam pars pareret, ostendunt, & statim abductis tormentis, obsidionem solvunt, sed exercitum retinent.

Brunsvicenses verò duces, coactis copijs, in Hildesiensem diœcesin progressi, præfecturæ Hundesruccum, oppidum Dassel, Vualdenstein & alia loca direpta inflammant, oppidum Peinam pridie Dominicæ Rogationum, arce excepta, occupatum, itidem incendio perijt. Hildesienfes & Luneburgenses copiæ vicissim V Volpam capiunt & Pattense, V Vunsdorff,

Haller-

Hallerſpring, Münders oppida concremant. Relictâ verò arcis Peinenſis obſidione, Duces Brunſvicenſes in Luneburgenſem agrum diuertunt, arcem & oppidum Burgdorff direptum ſolo æquant, Burgvedelam & pagos vicinos ipſo die Pentecoſtes exurunt. Poſtea Meinerſium tentant, Campum occupant, Giſſhorn arcem & oppidum incendunt, Bodendicum pecunia redimere incendium coëgerunt, Vlyſſeam vbi Henricus dux Megapolitanus, ducum Brunſv. conſobrinus, de pace agens, diuertebat, obſident. Eſſi autem denuò electores Francofordiæ congregati Mandatum de armis deponendis ad vtriuſq; partis principes mittebant: tamen id fruſtra fuit, Brunſvicenſes Vlyſſeam occupatam, ſibi iurare cogunt, & 3000. aureis mulctant. & miſſo Cellam ſatellite, Luneburgenſem ad prælium provocant. Is verò à Carolo Geldriæ ducẽ genero ſuo recenti equitatu accepto, ex oppido Cella, vbi ſe hæcenus continerat, in hoſtes movit. qui motis ex cœnobio veteris ciuitatis, caſtris, noctu per Vlyſſeam verſus Bakenberg profecti, Orſam tranſeunt: ac poſtridie Soltouiam iter inſtituentes, ſtratagemate ciuium, ducẽ Hermannõ Tidingo cum vexillo egredientium & ſpeciem præſentis hoſtis præbentium, antecurſores auerſi, Hozingam verſus & Stipshornum ac Tobingam deflexerunt, vt in vicinam diœceſin Verdenſem, cuius arx Rodenburg duobus tantum milliaribus aberat, ſe conferrent.

Hos poſtridie 28. Iunii, Henricus dux Lunæburgenſis circa meridiem, ad Quercetum VViden, inter villas Rainingen, Langenlœe & Valenſen, in ſinibus ferè ditionis Luneburgenſis & Verdenſis aſſecutus, equitatu ſuo in tria agmina diſtributo (nam pedites cum tormentis nondum acceſſerant) oblata opportunitate ſtatim adoriendos cenſuit, & facta precatone Equites ad virtutem & fortitudinem cohortatus eſt, inter quos, poſt principem, Aſcanij Cramij magnanimitas & induſtria præcipuum ad victoriam momentum attuliſſe exiſtimatur. Geldrici etiam equites cum commodam vicina hoſtium tormenta inuadendi occaſionem animaduertent, primi impreſſionem in ea facientes, uſum illorum hoſti ademerunt, Luneburgenſis ſummo ſuo vexillo in bis mille pedites, perſiti hoſtium agminis, incurrit, quibus proſtigatis & deletis, progreſſus, in fugam cæteros conuertit. Ericus fortiter dimicans, Geldro cuidam nobili ſe durante prælio deditit. VVilelmus in fuga aſſequenti eum Liberto à Friſberg, in pago Valenſen ſe deditit. Henricus Iunior & Franciſcus Mindenſis duces Brunſvicenſes, in arcem fratris Chriſtophori epiſcopi Verdenſis Rodenburgam euaserunt. Cæſi in prælio circiter 4000. capti nobiles viri militares 120. quorum annotata nomina extant. Tormenta maiora 24. cum omni apparatu, & abaci principum argentei, cum 16000. aureorum & curruſ præda onuſti amplius mille, ac equi militares & curruſ circiter 8000. in victorum Luneburgenſis & Hildeſienſis poteſtatem venerunt. Parta victoria triduum ad Soltauiam principes

P

morati,

M. D. XIX.

8 Julij.

morati, postea cum captiuis Cellam ingressi sunt, vbi cum Hildesien-  
 cursum victoriæ vrgeri, & Brunsvicensium ducum ditiones occupari  
 vel vastari cuperet: Lunæburgensis suæ ditionis recuperatione conten-  
 tum se esse ostendit. Interea electorum legati Francofordiâ venien-  
 tes, quorum Sebastianus à Rotenhan Francus caput erat, quinque  
 mensium inducias pepigerunt, Eas violanti 40000 multa constituta,  
 Principes captiui, præstita cautione 80000 aureorum, ex custodia di-  
 mittentur. Verùm si intra tempus induciarum causa principalis non  
 componetur, in custodiam redibunt. Post dimissionem captiuorum  
 vtraque pars alteri Principem intercessorem nominabit, à quibus vnâ  
 cum tribus electoribus controuersia vel amicè transigentur, vel iure  
 decidentur. His cum vtrinque assensu essent, copiæ dimissæ sunt. Id  
 cum Carolus Geldriæ dux, ex soceri literis statim didicisset, nequa-  
 quam sibi prudenter consultum videri rescripsit. Hostes enim proflig-  
 atos, induciarum tempore, clam vires suas instaurare, & denuò ado-  
 riri ipsum, nudatum copijs, & vi eripere captiuos posse. Rectius fu-  
 isse, agnatorum ditiones vicissim occupatas aut vexatas tantisper fu-  
 isse, donec constantem pacem electores erexissent, quam violantem,  
 electores ipsi hostiliter adortum punirent.

Interea Ericus Dux Brunsvicensis captiuus, ipse de liberatione  
 sua cum Lüneburgensi transiit: cedens pro se & hæredibus arces  
 Erenberg, Barenberg, Stoltenau etc. Iodoco Comiti Hoiensi, &  
 præfecturam Lavvenau, Schaunburgensi restituendam. VVolpam  
 præterea & Sulingam etc. & 2500 aureos pro arce Stichausen adhuc  
 debitos Lüneburgensi condonans, aliam præterea pecuniæ summam  
 nomine promittens, pro qua prælati, Nobilitas & ciuitates di-  
 tionis Gottingensis & Hanoueranæ fidem interponebant. Sic sancita  
 omnium præteritorum ἀμνηστία, exeunte Iulio liber in patrium duca-  
 tum redijt.

Freitag nach  
Pantaleonis

Post Iacobi.

Circa id tempus, noui Commissarij, nomine recens electi Imp.  
 Garoli, Eberardus comes à Königstein & Sigismundus à Pfird ad Hil-  
 des. & Lüneburgensem venerunt, qui arma vtrinque deponi: captiuos  
 principes, & cæteros omnes, vnâ cum causa principali, in Cæsaris,  
 vt ordinarij Iudicis manum tradi; pulsum episcopum Mindensem resti-  
 tuti, & præfecturas, coniugis Erici alimentis destinatas, non imminui  
 aut lædi flagitarunt. Cum autem Hildes. & Lüneburgensis se in  
 Recessu ab electorum legatis proximè dato, & vtriusque partis con-  
 sensu recepto adquiescere, nec absentibus Comitibus, belli socijs,  
 quidquam in eo mutare posse respondissent: Commissarij ad minas  
 conuersi, ingentia pericula & calamitates tristissimas Hildesien-  
 si & Lüneburgensi, reijcientibus oblatas condiciones impendere ostende-  
 runt. Verùm Hild. & Lüneb. in dato responso perseuerarunt.

INDVCIÆ BELL. HILDESIEN.

170  
M. D. XIX.

Paulò post ordines prouinciarum Hildesiensis, Luneburgensis & Brunsvicensis arcu Guelforum coniunctæ, imminetia patriæ grauiora pericula considerantes: iuxta Hæreditarias principum & prouinciarum pactiones, præcipuos prouinciarum consiliarios deligunt, qui saluo electorum recessu, de summa rei componenda & firma ac perpetua pace restituenda agant. Hi dum ad Syders Dammum ineunte Octobri de Pace deliberant: Henricus iunior dux Brunsvicensis conductis copijs, quæ in Borussiam ad Albertum Ordinis magistrum militatum proficiscebantur, denuò in diœcesin Hildesiensem excurrit, & præfecturas Steinbrugen, VVoldenberg, Laffardam, Item monasteria Dernberg & Lamspring, grauisimè adfligit, & direptionibus ac incendijs grassatur. Quare Electores vicini, Albertus arch. Mog. & Magd. Fredericus & Ioannes duces Saxonæ, & Ioachimus Brandeburgensis denuò legatos ad ducem Brunsvicensem & cæteros mittunt, quorum princeps Borho comes à Stolberg fuit, ex cuius amita, Ericus & Henricus Senior, duces Brunsv. nati erant. Hi vtriusq; partis consensu, denuò vnus anni inducias faciunt. quibus durantibus Tres Electores Mogunrinus, Saxo. Brand. Ioannes dux Saxonæ, & Henricus Megapolitanus, arbitri intra sex hebdomadas Diem & locum nominabunt, quo vtriusq; partis querelas audient, & causa cognita, vel amicè transigent, vel adhibita Cæs. M. te controuersias iure decident. Quod si Cæs. M. ante diem Michaelis anni 1520. in Germaniam non veniet, vel non pronuntiabit: tres electores & duo principes nominati, non adhibita Cæsaris M. te, inter Michaelis & Martini, certò de summa causæ pronuntiabunt. VVilhelms Dux Brunsvicensis præstita cautione de 15000 aureorum, & cæteri captiui omnes, data fide de se iterum sistendo, si interea res non transigatur, vsque ad diem Martini anno 1520. liberi erunt. Mindensis episcopus post auditas intra sextam hebdomadam partes, in diœcesin suam restituetur.

Cæteræ controuersiæ, si voluntate partium componi non poterunt, ad arbitrium electorum reijciuntur. Burcardum Salderum, si causa illius non transigetur, Henricus Iunior dux Br. nec receptu, nec consilio, nec opibus amplius iuuabit. Trium prouinciarum Hild. Brunsv. & Luneb. ordines, principum suorum dissidia ipsi lenire & tollere annitentur. nec quisquam alterius hostes in sua ditione fouebit, sed iustitiam aduersus illos petenti ministrabit. His conditionibus vtrinque tum denuò arma deposita & bellum sublatum est. Equitum ducis Henrici stipendia Senatus Brunsvuicensis soluebat, pro quibus præfecturam Exen vrbi Henricus oppignorauit, & in urbem, cum fratre VVilhelmo recens liberato, profectus, conuiujs & choreis senatorum ac ciuium in curia lætus interfuit.

Eodem mense, quo in Saxonia, Hildesiensis & Luneburgensis princeps, episcopum Mindensem diœcesi sua; Sueuici foederis socij,

## DVCEs VVIRTEBERG.

VDA<sup>LD</sup>ricum Ducem VVirtebergensem, hæreditaria ditioe sua exege-  
runt, ex qua continuos quindecim annos exulavit. Cuius belli, et-  
si procul à Saxonie finibus in Suevia gestum est: tamen cum Henricus  
Dux Brunsvicensis, tum Hildesienfi bello occupatus, Vlrici affinis & so-  
rorius fuerit, & alioquin illustre exemplum sit Regulæ, quæ causas mu-  
tationis regnorum proximas, sæpe tyrannidem & libidines esse osten-  
dit: mentionem illius hoc loco faciendam, & causas paulò altius re-  
petitas brevissimè commemorandas duxi.

Primus Dux  
VVirtebergensis, VVormatiæ in comitijs anni 1495, à Maximiliano  
creatus, EBERARDVS, sapiens iustus & clemens, conditor Acade-  
miæ Tubingensis, sequenti statim anno sine liberis obiit. Huic Eber-  
ardus II, frater patruelis successit, cuius ingenium & mores gubernatio-  
ni non idoneos, cum non probaret Maximilianus Imp. nepotem illius  
ex fratre Henrico, VLRICVM, plane adhuc adolescentem, sed ex-  
citata & ferociente, instar pulli equini adhuc indomiti, indole, Maxi-  
miliano se probantem, adiunctis tutoribus & consiliarijs grauioribus,  
Ducatus præfecit, eique post aliquot annos, sororis suæ Cunegundis,  
& Alberti Bauariæ Ducis filiam Sophiam, coniugem dedit, ex qua  
CHRISTOPHORVS optimus princeps, altero coniugij anno na-  
tus est, quod subditorum seditio aduersus principem ob insolitas ex-  
actiones, & pondera ac mensuras diminutas quam *den armen Sutz* no-  
minarunt, ab Vlrico oppressa est.

Cum autem Princeps iuuenis ferocior, animo à coniuge prorsus  
alienato, inhumanius eam tractaret & alijs amoribus indulgens Ioan-  
nem Huttenum aulæ suæ marscalcum interfecisset: aliquot post oc-  
cisum Huttenum mensibus, ad Maximilianum Imp. Viennam profe-  
ctus est.

Absente principe conuenit inter patriæ prima-  
tes, agendum cum Cæsare Maximiliano, vt retineat apud se extra VVir-  
tenbergam annos aliquot principem. Ad id nitebantur coniunx,  
& Dieterich Spet, & Brunick Zelling, vt alios taceam. Minus felici-  
ter processit cœptum. Rediens enim princeps, Theodoricum Spet  
missum fecit, ac vxori mortem minitatus est. Sed circiter festum

Catharinæ vxorem ad patrem in Bauariam abduxit Spetus. Multa  
hoc biennio per Huttenos ac Bauaros tentata, & in comitijs Augusta-  
nis publicè coram Senatu Imperij aduersus VVirtenbergensem, agitata  
sunt & VLRICVS Huttenus, cæsi agnatus, scriptis publicè editis,  
VVirtebergensem impugnabat.

Verum post interitum  
Cæsaris Maximiliani, anno M.D.XIX, cum destinasset Vlricus VVirte-  
berg vindicare iniuriam à Bauaris acceptam, qui coniugem sibi abdu-  
xerant, nactus est occasionem opportunam. Statim enim Rutlinga,  
post obitum Maximiliani Vlricum offendit capto homicida quodam  
ducis

Vndecim  
annos na-  
tum.

1514.

1515.

12. Maij.

1515.

1518.

ducis Vuirteb. ministro in arce Achlem, Quem cum postulatam negaret. Rutlinga, obsessa est & capta, Inde in Bauaros continuo moturus ferrebat. Cum autem Rutlinga armis VVirteb, violata, communi confœderatorum Sueuici nominis, quorum princeps Albertus dux Bauariæ erat, societate contineretur: socij fœderis omnes, quibus commune periculum imminebat, Vlmam conueniunt, simul bellum parant, & mense Martio in Ducem Vvirtebergensem exercitum educunt, Princeps promissis et pecunia Gallia Regis, qui tum Imperium ambiebat & terrore bellorum in Sueuia & Saxonia eodem tempore excitatorum Electores sibi ne quid contra se molirentur motum iri sperabat: incitatus exercitum circiter hominum 40000 collegerat, sed in his Heluetiorum 11000, Vuirteb. deseruerunt reuocati à ciuitatibus Heluetiorum, Nam ita inter Sueuiæ confœderatos, & Heluetios conuenerat, Princeps VVirtenb. primum cessit, bellum mœnibus propulsurus. Stutgardia præsidium impositum est, 13000, hominum, in quibus cum ipse magnam spem posuisset, euentum rei in Kirchen spectare voluit. Primum occupata est Geppinga, statim post dedita Stutgardia nondum viso hoste, O dedecus, descuerunt deinde oppida reliqua, mira felicitate omnia confœderatis cesserunt, præterquam quod milites aliquot in obsidione Tubingæ & Asperg amiserunt. Desperatis rebus (& a Gallis desertus) princeps aufugit, ac in monte Pelicardo ferè sequentibus exilij annis commoratus est.

In Borussia, bellum, inter Sigismundum Poloniae regem, & Albertum marchionem Brandeburgensem, ordinis Teutonici Magistrum, fidelitatis & subiectionis debitæ iusiurandum præstare Poloniae regi recusantem, geri cœpit. fuit is Albertus, vt supra dixi (Friderici Ansbacensis filius, Poloniae regis ex sorore Sophia nepos, frater marchionum, Casimiri, Georgij, Ioannis, Alberti archiepiscopi Magdeburgensis, Vuilhelmi postea archiepiscopi Rigensis) anno 1512 Regiomonte introductus, qui exemplum antecessoris Friderici Saxoniae ducis, qui totos duodecim annos, quibus magisterio ordinis præfuit, iurare regibus Poloniae noluerat, imitari initio studebat, & instructus Germanicæ nobilitatis, & aliorum principum auxilijs, magno animo Polonorum exercitus hoc anno sustinebat. Urbem Dantiscum etiam ipsius auspicijs Vvolfgangus a Schonberg sequenti anno mense Nouembri obsidebat, Sed cum a Polonicis ducibus, varijs in locis ipsius copiæ adflictæ & cæsæ a Iacobo Secignouio ad Seburgum, Guteftadium, Brunsbergam, Rasteburgum; à Stanislao Masouia Duce ad Pissinam, ab Alexandro Ilouio ad Heilsbergam &c. paulatim imminuerentur; & Dantiscani ac Elbingenses, ciuium ac militum suorum virtute, obsidentes repulissent: nauali etiam prælio in sinu VVarmienfi à Dantiscanis profligatæ Alberti naues essent, & iam milites Germani, tot cladibus, inedia, vigilijs, & iugi equitum Polonorum vexatione fracti, & ad paucos redacti, Prussia excederent: Quadriennij inducias Albertus cum Sigismundo rege auunculo pactus est, qui ad pacem eò erat propensior, quòd recens copijs ipsius profligatis Tattarorum impressiones

novas denuò metuebat. A Tataris Casi pròh Magna strage PoLoni in SocaLInIs oCCVbV istis agris.

Bugslaus Pomeraniæ dux, Barnimum filium, VVittebergam, studiorum causa, huius anni initio misit, commendatum Friderico electori Saxonie, qui rogatu Georgij Spalatini, consiliarij sui, Chronicon Ducum Saxonie colligere instituentis, a Bugslao Genealogiam & res gestas Ducum Pomeraniæ ordinè descriptas, ad se mitti petiuit. Is labor Iohanni Bugenhagio, Treptouie tum ad Regum Ludimagistro, per D. Valentinum Stoientinum commendato, impositus est. Qui sequenti anno 1520. Lutheri audiendi causa VVittebergam profectus: cum Psalterij lectione priuata, absente in Pathmo Luthero, primùm Academiae illi innotuisset, paulò post reuerso Luthero, in demortui pastoris VVittebergensis, D. Simonis Benkij locum, invitus & repugnans electus est, anno 1522. Dux Barnimus, cum magistratum scholasticum ea ætate anni 1519. gereret, ad Disputationem Lipsicam, Carolostadium Lutherum & Philippum comitatus est. Interea domi, Bugslaj patris gubernatio, quæ felicissima & florentissima hæcenus fuerat, varijs cum difficultatibus & ærumnis conflictari cœpit, quas latrocinia in dicecesi Caminensi, & passim alibi grassantia, & receptus prædonum in Marchia, qui itinera publica per Pomeraniam infestantes, occasionem defendendi vias & vectigalia Pomeranica, & per Poloniam ac Francofordiam ad Viadrum iter faciendi Prutenis & Liuonis mercatoribus præbebant: & subditorum præsentis status impatientium querelæ & conspirationes augebant, sed præcipuè illum Marchica dissidia recrudescencia & atrociora subinde facta, angebant. Quæ cum amicis aliquot tractationibus componi non potuissent, vtrinque res ad arma spectare videbatur. Quæ tamen, vt in fornicatione lapides mutuo oppositu immoti consistunt; ita mutuis iniurijs & apparatus ostensis, vtrinque continebantur.

Nummi argentei vnciales quos a valle, Germanica voce, Taleros, & Ioachimicos vsitate nominamus, in valle Ioachimica primùm cusi sunt, ac primis Taleris, in vno latere S. Ioachimi effigies; altero, Stephani Slikij, deinde regis Ludoici nomen impressum est.

Laurentius à Bibra, episcopus Herbipolitanus singularis prudentiæ & integritatis laude in toto Imperio celebris, quem Fridericus Saxonie dux etiam in Lutheri causa paulò ante consuluerat, die 6. Februarij decessit, cui Conradum à Tüngen, præterito Friderico marchione Bran. præposito, Casimiri fratre, Collegium substituit.

Anno 1520. ineunte, tres electores, Albertus archiepiscopus Magdeburgensis & Moguntinus: Fridericus dux Saxonie: Ioachimus marchio Brandenburgensis Henricus Dux Megapolitanus, & nomine Ioannis Saxonie Ducis, Fridericus a Thüen: arbitri cognoscendæ & amicè componen-

ponendæ Ducum Brunsvuicensium cum Hildesienſi ac Lüneburgenſi principe controuerſiæ, ZERVESTI conuenerunt vbi Henricus dux Brunsvuicensis, suo & fratris episcopi Mindensis nomine, Recessum electorum de dimittendis facta sponſione captiuis, ante omnia executioni dari, & fratrem Franciscum, in diœcesin Mindensem, vnde vi eiectus erat, restitui, ac cætera iniuste ablata reddi, & damna compensari flagitant. Ioannis Hildesienſis episcopi & Henrici Ducis Lüneburgenſis causam orabat Matthias Meier I. V. D., Henningi Gøden I. C. ex ſore nepos, præpositus collegij montani D. Mauricij prope muros Hildesie. Is propter varia post datum Recessum, à duce Brunsvuicense attentata, captiuos ab Hildesienſi detentos, & iustissimas belli Hildesienſis suscepti causas fuisse, commemoratis iniurijs, quas Hildesio & comitibus Scoenburgenſibus, Hoiensi, Lippiensi & Diepholdico Mindensis præcipue intulisset; ac pro ijs satisfieri æquissimum esse contendebat. Sic toto ferè mense mutuis altercationibus, querelis, conuentionibus & reconuentionibus, consumpto; cùm de summa rei prorsus conuenire non possent: Decretum promulgarunt electores, quo captiuos præstita cautione quam primùm dimitti; & Franciscum ducem Brunſi, in diœcesin Mindensem, certa die, ad quam consiliarios suos missuri essent, restitui iubebant; ac vt post Pascha rursus Zeruesti partes cum arbitris conuenirent, vbi de cæteris controuersijs ex æquo & bono, vel iure dirimendis, denuò ageretur. Hannoueram cum venissent electorum legati; Hildesienſis & Lüneburgenſis ante restitutionem idoneè cauere sibi à Francisco Mindensi, de non vlciscendo &c. volebant, id etsi initio recusabat Mindensis, tandem tamen assentit & in diœcesin redit.

Ad conuentum electorum Zeruesti mense Maio institutum Electores ac principes arbitri denuò conuenientes, Media quædam de compensatione damnorum inter Lüneb. & Minden. in bello vtrinque acceptorum, de soluendis Mindensi 8000. floren. ex mutuo debitis: de oppidis ab Hildes. Brunſui. Lüneb. Mind. occupatis vtrinque restituendis, ijs exceptis, quæ comites Hoienses recepissent: de 15000. à Capitulo Hildesienſi per Lüneb. mutuo acceptis, vt literæ obligationis seruentur: de captiuis tolerabili *λύτρωσις* integrè liberandis proponunt, de quibus dum respondent partes, & de Attentatis vtrinque nouæ disceptationes mouentur: Henricus junior Dux Brunsvuicensis noctu, non salutatis arbitris, Zerueſta discedit, ac postridie per consiliarios de subita auocatione, noctu ad se delata, arbitris se excusat, & se totius causæ cognitionem, Cæsareæ M. ti, cuius in Germaniam aduentus quotidie expectetur permissum, testabatur. Itaque ille etiam conuentus statim dissolutus est.

CAROLVS enim Imp. perlato ad se in Hispanias, per Fridericum Palatinum electionis nuncio & literis, quibus delatum Imperium acciperet, & nulla interposita mora quam primùm in Germaniam acceleraret, electores hortabantur; constitutis in Hispania rebus, & Adriano Cardinali

## CAROLVS IMP. AQVISGR. CORONATVR.

Dertusensi, præceptori olim, & iam consiliario suo præcipuo, vices gubernandæ Hispaniæ committens, in Belgicum, ad accipiendam veteri more Aquisgrani primam Imperij coronam, iam nauigabat; & pridie Pentecostes Doueræ in Anglia appulit, vnde in Flandriam mense Iunio traiecit. Ad hunc Bruxellas in Brabantiam, Henricus Dux Brunf. cum Erici coniuge profectus, & de Gallica præcipue societate, qua nihil odiosius & inuisius eo tempore apud Carolum allegari poterat, Hildes. & Luneb. accusans, grauisima Mandata 20. Augusti edita, à Carolo obtinet, quibus sub pœna proscriptionis & amissionis omnium suorum Regalium & feudorum, iubentur omnes captiuos intra 14. dies in Cæs. M. tis, velut sequestri manum tradere *λύτρα* omnia nondum soluta, non exigere vsq; ad proxima comitia: & in his personaliter comparere, & causam de motu à se bello dicere, & sententiam Cæsaris expectare. Luneburgensi vero peculiariter imponitur, vt arcem V Volpe, intra 14. dies relinquat, vel in persona apud Cæsarem causas, cur non pareat, exponat.

His mandatis mense Septembri ad Luneburgensem delatis, statim ab electoribus & principibus arbitris compromissum ab illis voluntate partium sancitum seruari, & de re tota copiose ad Cæsarem, quid coram arbitris illis hæc actum sit, perscribi petit. Ericus etiam dux Brunf. à Luneb. per literas admonitus, se in scio, hæc mandata impetrata esse respondit. Cùm autem Carolus die 22. Octob. Aquisgranum, atq; inde post coronationem, Coloniam cum electoribus se contulisset: Henricus dux Luneburgensis cum episcopo Hildesienfi & comitibus Colonia profecti, grauisimè apud electores imperij de mandatis è diametro cum principum electorū Recessu pugnantibus conquesti sunt, & intercedi pro se apud Imp. vt iniqua illa mandata aboleantur, & compromissum ab electoribus sancitum seruetur, flagitarunt. Quibus Friderici Saxonix electoris nomine, tandem per Fridericum à Thuen & Ioannem à Mincvitz indicatur petere Electores, vt compromissum vsque ad Trium Regum producat, quo tempore, si Cæs. M. impedita non pronunciet, Electores arbitros vno mense post, vi compromissi, finem controuersix lata sententia imposituros esse. Hanc prorogationem si admittant Hildes. & Luneb. gratum eos Cæs. M. ti facturos esse.

Postquam verò elector Saxonix cum cæteris discessit: Hildesienfi & Luneburgensi in hospitium Cæsaris vocatis, per consiliarios Cæsaris, episcopum Tridentinum, Doctorem Lamparter, & Baltasarum V Valdkirch indicatur Cæsaream M. tem in proximis comitijs vtrinq; partem audituram, ac in primis ad instantiam coniugis Erici & Cæsarei Fiscalis causa cognita, pronunciaturam esse. Interea captiuos omnes vsque ad finem comitiorum dimitti, nec *λύτρα* exigi ab alijs debere. Hildesienfis & Luneburgensis, etsi præter omnem expectationem contra Friderici electoris proximum responsum, contra electorum, qui causam cognouissent, & coram quibus ad sententiam conclusissent, Recessum, hæc iam sibi proponi

poni querebantur, tamen triduo post in aulam reuocatis, præfente Cæsare, per Cardinalem Gurcensem ipsis indicatum est, Cæs. M. diutius anno iam, vt controuersia illæ amicè transigerentur, laborasse: cum autem nihil effectum sit: Cæsaream M. rem velut ordinarium Iudicem & Dominum, causam totam in proximis Comitijs ad Trium Regum cognoscere, & intra sex hebdomadas ex æquo & bono componere, vel iudicialiter pronunciare velle. Itaque omnibus qui eos accusare in comitijs volent, ac imprimis E R I C O, duci Br. quem à iuramento suo, quod de non vlciscendo vi aut iure, Luneburgensi dedit, tantquam vi & metu extorto, Cæsar liberet; & coniugi illius, ac Fiscali Cæsareo eos respondere, captiuos etiam tantisper præstita cautione dimittere iubet. Etsi autem Hild. & Luneb. causam iam dudum ad sententiam conclusam, à Cæsare & tribus elect. & principibus arbitris, vi compromissi, decidi, & ducis Erici obligationem non rescindi petebant: tamen Imp. Compromissum ab electoribus erectum, iam expirasse, & ad se, velut ordinarium iudicem causam deuolutam esse, opponens, in sententia permansit, eamque per decretum vtrique parti die 15. Nouembris publicauit.

Henricus Dux Luneburgensis Colonia domum reuersus, cum Cæsaris animum aduersus se exacerbatum, ac ob societatem Gallicam imprimis grauissimè sibi irasci animaduerneret, & aliæ difficultates domesticæ accederent: Gubernationem ducatus filijs suis Ottoni & fratribus, consensu ordinum resignat, & spontè relicta patria in Galliam ad regem Franciscum proficiscitur, quæ profectio grauiolem Cæsaris indignationem & odium aduersus eum inflammauit. Ernestus, Henrici filius adolescens, qui in aula Gallica aliquandiu vixerat, ab Henrico, non multò post in Germaniam remissus est. Anno 1520. exeunte VVilhelmus dux Brunsvicensis, denuò se Sturevaldi, episcopo Hildesienfi captiuum sistit, ceteri captiui nobiles, Hildesiam & Luneburgam reuersi, nouis obligationibus & vadibus datis, dimissi, ad proximum Pascha, nisi interea transigeretur, denuò se sistere iubentur.

Burcardus verò a Saldern, quem in prælio Iohannes a Plettenberg captiuum duxerat, assidua Hildesienfis & Luneb. sollicitatione, tandem Duci Lunæburgensi, vt Cellæ se sisteret in custodiam traditus erat, ibi igitur usq; ad finem belli & Pentecosten anni 1523. commoratus, tandem ab Henrici ducis Luneb. filijs libertati pristina restitutus est.

Coloniae Nonis Nouembris, FRIDERICUS Saxoniae princeps elector, cum de doctrina Religionis Controuersia inter Lutherum & Pontificios exortæ tum maximè feruerent, Leone anathematis Bullam in Lutherum fulminante: Fridericus *ιδιοελευεν* in re tanta, & solus iudicium sibi sumere de doctrina nolens, multorum sapientum, senum & eruditorum, ac in his, Erasmi etiam consilium, quem Louanio Coloniæ euocarat, sciscitatus est.

In primo

In primo congressu, cum Erasmi iudicium de causa Lutheri Princeps peteret & inter cætera se mirari diceret, tantam odiorum acerbiter aduersus Lutherum, cuius ipse vitam ac mores integros & doctrinam non impiam esse doceretur, à quibusdam monachis & Pontifice ipso exerceri: ille à ioco exorsus non mirari debere principem ait cum monachorum ventres & Papæ coronam Lutherus suis disputationibus attigisset. Postea seriò & grauius suam de controuersijs eo tempore motis sententiam exponens, ostendit, iustè à Luthero indulgentiarum & alios abusus ac superstitiones taxari, earumq; emendationem ecclesiæ necessariam, ac summam doctrinæ Lutheri veram, & omnibus bonis gratum esse, quod à ceremonijs & constitutionibus humanis, & quæstionum scholasticarum argutijs, ad veræ pietatis officia, & puros Euangelij Christi fontes, ecclesiam reuocaret. Sed in contentionibus cum aduersarijs nimis vehementem & violentum videri. Ideoque optare se, vt stili asperitatem moderetur Lutherus, & causam CHRISTI Christiana mansuetudine agat, & ciuili modestia ac lenitate potius bonorum animos allicere studeat, quàm acerbitate stili optimam causam deformare. Hoc sapientissimi & doctissimi viri iudicio senili, confirmatus Fridericus, ostendit se, etiam si videat, quantum sibi & suis periculi immineat, tamen agnitæ veritati non aduersaturum esse. De stili autem violentia moderanda, grauisimè ad Lutherum postea scripsit. Verùm is naturæ & spiritui suo indulgens, & intempestiuus aduersariorum condemnationibus ac inuectiuis subinde irritatus, quotidie ardentiori impetu, & zelo planè Eliano, totum Antichristi Romani regnum oppugnauit: & omnes articulo, bulla Pontificia damnatos constanter asseruit, & reuocationis loco, captiuitatem Babilonicam de septem Sacramentorum abusus edidit, & paulò post, duos superstitionis regni Pontificij neruos, vota monastica, & Missas priuatas, incidit, ac vt Ilex duris tensa bipennibus ab ipso ducit opes animumq; ferro; ita ipse cursum illustrandæ veræ euangelij doctrinæ, & taxandi errores ac superstitiones Pontificias, inter potentissimorum Europæ monarcharum aduersationes, constanti & ingenti animo & felicitate miranda perpetuò vrsit ac confecit. Erasmus altero post colloquium cum Friderico Saxone habitum die, ad Conradum Peutingerum Cæsaris consiliarium scribit, & Lutheri causam arbitris doctis, integris & ab omni suspitione alienis delegari in futuris VVormatiæ comitijs consulit. *in Epistolis fol. 435. 436*

Eodem anno & mense ferè, quo Carolus Regni Romani insignia Aquisgrani accepit; sororis Caroli maritus, Christiernus Daniæ Rex, Holmia Sueciæ metropoli, post diuturnum aduersus Suecos bellum, tandem sancita omnium præteritarum offensionum ἀμνηστία, & legum ac immunitatum regni veterum conseruatione promissa, potitus, REX SVECIAE coronatus est; sed inuitatis ad conuiuium coronationis præcipuis regni proceribus & episcopis, cum hi, dissimulante aliquantis per iram & vindictæ cupiditatem Christierno, & comica facie ac verbis blandissimis, Tragicum animum & sæuitiam immanem tegente, omnia salua existimantes

mantes, magna frequentia conuenissent; & conuiuia ac choreas læti agerent: tertio post coronationem die, comprehensis omnibus, qui superioribus annis ipsi aduersati fuerant, episcopis duobus, & proceribus circiter sexaginta & in his Erico, Gustauī postea regis patri & consulibus oppidorum ac ciuium plurimorum ceruices in foro præcidi, & nudos sub die aliquot dies abijci, quosdam paulò antè defunctos ex sepulchris effodi, & tandem cremari iussit.

s. Nouemb.

Quæ immanis & inaudita sæuitia causam subitæ mutationis & euerfionis regni Christierni præbuit. cuius occasione, à Regia illa gentis Danicæ familia, ad GVSTAVVM Erici, multò humiliore, sed honestissima antiquæ nobilitatis Suecorum gente ortum, atque eo tempore, ex captiuitate Danica Lubecam elapsum, Sueciæ regnum translatum est; iuxta Regulam. Propter tyrannidem, iniurias, contumelias & dolos, Regnum à gente in gentem transfertur,

Christiernus eques auratus,

Gustatus Sture.

Ioannes

Birgitta.

ERICUS eques auratus à Christierno  
Danicæ rege trucidatus,

GVSTAVVS Rex Sueciæ.

Ciuitatum Saxonie maritimarum & aliarum Londini negociantium nomine, legati Lubecenses & Hamburg. cum Anglis de priuilegiorum suorum conseruatione acturi, Brugis multos menses commorati, tandem re infecta redierunt. Causam verò seu prætextum Anglis, in mercatores Anzæ grassandi, præbuit; quod Anglicæ aliquot naues, in mari Balthico à Danis spoliatæ fuerant, quod à Lubecensibus & eorum socijs factum, rex Christiernus ad Anglum scripserat. Itaque Cardinale Eboracense imprimis ciuitatibus aduersante, magno detrimento harum ciuitatum mercatores in Anglia adfecti sunt.

Duces Megapolitani Henricus & Albertus, fratres, patrium ducatum ita diuiserunt, vt singuli, præfecturis & arcibus certis soli seorsim fruerentur & præessent: In nobilitatem verò ac vrbes maiores sedecim, communem jurisdictionem haberent.

HAVELBURGENSI episcopo Ioanni, die 10. Augusti defuncto, collegiū suffragijs consentientibus, virum nobilem, & facundū, I. V. Doctorem GEORGIVM à Blumendal, Prignicensem, substituit, quam electionem Leo X. statim confirmauit. Sed Ioachimus I. elector Brandenburg. ecclesie illius patronus, Hieronymum Sculterum, episcopū Brandenburgensem, ingenio & eloquentia præstantem, consiliarium & compatrem sibi familiarissimum, augere Dignitate illa volens, à fratre Alberto Magdeburgense & Moguntino archiepiscopo Cardinale adiutus, contra Leonis X. Decretū, & capitulo invito ipse eum toto comitatu aulico stipatus, sequenti anno introduxit, Georgius à Blumendal, jus suum legitima electione acquisitum vrgens, in etiam Romanā litem differt, vbi in iudicio causa disputata, electionis eius denuò

denuò per sententiam confirmata est. Sed intercessione Pontificis, & aliorum principum rogatu, cum Lebusiensem episcopam ipsi marchio deferret & in Raceburgensi assequenda iuuaret, sponte de jure suo tandem cessit, vt postea dicemus.

Sigismundus Augustus Poloniae postea rex, patre Sigismundo, matre Bona, Ioannis Galeacij Ducis Mediolanensis & Isabellæ Aragoniæ filia, Calendis Augusti natus est.

Hyemem huius anni calidam & perpetuis ferè zephyris spirantibus humidam, ac omni glacie carentem in Saxonis urbibus pestilentia sæua anno proximo secuta est.

M.D. XXI. Quo ineunte, comitia Imperij prima, Carolus V. Imp. celebravit, in quibus forma Gubernationis & Senatu Imperij, absente Carolo rempublicam administraturi, & Camerae iudicio, & pace publica, & alijs ad Germaniæ salutem pertinentibus negocijs constitutis, Brunsvicensium etiam ducum aduersus Hildesensem & Luneburgensem causa cognosci debebat. ad quam tractandam Duces Brunsvicenses ipsi, & ab altera parte Hildes. episcopus, Otto dux Luneb. nomine patris in Gallia absentis, & Antonius comes Scouenburgensis profecti erant. Sed hi, dilata in quintum mensem causæ illius tractatione, relicti suo loco consiliarijs, domum redierunt. Tandem Imp. Commissarios cognoscendæ causæ decernit, & 27. Maij promulgato Decreto sub pœna proscriptionis, captiuos omnes & arces occupatas, in Cæsareæ M. tis manum tradi iubet, donec causa, vltorius iure vel amicè tractata, componatur. Interea se cum cæteris electoribus & principibus de tota causa diligentius cogitaturum, & sententiam laturum esse. aut, si interea vel ordinum prouincialium, vel aliorum principum intercessione transigantur controuersia, id ratum habituram esse Cæs. M. perinde ac si ipsa sententiam tulisset.

Cum autem episcopus Hildes. qui ante latam sententiam, V Vormatiâ discesserat, & Dux Luneburgensis, reuisionem sententiæ per Supplicationem peterent, & ad ordinariam Iuris cognitionem se offerrent: & VVilelmum ducem Bruns. ac cæteros captiuos ad diem Trinitatis proximum in custodiam redire episcopus iuberet; consiliarijs etiam Cæsareis, mense Iunio, cum mandato de relaxandis captiuis, Hildesiam missis, denuò se non posse parère respondisset; imò compedibus captiuos arctius astringeret: Duces Brunsvicenses Henricus & Ericus, statim se ad Cæsarem in Brabantiam conferunt, & de episcopi inobedientia & contumacia queruntur.

Quare Proscriptionis sententiam Imperator aduersus episc. & collegium Hildes. Henricum ducem Luneb. & Antonium Scouenburgensem die 24. Iulij Gandau promulgat. & redeuntibus in Saxoniam Ducibus Brunsvi-

Brunsvicensibus; Caduceatorem adiungit, qui episcopo Hildesienfi, & ipsius confœderatis, Mandato cæsareæ M. tis de captiuorum relaxatione non parentibus, sententiam Proscriptionis denunciaret, & huius proscriptionis. Cæsareæ executores, Duces Brunsvicenses à Cæsare constitutos, vt proscriptorum ditiones in suam potestatem redigerent, autoritate Cæsareâ iuuaret.

Duces Brunsvicenses Ericus & Henricus, optatissimam de episcopo Hildesienfi, hoste suo, se vlciscendi, & ditionem ipsius occupandi occasionem, vtrâq; manu arripientes, Landgrauij Hassiæ & ciuitatum suarum, Brunsvigæ, Gottingæ, Hannoueræ & cæterarum auxilijs, Diocesim Hildesiensem, exeunte Augusto, hostiliter inuadunt. ac primùm Hundesruccam arcem (nunc Erichsburg) octiduum oppugnatam, ad ditionem cogunt. Inde Bodenuerder, oppidum, & arces Lauenstein, VVintzenburg, Poppenburg, Grunnau, Koldingum, quod Conradus ab Alten tenebat, occupant. Sarstedium exurunt. Ad Steinbruggæ obsidionem, die Matthæi inchoatam, ciuitas Brunsvuicensis ter mille ciues auxilio misit, sed intra paucos dies patefacto aditu vi irrumpentes ducum milites, munitionem capiunt, & Ioannem Berner præfectum, Obergum, & alios præfidiarios trucidant, & continuato victoriæ cursu Sladenam, VVidelage, VVinneburg, Loiffenberg, VVoldenberg etc. in potestatem redigunt. Præfecti enim arcium diocesecos, viri nobiles, quorum plariq; pro certis pecuniæ summis oppignoratas præfecturas tenebant: potentiam & successus felices ducum Brunsvuicensium cernentes, vt sibi ac pignoribus suis cauerent communicatis inter se consilijs, episcopo & collegio Hildesienfi significant, nisi fortiora præsidia hostibus opponantur, se rueri aduersus vim hostium domos sibi creditas non posse. cumq; episcopus subita & inexpectata suorum defectione, & hostium successibus consternatus, & ad fratrem Ericum Monasteriensem episcopum profectus nihil responderet: pleriq; præfecti, arces Hildesienfis diocesecos, sibi ab episcopo commendatas, spontè ducibus Brunsvuicensibus tradiderunt: VVoldenburgum, cui 28. pagi subiecti erant Asuinus à Portfeld triginta millibus aureorum tenens: Lebenburgum Suicheldus quidam 6000. VVidelag propè Goslarum Hermannus à Domo 9000. Poppenburgam ad Leinam, Ioannes à Reden 12000. Ertelsam, Iodocus à Münchausen 9000. Grondam, Eberard à Monchausen 14000. VVinnenburg, Fridericus à VVeuerling 8000. Lutram, Ioannes Bock 7000. Olbiam, Burcardus à Rutenberg 6000. Mariæburgam, Conradus & Leuinus à Velthem, 12000. VVesterhouen quidam ab Oldershausen 11000. etc. Hi præstito ducibus Brunsvuicensibus fidelitatis iuramento, & promissa 30000 aureorum multa, præfecturas suas retinuerunt.

Fridericus elector & Ioannes Saxonix duces, legatū ad duces Brunsvv. in castra miserunt Vitum à Drachsdorff, monentes, ne aduersus nepotes ex sorore suos, duces Lunæburgenses quidquam hostile susciperent, alioquin se ipsis ratione cognationis arctissimæ, non defuturos esse. Respondent Brunsvuicenses, nihil se contra illos moliri ac ferre posse vt amica transactione cum illis controuersia omnis tollatur. Quare legati ab electore Friderico, Ioanne, & Georgio, Saxonix ducibus, Brunsvvigam exeunte

M. D. XXI. Septembri ablegati sunt, quò paulò post Ericus & Henricus duces Brunsvv. ex castris ad Peinam ipsi venerunt, ac 12. Octobris tandem his conditionibus transfegerunt, vt Otto & Ernestus duces Luneburgici omnes captiuos à patre ipsis relictos sine λύτρω, præstita tantùm cautione de non vlciscendo, Similiter Ericus & Henricus Brunsvvic. suos captiuos, Principum intercessorum legatis in manus tradant, Arcem VVolpe Ericus recipiat, Damna vtrinq; compensata iudicentur, Coniunx Erici ab actione Luneburgensibus intentata desistat, præteritarum offensionum ἀμνηστία sit, Vetera pacta & vniones Hæreditariæ deinceps inuiolatae seruentur. neutri aliorum hostes recipiant aut foueant, Fridericus etiam Deipholti comes, & vtriufq; partis consiliarij, ministri, subditi, aduocati etc. eiusdem reconciliationis & pacis beneficio fruantur, Operam quoq; duces Bruns. dabunt, vt Otto ac Ernestus Luneburgensis, eorumq; subditi, vnà cum comite Deipholto, in Cæsaris gratiam restituantur. Schounburgenses comites, & Simon Lippiensis, iam ante Philippi Hafsiaë principis intercessione cum Brunsvvicensibus transegerant, & Hoienses oppidorum suorum recuperatione contenti quiescebant,

In solum igitur episcopum Hildesensem omnis belli Brunsvvic. moles incumberebat. Huius arcem & oppidum PEINam circa Michaelis diem Duces Brunsvvicenses iterum obsidione cinxerunt, quæ, capto & exusto oppido, & arce tormentis validè concussa & aliquoties irritò successu oppugnata, vsq; in Nouembrem durauit. Cùm igitur fortissimè arcem illam, Fridericus ab Oberg, eques auratus, cui pro 15000. aureorum præfecturam illam episcopus multò ante oppignorauerat, cum militibus præfidiarijs circiter octingentis defendissent: principes Brunsvvicenses mense Nouembri obsidionem soluunt, & in discessu circiter triginta pagos præfecturæ illius exurunt.

Milites qui arcem propugnauerant, multorum mensium duplicata stipendia flagitabant, quæ cum soluere episcopus & capitulum non posset: Hildesensi Senatui & ciuibus arcem pignori dederunt qui placatis stipendio militibus, & cum Oberg pacti, in suam fidem subditos receperunt, & nouis præfidijs in arce collocatis, suos præfecerunt, Nouo etiam & arctiore foedere, cum episcopo & collegio se ad mutuam defensionem obstrinxerunt: & varijs eruptionibus in vicinos Ducum Brunsvvicensium pagos, anno exeunte, factis, magnam frumenti, pecorum, omniumq; rerum ad victum pertinentium copiam, in urbem inuexerunt.

1522.

Ciuitates confœderatæ, quas Anficas seu maritimas nominant: circa principium anni Goslariæ conueniunt, & cum Hildesensibus diligenter agunt, vt à bello abstineant, nec episcopum suum ab Imperio proscriptum adiuuent. Id non ipsis solùm, sed toti Saxonix, restituta pace, vtilissimum futurum esse. Legatus vrbis Hildesensis Consul Henningus Brandes se à consilijs pacis honestæ non alienum esse, verùm nihil se absq; Seniorum ac collegarum, & ciuium consensu pacisci posse ostendit.

Domum

Domum reuersus, cum postulata ciuitatum confœderatarum Senatui & ciuibus delectis exponeret: tantus bellandi ardor in ciuibus erat, vt consulem Pacis mentionem facientem, non fideliter consulere Reipublicæ, sed cum hostibus colludere suspicarentur: ideoq; consulem domi se continere captiuum iubent. Consilium duodecim virorum bellicum antea institutum, quaternis & Collegio & nobilitate ex Senatu augent. & in præfecturas, Ganderfen, Sesen, Blomenhagen, cum currulibus suis munitio- nibus passim excurrentes, prædas opimas abigunt, & incendijs grassantur.

Episcopus etiam Hildesienfis, ipsis Calendis Ianuarij, à fratre Mona- steriensi episcopo reuersus, noua peditum & equitum VVestphalicorum auxilia primo vere adfutura pollicetur. Quem nuncium Henricus Dux Brunsvuicensis accipiens, distributis in oppida præsidijs, statim post Ca- lendas Ianuarij denuò in Brabantiam ad Imp. Carolum, in Hispanias iter apparantem, Pegafario cursu contendit, & mandata ad episcopos & ordi- nes VVestphaliæ, aliosq; principes vicinos, ne quis proscripito episcopo mi- litet, facile à Cæsare impetrat. Ad Hildesiensem quoq; ciuita-

tem, quæ sua virtute & viribus præcipuè episcopi partes sustinebat: Impe- rator & Moguntinus legatos & mandata de non iuuando episcopo pro- scripto, mittunt. quæ Hornburgi, euocatis ex Senatu Hildes. initio Apri- lis proposita sunt. Cum autem in urbem relata Cæsaris manda-

ta & ciuibus prælecta essent: hi amore belli insanientes prorsus parère re- cusant. Nam episcopus, paulò antè in diœcesin Mnasteriensem & ad Geldriæ ducem, noua equitum peditumq; auxilia, quibus iam hospitia Hildesiæ designabantur, adductum profectus erat.

Itaque redintegrato post Pascha bello, aliquot hebdomadis propè Hannoueram Principes cum exercitu excubabant, vt episcopū ex VVest- phalia redeuntem, antequam cum copijs Hildesiam attingeret, oppres- sum arcerent. Cum autem ERICVS episcopus Monasteriensem, ex quo spes Hildesienfis omnes præcipuè pendebant, rebus humanis interea, ex- emptus: ideoque equites VVestphalici, Hildesiensibus auxilium laturo, qui iam in procinctu erant, rursus dissipati essent: & episcopus inanis Hildesiam rediret, Principes Brunsvuicenses ad reliquarum arcium & ci- uitatum diœcesis occupationem conuersi, primùm Gronauu oppidum, ab Hildesiensibus receptum, denuò expugnantes, crudeliter direptum, exurunt. Deinde ALFELDUM ciuitatem deditione capiunt, & 6000. flo. mulctant. Postea VVintzenburgum arcem octo dies oppugnatam oc- cupant. Inde Marienburgam conuersi, subitò ad montem metropoli Hildesienfi imminentem, 20. Iunij castrametantur, ciues erumpentes, vt ædificia Canonorum in monte incenderent, ab hostibus in urbem repul- si sunt. Vesperi Cartusiense Cœnobium, traductis in urbem monachis, & Iohannitarum curiam, ipsi exurunt, & in arces Sturevaldum & Peinam com meatum mittunt, & duos Senatores Henningum Kõnerdingum & Conradum Kyne, Peinæ præficiunt. Interea fulminare in urbem tormen- tis & globis ignitis principes ex monte cœperunt, quibus præter sex homi- nes, plus damni non datum esse vrbi, quam centum florenis sarciri posset,

## HISTORIA BELLI HILDESIENSIS.

annotatum inuenio. Decimo quarto obsidionis die, ciuitatum Goslariæ, Magdeburgi & Embecæ legati in castra veniunt, & factis bidui inducijs, de Pace certis conditionibus ineunda in templo D. Nicolai, inter urbem & montem sito, agunt. Re ad ciues in urbem delata, omnem deditiois & pacis talibus conditionibus faciendæ mentionem ciues abominantur, & se ad extremum usq; spiritum, & solos, & cum alijs, pro sua vrbe & patriæ libertate propugnatuos esse, respondent. Id cum legatis urbium vesperi significatum esset, postridiè denuò fulmina in urbem vibrata, & segetes circa urbem vastatæ sunt, quas tamen in maxima agrorum parte, à castris hostium auersa, equites præsidarij & ciues cum currulibus suis munitionibus excurrentes, circa urbem tutati sunt. Ita, cum mensem ferè principes irritò conatu Hildesiam oppugnassent, die Margaretæ soluentes, PEINAM denuò obsident. Ciues Hildesenses obsidione liberati, in vicinas principum præfecturas rapinis & incendijs denuò grassantur, & Eldegeßam oppidum captum & direptum exurunt. In arcem Peinam trecentos milites saccis pulueris tormentarij onustos, per medias hostium excubias, immittunt. Domi verò Henningum Brandes, qui pacis studiosior videbatur, deponunt, ac in locum illius Henningum Könerdingum Peinæ præfectum, absentem, substituunt.

Principes interea Brunsvuicenses, Ericus, Henricus & Franciscus, arcis Peinæ oppugnationem strenuè vrgent. Sed pridie Bartholemæi, magna suorum strage arcem adorti, foedè repulsi, multi trucidati, & princeps Henricus glande pedem vulneratus, in arcem Lycaoniam deportatus est. Sequenti hebdomade, Ericus & Mindensis militem Peina abductum, in oppida & pagos passim distribuunt. Soluta obsidione præfectus Peinæ, Henningus absens consul creatus, relicto in arce necessario præsidio, cæteros milites in urbem reducit, & in Canonicorum curias distribuit, donec stipendia ab illis persoluta essent.

Die Michaëlis episcopus Ioannes, Dux Saxonie, octingentos equites ex diocesi Monasteriensi tandem Hildesiam adducit. Quibus coniunctis, aliquoties in vicinam Erici ditionem excursiones faciunt, oppidum Battensee cremant, in præfecturis Calenberg, Homberg, Stoffenberg, rapinis & incendijs grassantur, oppidum & arcem Sesen vi expugnant, Coldingenses pagos diripiunt. Sed cum exacto mense, equitibus improbè flagitantibus & dira minantibus, stipendium numerare episcopus & Canonici non possent: orto in vrbe tumultu, ciues armati forum occupant, & catenis platearum aditus muniunt, ne conuenire equites, & ciuium domos diripere possent.

Cum igitur belli facietas vtrinque ciuitates cepisse videretur, Senatus Brunsvuicensis, assentientibus principibus, Hildesenses in vicum territorio illorum vicinū euocant, vbi de dimittendis equitibus peregrinis & pacis consilij instituentibus, eos spontè iam idè cupientes admonent. Transactū igitur cum equitibus est, vt datis octo nobilibus obsidibus, de soluendo, quod in ipsos eorumq; equos alendos impensum erat, ciuibus cauerent, & circa

circa Martini diem ex vrbe discederent. Secutus est conuentus Goslariensis, in quo ciuitatum legati, compositionem inter principes Bruns. & Hildesienfes antea tentatam, perficere conabantur, & media, ad vtriusq; partis ratificationem, communi deliberatione proposita erant. Quæ cum Hildes. episcopo & ciuibus iniquiora viderentur, re infecta discessum, nec eo anno quidquam præterea memorabile in hoc bello gestum est.

Post Epiphania, delecti ex collegio, Nobilitate & Senatu Hildesienfi, Noribergam ad comitia proficiscuntur, vbi post duorum mensium moram, Ferdinandus, Albertum archiepiscopum Moguntinum, & Georgium Saxonie ducem, ac ciuitates vicinas, Goslariam, Magdeburgum etc. commissarios nominat, qui proximis Calendis Maij **QVEDLEN**, **BVRGI** controuersias cognoscant & componant. Interea Erici milites, noctu, in montem vrbi Hildesie imminetentem, & multis Canonorum ædibus templo D. Mauricij contiguis insignem, impressione facta, homines & pecora abigunt, & ædificia reliqua incendunt. Hildesienfes contra Boideburgenses salinas vastant, & pecora ex pagis passim abducunt.

1523.

Post Pascha, in conspectu vrbis Hannoueræ, pagos incendunt, & pecora abigunt. Itaq; ciues irritati, cum principe suo Erico, vicissim pagos præfecturæ Sturevaldensis spoliant, & prædam duplo maiorem recipiunt.

Interea **QVEDLIN**burgi Albertus archiepiscopus Mog. & Magd. & Georgius Saxonie dux, & ciuitates, Goslaria, Magd. & Eimbeca, quibus à Cæsare causa commissa erat: vnâ cum vtroq; principe Brunsvuicenses, & Hildesienfis Collegij nobilitatis & vrbis legatis initio Maij conueniunt: episcopo Hildesienfe Halberstadij in vicinia exitum expectante, vbi tandem vtriusq; partis consensu ita transactum est, vt armis vtrinq; depositis, inter episcopum Hildesiensem ac ipsi coniunctos, & Duces Brunsvuicenses, eorumq; socios Pax fit: Ericus & Henricus duces Brunsvuicenses, quæcunq; oppida, arces, cœnobia, episcopi & diœcesios Hildesienfis, à Cæsare & Imperio proscripsi occupassent; retineant: Vvilelmus dux Brunsvuicensis captiuus sine λύτρω liber fit. Gladius Erico duci Brunsvuicensi in prælio Soltauensi ademptus, & in summo templo Hildesie suspensus, Duci reddatur. Captiuus omnes vtrinq; liberi dimittantur. & abolita proscriptione Hildesienfes cum collegio & nobilitate in gratiam Cæsaris recipiantur. Nobiles diœcesani, quorum prædia & domos in bello duces Brunsvuicenses in suam ditionem redegerant, Goslariæ, ad Bartholemæi, cognoscent, quid ex gratia principes victores singulis reddituri sint. His ita transactis, Hildesienfes domum reuersi, captiuum principem Brunsvuicensem Vvilelmum in curia conuiuio exceptum, & in arcem Steinbrug deductum, libertati pristinae restitunt. atq; ita finis bello Hildesienfi, quarto, postquam cœptum est, anno tandem imponitur.

pridie Al-  
censionis.

Sunt autem præfecturæ, (licet harum aliquot, Ertelsen, Gronauv, Bodenyverder, Layyenstein, Hallerburg & alie, ab Ottone & Friderico

## NOMINA PRÆFECT, EPIS. HILDES.

Ducibus Brunsvuicensibus & Lun, Bernhaldi filijs, Anno 1433. Magno episcopo & collegio Hildesheimensi, pro triginta milibus aureorum nummum pignori solum concessa fuerunt) quas episcopo Hildesienfi ademptas, principes Brunsvuicenses suo ducatu adiunxerunt, Nouendecim: nobilium arces sedecim: oppida maiora septem, cœnobia octo. Arcium nomina sunt, VVoldenberg cum 28. pagis. VVintzenburg cum 25. pagis. Lebenburg 18. & 4. Cœnobijs. Hundesrugge, nunc Erichsburg appellant, 16. pagi, & oppidum Dassel. Ertelsen 24. Poppenburg 6. pagi, & cœnobium VVittenborg. Rude, 12. Lauuenstein 25. pagi 3. oppidula & vni cœnobium Gronde, 9. Steinbrugg, 8. VVidelag, 10. VVineburg, 3. Luter, 5. Sladem 6. Koldingen 8. VVesterhoue 15. VVoldestein 9. Gronavv 2. Hallenburg 3.

Oppidorum nomina, Alueld, Bokelen, Bodenuuerder ad Visurgin, Hamelia pars dimidia, Grunnauv, Dassel: & his minora, Lauuenstein, Lamspring, Ertfel, Elsa, Boidenburg, Hemmendorp, Soltgittern.

Cœnobia celebriora, Ringelheim, Lamspring, Dernburg, Dorstatt, Vittenborg, VVilfinghausen, Reiffenberg, VVoltigerode, etc. Quæ omnia Imp. Carolus V. Augustæ postea in Comitijs anni 1530. in feudum Ducibus Brunsvuicensibus, ritu & literis solennibus contulit, vt sanè exigua spes recuperationis illorum superesse episcopo & collegio Hildesienfi videatur, tametsi voluntas & conatus, electis subinde potentibus vel gratiosis in aula Romana & cœsarea, episcopis, collegio non defuerit.

Tantam oppidorum & arcium iacturam episcopus Hildesienfis, motu bello non necessario, & pertinacia in captiuis, mandante Cæsare, non dimittendis, incurrit, ac de tota diœcesi amplissima & potentissima, tres solummodo arces, Sturvaldam, Peinam & Mariæburgam, vnâ cum metropoli Hildesia & Peina conseruauit.

Cum verò armis amissa recuperare episcopus desperaret, ad ius confugit: cuius viam Quedlinburgensi actione sibi non præclusam iudicabat. Itaq; Romæ litem coram Adriano Pontifice, Ducibus Brunsvuicensibus intendit, & spoliatum se ante omnia restitui petit. Pontifex cognitionem causæ in auditorio Rotæ Mercurio de Vipera commendat. vbi cum vsq; ad promulgationem sententiæ deducta esset, Duces Brunsvuicenses apud Clementem VII. obtinuerunt, vt cognitio causæ ex Rota, ad Petrum Cardinalem Anconitanum transferretur. Statim autem subsecuta vrbs Romæ direptione & Cardinalis morte improuisa; non vlterius processum est, donec decennio post, Valentinus à Teleben litem re assumeret. vt suo postea loco commemorabimus.

1527.

1537.

Nunc ad 1521. annum, à quo, vt belli Hildesienfis seriem integram contexerem, digressus sum, redeo, in cuius Comitijs VVormatiensibus tum alij Saxonie Principes, tum verò in primis Fridericus elector interfuit: qui Lutherum, ab Imperatore coram audiri, die 17. & 18 Aprilis, & cum paulò post, impulsu Pontificij legati Aleandri, ab Imperatore proscribendus esset, redeuntem domum, à fidis hominibus ex itinere in arcem Isennacensem, quam Pathmon suam ille postea nominabat, abduci & occultari donec ex Germania Cæsar abijisset, curauit. Quibus ipsis diebus 10. anni fratri Friderici, Io. Ernestus Saxonie dux, ex Margaritha Anhaltina,

die 10

die 10. Maij: & Henrico Duci Saxonix, Friderici patrueli, Mauritius, postea elector, ex Catharina Megapolitana, die 21. Martij, in lucem editi sunt.

EDICTVM CAROLI V. aduersus Lutherum VVormatix editum verbosiss, nescio an adscribere sit operæ precium. CAROLVS V. diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germanix, Hispaniarum, vtriusq; Sicilia, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatix, Croatiæ, &c. Rex. Archidux Austriæ. Burgundiæ, Brabantix, Styriæ, Carinthiæ, Carniola. Comes Habsburgi, Flandriæ, & Tirolis, &c. Vniuersis & singulis Sacri Romani imperij electoribus, alijsq; principibus, tam ecclesiasticis, quàm secularibus: Archiepiscopis, Episcopis, prælatibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, præfectis, præsidibus, iudicibus, scultetis, burgimagistris, consulibus, scabinis, ciuitatum, oppidorum, villarum, terrarum, & quorumuis aliorum locorum communitatibus. Nec non Vniuersitatum, Studiorum siue Gymnasiorum rectoribus, & locum tenentibus, seu officialibus eorundem, ac cæteris quibuscunq; Nobis tam iure sacri Imperij, quàm hæreditario, aut alio quocunq; modo subiectis & fidelibus dilectis, cuiuscunq; status, gradus, aut conditionis sint, & ad quos presentes, vel earundem exemplum, nostro, vel alicuius Prælati ecclesiastici sigillo, siue etiam publici Notarij manus subscriptione communitum peruenerit, Gratiâ Casaream, & omne bonum.

Ad veri Romanorum Imperatoris officium pertinet, non solum fines huius sacri Imperij, quod præcessores nostri Germaniæ principes, ob defensionem Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Ecclesiæ, suo suorumq; sæpius effuso sanguine, per diuinam gratiam sibi quæsierunt, ad orthodoxam viam adductis, vel expulsis infidelibus, propagare. Verum etiam ne qua hæreseos labe, aut suspicio in iam sibi subditis nationibus sacrosanctam religionem nostram commaculet, summo studio prociudere. Aut si qua iam oriri cœperit, eam omni ope, omniq; cura, iuxta normam à Sancta Romana Ecclesia hætenus obseruatam delere penitus, & extinguere. Quod si quis alius è maioribus nostris, tantò nos magis præstare debemus, quantò Dei Opt. Max. immensa benignitas Nobis plura regna & dominia, pluresq; & magis bellicosos populos, maioresq; vires, quàm iam multis sæculis alicui principi, qui hisce titulis sit potitus, ad suæ sanctæ fidei tutelam, & incrementum elargiri dignata est. Accedit quod quum ex paterno genere è Christianissimis Imperatoribus, & Archiducibus Austriæ, Ducibusque Burgundiæ: ex materno vero, Catholicis Hispaniarum Sicilia, & Hierusalem Regibus sumus orti, quorum omnium pro fide Christiana res præclare gestas, nulla vnquam deleuit obliuio, non sine graui conscientix nostræ onere, & perpetua nominis nota, quadamque veluti nebula fœlicibus ineuntis Principatus nostri auspicijs offusa factum crederetur, si quæ iam ab hinc triennium pullulare in Germania cœperunt, nouas quasdam hæreses, imò verius iam sæpè olim per concilia, & Summorum Pontificum Decreta approbante ecclesia damnatas, & nunc denuo veluti ab inferis erutas, altiores iacere radices vlla nostra negligentia passi esse videamur.

## CHRONICA BRABANT: DVCVM.

Sanè vestrum nēminem ignorare existimamus, quibus erroribus & hæresibus ab orthodoxa fide longa alienis, quidam frater Martinus Lutherus, ordinis sancti Augustini, religionem Christianam in hac præsertim inclyta Germanica natione omnis infidelitatis, & hæresium perpetua oppugnatrice, ita inficere conetur, vt nisi maturè occurratur, tota hæc natio, & deinde serpente contagione vniuersa Christiana respublica in abominandum schisma & bonorum morum, pacisq; ac tandem detestandam sui perniciem prolapsura videatur.

Quapropter non immerito commotus sanctissimus in Christo pater Dominus Leo X. Sacrosanctæ Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ summus Pontifex, ad quem fidem catholicam, & ecclesiæ sacramenta curare spectat prædictum Martinum à principio clementer & paternè monuit, & hortatus est, vt à nefandis huiusmodi inceptis desisteret, & iam sparsos errores reuocaret. Quod quum ille neglexisset, & peiora semper prioribus adderet, idem beatissimus Pater ad opportuna, neque tamen insueta remedia procedere statuit. Itaque conuocatis sæpius Reuerendissimis sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinalibus, Episcopis, ac alijs Prælati, nec non regularium ordinum Prioribus, seu ministris generalibus, accersitisq; pluribus scientia, & probitate præstantibus viris, & in omni doctrinarum & linguarum genere eruditis, ac diuersarum nationum doctoribus & magistris, prædicto tamen Martino prius vocato, ac citato, & in contumacia persistente, ipsius scripta tam Alemanico, quàm Latino sermone ædita & ædenda, vt perniciosà, & fidei vnitatiq; ecclesiæ contraria autoritate sua Apostolica, præfatorumq; ad hoc accedente Cardinalium consilio & assensu, ac Episcoporum, & Prælatorum, doctorumq; & magistrorum matura deliberatione damnauit, & vbiq; locorum comburenda prorsusq; abolenda censuit, & decreuit. Martium verò ipsum nisi infra certum expressum terminum à publicatione decreti sanctitatis suæ mutata sententia se errores suos reuocasse, & ad pœnitentiam rediisse docuisset, vt inobedientiæ & iniquitatis filium vt schismaticum, & hæreticum ab omnibus vitandum, & prout iura postulant, puniendum declarauit, sub pœnis & censuris, quæ in Apostolicis literis bulla plumbea communitis, & super hac re æditis latius continentur. Quas ad nos, vtpote Christianæ fidei verum & supremum propugnatorem, & sedis Apostolicæ, sanctæq; Romanæ & vniuersalis ecclesiæ primarium filium, & aduocatum per suum & dictæ sedis specialem nuncium, & Oratorem honorabilem virum nobis dilectum Hieronymum Aleandrum eiusdem sedis prothonotarium & Apostolicæ bibliothecæ præfectum, dedita ad hoc opera misit, petens atque requirens, vt pro officio ac debito Imperiali dignitatis in vniuerso primum Romanorum imperio, inde (quod Catholicum regem & Christianum principem decet) in cæteris etiam regnis, dominijs, & prouincijs nostris, & præsertim in Germania, præstito in auxilium fidei Catholicæ brachio sæculari omnia & singula in iam dictis literis Apostolicis contenta inuiolabiliter obseruari, & executioni mandari iuberemus. Post quas quidem prædicto

prædicto Martino factas a summo Pontifice monitionem, vocationem, citationem, & ipsius tandem condemnationem, nec non præsentatas nobis eiusdem beatissimi patris literas, bullamque Apostolicam per varia & diuersa Germaniæ loca publicatam, & nostro iussu & mandato non solum Louanij in inferioribus dominijs nostris, verum & Colonia, Treuiris, Moguntia, Leodij executioni demandatam, tantum abfuit, vt idem Martinus respisceret, errataque sua reuocaret, & petita absolutio- nis venia, in gratiam cum summo Pontifice, & sancta ecclesia redire procuraret, vt etiam detestabiliores peruersi ingenij sui fructus indies æderet, & perinde ac in manifestam ecclesiæ pernitiem furens rueret, complures aceruatim libros non modò nouarum, sed etiam à sacris concilijs olim condemnatarum hæresium plenos: nec solum Latino, verum etiam, vt facilius vulgus peruerteret, Alemanico sermone à se compositos, vel saltem suo nomine æditos ferè quotidie diuulgaret. In quibus obseruatum ab ecclesia iam tot sæculis septem Sacramentorum numerum, ordinem, vsu, dissipat, confundit, deturpat. Inuiolatas matrimonij leges miris modis fœdissime inficit. Extremam vnctionem cum Vuiglesso fictionem dicit. Communicandæ sacratissimæ Eucharistiæ ritum ad damnata Boëmorum reuocat instituta. At saluberrimam contaminatis peccato mentibus confessionem, primùm ita inuoluit, vt confusionem eam è confessione fecerit, mox etiam magna in parte conuellit, postremò adhuc peiora se de ea scripturum minatur. Vnde nonnulli iam, sumpta hinc occasione de confessionis instituto & modo cœperint subdubitare, alij mutilatam & truncam fecerint. alij verò (pro scelus) & confiteri ipsi destiterint, & nequaquam esse confidendum publicè asserere sunt ausi. Porrò sacerdotalem ordinem, & per quod sacrosanctum Christi corpus, sanguisque conficitur, diuinum illud munus, clauiumque celestium potestatem, non solum vilissimi pendit Lutherus, & laicis, puerisque atque adeo fœminis ipsis communia facit, sed & eosdem laicos ad lauandas sibi in sacerdotum sanguine manus incitat. Ipsum verò summum nostræ religionis sacerdotem, Diui Petri successorem, & verum in terris Christi vicarium, non nisi infamibus & probrosis nominat verbis, & frequentissimis atque inauditis inuectiuis, contumelijs & blasphemijs insectatur. Liberum arbitrium prorsus nullum esse, sed omnia certa lege stare, ex Manichæi quidem & Vuiglessi penu depromit, sed tanquam irrefragabili argumento, ethnicorum poëtarum carminibus confirmat. Missæ venerabile sacramentum, neque defunctis, neque viuis alijs, quàm soli celebranti suffragari scribit. Ieiuniorum, & orationum institutionem & consuetudinem ab ecclesia obseruatam inuertit & corrumpit. De purgatorio, & animarum, quæ in eo expiantur, statu, deque diuini sacrificij & veniarum suffragijs, quæ à nobis fideles defuncti expectant, cum Vualdensibus & Vuiglessitis contra ecclesiam senrit. De Ecclesia verò ipsa militante cum Pelagianis & Husitis. At sanctorum patrum autoritates & scripta ab ecclesia recepta, pro nihilo habet, est vbi etiam sæpè deridet, debitumque illis cultum, & deuotionem deterit & diminuit. Obedientiam & regimen omne

M. D. XXI.

omne prorsus tollit, vnde populi ad defectionem & rebellionem à suis tam spiritualibus, quàm temporalibus dominis faciendam ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifesto Christianæ reipublicæ discrimine prouocentur, Quinimo cum vitam quandam solutam licentiosam, atque ab omni lege explicitam, & verè ferinam inducere conetur, ita exlex homo leges ipsas omnes damnat & contemnit, vt Decreta sanctorum patrum, & sacros canones publico igni comburere non formidauerit, facturus peiora Ciuili iurj, si non magis sæculi gladium, quàm Pontificis excommunicationes & censuras metuisset. Iam verò sacrosanctis concilijs palàm contradicere, & pro suo arbitratu detrahere non erubescit. E quibus potissimum Constantiense illud, quod cum perpetua inclytæ Germanicæ nationis gloria pacem & tranquillitatem dissidenti ecclesiæ dedit, ita vbique mordet, & impuro, sceleratoq; ore lacerat, vt in magnum vniuersalis ecclesiæ dedecus, & offendiculum, sed Germanicæ præsertim nationis opprobrium & ignominiam, Concilium ipsum nunc pessimè omnium errasse scribat, nunc Synagogam Sathanæ, quiq; in eo conuenerant, & Ioannem Hufsitam heresiarcham comburi iusserant, Sigismundum vtique felicem recordationis imperatorem, & sacri imperij principes, Antichristum & suos Apostolos, homicidasq; & Pharisæos vocet.

Quicquid damnata in eodem concilio omnia Ioannis Hufsitæ errata, Evangelica & Christiana esse, & se recipere probaturumq; profitetur. Approbatos verò eiusdem Hufsitæ articulos nequaquam admittit. In tantamq; prorupit mentis vesaniam, vt si semel Ioannes Hufsitæ fuerit hæreticus, se plus decies hæreticum Martinus gloriatur, homo vsque adeo nouarum rerum, ac potius perditionis humanæ cupidus, vt nihil ferè scripserit, vel saltem suo nomine diuulgarit, cui non aliqua pestis, aliquis lætalis insit aculeus, præter illos libros, ne nominandos quidem, ob execrandam eorum materiam, ipsius tamen titulo æditos, & ab eo cum reliquis vt suos agnitos, quorum singula verba, singula venena meritò quis dicat. Et ne omnia, quæ innumerabilia sunt, Lutheri errata singulatim percenseantur, tanquam si hic vnus non homo sed diabolus ipse, sub hominis specie ad perniciem humani generis adsumpta monachi cuculla, quàm plurimorum hæreticorum damnatissimas hæreses, iam diu sepultas in vnâ sententiam congefferit, & aliquas etiam nouissimè de suo excogitauerit, sub simulata predicatione fidei, quam ad prætexendos suos dolos, tam sæpè, tantoq; opere obijcit, Fidem veram prorsus destruit: sub libertatis, quam promittit, specie, diaboli iugum & seruitutem inducit. Et sub Evangelicæ professionis nomine, omnem Evangelicam pacem & charitatem, omnemq; rerum ordinem, & pulcherrimam deniq; totius ecclesiæ faciem inuertere, labefactare, & penitus pessundare molitur. Quibus omnibus per Nos, & consilia nostra nationum omnium nobis subditarum sæpius, & diligenter attentis & consideratis, & præsertim in hac parte ab eodem Beatissimo patre requisiti, absq; insigni macula nostra, atque orthodoxæ religionis iniuria & detrimento, rem tanti ponderis negligere nequaquam potui-

potuimus, vt etiam non debuimus, neq; voluimus. Sed potius prædecefforum noſtrorum Rom. Imperatorum veſtigijs inſiſtentes, eorumq; pro libertate Catholicæ & Apoſtolicæ eccleſiæ perpetuo laudabilia facta, ac pias & ſanctas ſuper puniendis & exterminandis hæreticis conſtitutiones obſeruantes, conuocatis ſæpius ad præſentiam noſtram propter hoc præcipue Electoribus, nec non vniuerſis Sacri Romani imperij Ordinibus, & Stati- bus in hoc V Vormatienſi conuentu congregatis, de eorum omnium & ſingulorum vnanimi conſilio, matura deliberatione & conſenſu, in hanc tandem deuenimus ſententiam & conſuſionem. Vt quamuis hominem ita à ſummo Pontifice, & ſede Apoſtolica condemnatum, & in ſua obſtinata peruerſitate obduratum, atque ab vſu Catholicæ eccleſiæ alienum, & notorium hæreticum audire, omni iure exceptum eſſet, tamen ad tollendam omnem cauillandi anſam, idq; quia nonnulli pleroſque libros Martini adſcriptos ipſius eſſe apertiffimè inſiciebantur. Complures audientium prius à nobis hominem, quàm in eum ad executionem Pontificij decreti vltèrius procederemus, aſſeuerabant, Martinum ſæpè dictum, miſo ad ipſum dedita opera vno è Caduceatoribus ſeu præconibus & Heraldis noſtris, ſub libero huc veniendi, & hinc recedendi ſaluo conductu accerſiri iuberemus. Quod & factum fuit, non vt nos de hoc negotio iudicaremus, aut cognosceremus, quum id dubio præcul ad Romanum Pontificem & Sedem Apoſtolicam pertineat. Neque vt res ſacroſanctæ fidei noſtræ nunc tandem poſt tot ſæcula per nouas altercationes cum magno fidelium ſcandalo, & perturbatione, ac infidelium deriſione in controverſiam reuocari pateremur. Sed vt cum vulgi & plurimorum ita perentium ſatisfactione, hominis animum percontantes cum bonis monitionibus, & ſuaſionibus ad rectam ſemitam ( ſi fieri poſſet ) reducere- mus. Itaque Lutherum in noſtra & ſacri imperij Electorum, Principum, Prælatorum, & Statuum præſentia conſtitutum iuxta formam imperialis mandati ſuper hac re nuper interrogati iuſſimus. Primum nunquid ipſe multos libros ſibi ob oculos adductos, & titulatim nominatos, & alios item, qui ſub ſuo nomine circumferuntur compoſuiſſet. Deinde, an ea, quæ in ipſis libris contra ſacra Concilia, decreta patrum, ritus & conſuetudines à noſtris maioribus, ad hunc vſque præſentem diem obſeruatas ſcripſerit, reuocare vellet, & ad ſinum & vnitatem vniuerſalis eccleſiæ redire, adhibitis ad hoc noſtro & imperij nomine admonitionibus, & adhortationibus, quæ obſtinatiſſimum hominem etiam lapide duriore in emollire & conuertere potuiſſent. Qui ſanè ſtatim libros ipſos antedictos, vt ſuos agnouit, & confeſſus eſt, & nunquam ſe id negaturum proteſtatus. Imò & adhuc alios ſe compoſuiſſe dixit, quorum copia quum nobis non fuiſſet facta, idcirco in medium non fuerat adlati. Quantum verò ad reuocationem attinet, terminum ſibi ad reſpondendum dari petijt, qui quamuis meritò negare potuiſſet, tum quia nouitates, & errores in in fide, nulla ſunt delatione tractandi, ſed ſtatim penitus reſecandi, dum quia ex mandato noſtro ſibi legitime inſinua- to, nec non etiam literis, quas ad eum dederamus, optime admonitus, quam

quam ob causam vocaretur, non nisi statim respondere paratus ad tantum Imperialis conuentus confessum venire debuisset, tamen ex nostra clementia & benignitate vnus adhuc diei terminum ad respondendum ei dedimus, quo elapso rursus coram nobis & prædictis ordinibus, Imperij comparens, & similibus adhortationibus sapius, vt ad cor rediret, efflagitatus, pollicentibus etiam nobis, si resipisceret, erroresq; suos agnosceret, & quæ in libris eius damnata & mala essent, reuocaret, facile nos impetraturos, vt à Beatitudine Pontificis in gratiam benigne reciperetur, & adhibito fideli, æquo & diligenti examine, ex ipsius libris, quæ mala scripserat, secernerentur, quæ verò bona, autoritate Apostolica approbarentur, se ne verbum quidem in suis libris mutaturum, imprudentibus simul & impudentibus verbis, orisque, & corporis gestu, quoduis potius, quam religiosum aut sanum hominem præ se ferentem apertissimè negauit. Quinimò in nostram & Sacri Imperij faciem Summorum Decreta Pontificum, & concilia ipsa sacrosancta errasse, sapius & sibi ipsis contradixisse, & tandem nullius apud se momenti fore asseuerauit, seque nihil ex his, quæ scripserat, reuocaturum, nisi euidenti sibi ratione, & sacræ scripturæ autoritatibus ad suæ conscientia animique satisfactionem & assensum fuerit conuictus. Illud subinde repetens, & inculcans (quo fraudum suarum virus iam multis detegi cœptum occultaret) conscientia sibi illæsa & integra, neque velle se, nec posse verbum Dei immutare. Mala mens, malus animus. Quasi verò Nos id ab eo peteremus, vt verbum Dei immutaret ac non potius, vt iuxta verum Dei verbum ad gremium sanctæ matris Ecclesiæ, à qua tam impiè, quam turpiter defecerat, rediret. Cuius autoritatem quum tantam voluerit esse Dominus, idemq; Deus noster Iesus Christus, vt qui Ecclesiã non audierit, tanq; ethnicus & publicanus sit habendus: idcirco non immerito vel eam solam omnibus inuentionibus & vafrauentis hæreticorum longè antefereendam nemo nunquam nisi perditissimus & verè hæreticus & Lutherus iudicauit, qui vt tandem egregia sua hic acta, condigno fine clauderet, & quod pessimè incoeperat, peius terminaret, quid animi habeat, & quàm fidelium clade exultet, vel in nostro & in sacri Imperij conspectu dissimulare non potuit. Nam detorta (vt hæreticis mos est) à vero sensu ad suam impietatem Euangelica illa sententia: Non veni mittere pacem, sed gladium. Omnium sibi, dixit, iucundissimam istam in rebus faciem, videre ob verbum Dei studia & dissensiones fieri. Id est (quod vtinam ne experientia videremus) ob dissidentes ab ecclesiæ ritu Lutheri opiniones, verbi Dei falso titulo prætextit vere studia contraria, dissensiones, & dissidia, & schismata, & bella, & cædes, & rapinas inter Christianos concitari. Tali igitur & tam subdola atque hæreticis omnibus peculiari responsione Nobis & sacro Imperio à Luthero data, & si decreueramus ipso statim remisso ad vltiora progredi (id quod ex sententia nostra manu nostra scripta, & postera die publicata nemini non constare potest) Tamen ad preces omnium Imp. ordinum inclinati adhuc ipsi triduum ad resipiscendum concessimus. Quo tempore duo Electores, duo episcopi, duo principes sæculares, duoque ciuitatum nomine vniuersos ordines &

status Sacri Romani Imperij repræsentantes, & ad hoc communi omnium iussu & nomine deputati, vocato ad se Martino prædicto nullum non admonendi & adhortandi eum, vt tandem resipisceret, & nisi id faceret, quæ ipsum à nobis & sacro Imperio, Legumque constitutionibus pœnæ manerent, declarandi officium frustra insumpserunt. Vnus etiam eiusdem Sacri Imperij Elector adhibitis secum duobus doctoribus, pietate & scientia præclaris, non solum adhortationibus, sed etiam multorum errorum euidentibus redargutionibus, ad ipsius vsque obmutescentiam factis, mox seorsim ipsum prudenter & humanè commonefecit, vt ad summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ, Nostrumque & sacri Imperij statuum, & cæterarum fidelium nationum sanam sententiam, iuxta continuatum tot sæculis Ecclesiæ ritum, potius, quàm ad suam vnus opinionem respiceret, à qua si recedens in ordinem redire vellet, id se primum nonnullorum sanctorum patrum, qui & ipsi aliquando errauerunt, laudabili exemplo, deinde saluus anima, corpore, & honore facturum cognosceret. Ad quæ Martinus antedictus & si varia pleraque, & diuersa, cumque ijs quæ scripserat, pugnantia, nihilo tamen meliora, aut saniora priuatim respondit, quàm publicè coram nobis & sacro Imperio fecerat. Atque adeo se non omnes modò supra memoratos, sed & Concilium ipsum generale (si quod fieret) suspectum habere protestatus est. Et (vt certissimo, & omni exceptione maiori testimonio nobis constat) pollutissimo & sceleratissimo ore profari non est veritus. Res Euangelij & Catholicæ fidei, nunquam fuisse in concilijs generalibus benè tractatas. Vnde non iniuria plurimum nobis mirari subiret, cur nam à Summi Pontificis sententia ad generale Concilium nuper prouocarit, quum iam impie de Concilijs ipsis loquatur & scribat. Nisi manifeste sciremus, vt nihil est hæreticis æque formidabile, atque œcumenicum concilium, ita nihil illis ijsdem magis proprium esse, quàm vt dictis factisque & scriptis secum ipsi diffideant. Quòd si vsquam alibi, præcipuè In Lutheri libris (diuina prouidentia sic operante, quo ipsius vana ædificia per se ruant) passim legere & videre est,

His omnibus & singulis sic omnino, vt præmittitur, se habentibus, quum prædictus Martinus tam peruersè & obstinatè in ipsius adeò manifestè hæreticis opinionibus persisteret, vt ab omnibus ijs, qui sapiunt, partim demens, partim etiam malo aliquo obsessus spiritu iudicaretur. Nos iuxta tenorem salui conductus, ipsum statim à conspectu nostro missum fecimus, datoque ei in comitatu vno ex Heraldis nostris, & præscripto termino à die vigesima quinta mensis Aprilis, qua ex V Vormatia discessit, ad viginti, deinde proximè futuros dies, quibus peractis vnà saluus conductus peractus & extinctus censeretur. Nunc tandem ad reliquas opportunas medelas huic pestilentissimo morbo necessarias, in hunc qui legitur modum procedere decreuimus.

Primum omnium ad honorem Dei omnipotentis Romaniq; Pontificis & sanctæ Sedis Apostolicæ debitam reuerentiam, pro imperialis dignitatis officio ac debito, nec non zelo & studio, quo nostrorum maio-

M. D. XXI.

rum more, & ingenita etiam Nobis vi ad defensionem Catholicæ Fidei, sanctæque Romanæ & vniuersalis Ecclesiæ honorem, tutelam & protectionem omnes nostras vires & facultates, Imperium, Regna, Dominia, amicos, vitam denique & animam ipsam nostram exponere sumus parati. Ex Imperiali & Regia autoritate, nec non consilio & assensu Electorum & omnium sacri Romani Imperij Principum, Ordinum & Statuum in hac celeberrima & frequentissima Imperiali Dieta Vuormatiæ congregatorum. Ad perpetuam rei memoriam exequendo sanctissimi nostri Papæ veri in hac parte iudicis sententiam, decretum, & condemnationem in literis Apostolicis (vt supra dictum est) ad Nos directis contentam, Martinum Lutherum, vt membrum ab Ecclesia Dei abalienatum, vt obstinatum schismaticum, & notorium hæreticum à nobis haberi declaramus, & vt talem à vobis omnibus & singulis habendum decernimus, & edicimus, Mandantes de eorundem statuum consilio & consensu, sub criminis læsæ Maiestatis, Nostræque & Sacri Imperij grauissimæ indignationis, ac etiam amissionis Feudorum, Dominiorum, & bonorum omnium: Gratiarum quoque, & omnium Priuilegiorum à Nobis & Sacro Imperio dependentium, quæ obtinuistis hætenus, aut præcessores vestri quomodolibet obtinuerunt, nec non proscriptionis, ac Banni, & interdicti Imperialis pœnis. Ne quis vestrum præfatum Martinum Lutherum receptare, defendere, sustentare, fouere dicto, facto, aut scripto præsumat. Quinimò post elapsum suprascriptum xx. dierum terminum, contra eum, vbicunque deprehensus fuerit, & in manu, aut facultate vestra erit, iuxta formam Imperialis Banni procedatis, vel saltem captum tam diu custodiat, donec Nos à vobis de hac re certiores facti, de legitima in eum prosecutione facienda vobis significemus, & vos tam sancti operis debita præmia, & mercedem etiam vberem cum impensis ob hanc causam factis reportetis.

Et nihilo minus eiusdem Martini complicēs, adhærentes, recuperatores, & quomodolibet fautores, & sectatores (nisi se iniquitatis semitam deseruisse, & autoritate Apostolica absolutionis remedium consecutos esse fidem condignam fecerint,) nec non eorum omnia & singula bona, mobilia, & immobilia, iuxta sacras Constitutiones ac interdicti & Banni Imperialis, legem & ordinem liberè & absq; vlla contradictione persequamini, illosque & illa capiat, & in vsus vestros opt. & pleno iure conuertatis.

Mandamus in super vobis omnibus & singulis præfatis sub eisdem prænominatis pœnis, Ne quis Martini Lutheri scripta à Summo Pontifice Autoritate sua Apostolica, (vt præmittitur) damnata, aut alia quæcunq; tam Latino, q; Alemanico, seu alio quouis idiomate ab eo hætenus composita, vel in posterum componenda, vtpote mala, suspecta, & à notorio & peruicacissimo Hæretico prouenientia emere, vendere, tenere legere, describere, imprimere, aut describi, vel imprimere facere, asserere, sustentare, prædicare, defende-

defendere præsumat. Non obstante quod in illis etiam aliqua bona ad fallendas supplicium mentes immixta essent. In quo præter iustam Sedis Apostolicæ sententiam etiam laudatissimam veterem Patrum institutionem & consuetudinem omnino exequendâ duximus. Qui Arrianorum, Priscillianistarum, Nestorianorum, Eutychianorum & aliorum hæreticorum libros, & in illis contenta omnia tam bona, quàm mala promiscuè exusserunt, & adnihilauerunt: neque id immeritò. Nam si optimi quique cibi vnus tantum guttæ veneni, quo humanum corpus læderetur, infusione suscepti penitus sunt abijciendi, quanto magis ea scripta, quibus tanta & tam noxia animabus venena passim inserta sunt, non solum nobis cauenda sunt, sed etiam ne alijs noceant, prorsus destruenda, & corrumpenda, atque ab omni hominum memoria veniunt obseruanda. Accedit ad id, quod quicquid boni in Martini libris reperitur, id antea à sanctis patribus, quos ecclesia recepit & approbavit, sæpè dictum, & sæpius repetitum, absque vllius periculi, aut mali suspitione legi & haberi potest.

Ea propter sub eisdem pœnis omnibus, & singulis supradictis. Vos omnes & quilibet vestrum tam principes, quàm alij, ad quos iustitiam quomodolibet pertinet ministrare, & alij, quicunque in vniuerso Imperio Regnis & Dominijs nostris constituti, huiuscemodi pestiferos Martini libros, tam Alemanicos, quàm Latinos, impressos & imprimendos, aut etiam manu scriptos, vbicunque reperiantur, vtpote magnæ seditionis, schismatis, hæresios in Ecclesia Dei fomites diripiendos, & publico igni consumendos penitusque abolendos cum effectu curetis, Apostolicisque nuncijs, seu eorum commissarijs, si operam vestram ad hanc rem requisierint, fideliter & diligenter adsistatis. Et nihilominus in eorum absentia, per quos ipsos hæc sic fieri nostro nomine & iussu omnino & re ipsa faciatis. In quo, omnibus fidelibus dilectis subditis nostris, vt nobis, ac vobismetipsis adsistant & pareant tenore præsentium sub iisdem pœnis iungimus & mandamus.

Verum quia maximè cauendum est, ne Martini, aut ex illis excerpta mala, suppresso, aut etiam mutato auctoris nomine publicentur, Quia etiam non sine magna animi nostri offensa, multos quotidie videmus & audimus cum alibi, tum maximè in Germania componi, & imprimi, libros plurimis malis traditionibus & exemplis refertos: & ne non omni astu & dolo humanæ naturæ hostis Christianis laqueos tendat, multas passim diuulgari picturas & imagines non opprobrium modò priuatarum personarum, sed & ipsius Summi Pontificis, & sedis Apostolicæ contumeliam excogitatas. Ex quibus omnibus libris & picturis, Christi fideles in maximos tam in fide, quàm in vita & moribus prolabuntur errores, & non solum priuata odia, scandala, & simultates (pro ut experientia docet) multis in locis exorta fuerunt, verum etiam seditiones, tumultus, rebelliones, schismata, in regnis, prouincijs, & populis, atque vniuersa Dei Ecclesia (nisi prouideatur) iam iam excitanda formidantur. Idcirco ad hanc

pernitiosissimam pestem extinguendam & supradictorum electorum & statuum concordi animo & lententia omnibus & singulis supradictis, tam imperiali, quàm hereditario iure nobis subditis, sub iam sæpè dictis omnibus pœnis præcipimus & mandamus. Ne quis huiusmodi famosos & pestilentes libros, seu quascunque alias schedas, scripturas, imagines, picturas, contra orthodoxam fidem, bonos mores, & id quod sancta Romana ecclesia hactenus obseruauit, atque etiam inuectiuas, criminationes & ignominias contra Summum Pontificem, Sedem Apostolicam, Prælatos, principes, Vniuersitates studiorum, & eorum Facultates honestaque personas componere, scribere, imprimere, depingere, vendere, emere, tenere, habere, aut imprimi, describi, depingi, vel vendi facere, quauis arte aut dolo audeat, aut attentet. Quinimò sub iisdem pœnis iubemus omnibus, & singulis supradictis, & præsertim ijs, qui iustitiæ ministerio præsunt, vt eiusmodi libros quoscunque, antehac impressos, vel post hac imprimendos, nec non etiam manu scriptos, cuiusque sint autoris, aut vbicunque locorum per sacrum Imperium, atq; etiam nostra hereditaria regna, & dominia inueniantur, similiter etiam picturas huiusmodi & imagines nostro iussu & nomine occupent, diripiant, & publico igni comburant. Et nihilominus huiusmodi detestabilium librorum, codicum, schedarum, scripturarum, & picturarum autores & inuectores, ac etiam post præsentis mandati publicationem, impressores, emptores, & venditores, qui contra iussa facere præsumperint (si modo id legitime constiterit) nec non eorum iura, & bona omnia & singula capiant, apprehendant, & detineant, ac iure bono, quicquid sibi libitum fuerit de illis disponant, ita quod de hoc nulli hominum tam in iudicio, quàm extra, respondere sint obligati. Atq; vt omnis eiusmodi & aliorum errorum occasio tollatur, & ne alia scribentium venena longè lateq; diffundantur, sed præclarum imprimendi libros artificium in bonos tantum & laudabiles vsus exerceatur, ex certa nostra scientia, animoque deliberato, ac Imperiali Regiaque autoritate, de maturo supradictorum electorum, & aliorum sacri Romani Imperij statuum consilio, deliberatione, & vnanimi consensu volumus, & sub Banni, & interdicti Imperialis, ac alijs antedictis pœnis præcipimus & iubemus, tenore præsentis Edicti, quod vim inuiolabilis legis habere decernimus. Ne quis de cætero chalcographus, & librorum impressor aut alius quiuis vbilibet per sacrum imperium, atque nostra prædicta regna & dominia constitutus, libros ullos, seu aliam quamcunque scripturam, in quibus de sacris literis, aut fide catholica aliquid vel minimum tractatur, non habito prius consensu, & voluntate ordinarij loci, cum autoritate etiam facultatis Theologicæ, alicuius propinque Vniuersitatis pro prima videlicet impressione. Alios vero cuiuscunque rei & facultatis libros, schedas, & picturas de consensu saltem ordinarij, aut eius ad hoc substituti, vlllo pacto imprimere vel vendere, aut imprimi vel vendi facere directè vel indirectè quoquo modo præsumat, aut attentet. Quod si quis cuiuscunque sit dignitatis, gradus, aut conditionis, hanc nostram mentem, decretum, statutum, legem, & ordi-

& ordinationem in omnibus & singulis supra dictis, tam Lutheranam, quam impressoriam materiam concernentibus inuiolabiliter obseruandam vlllo pacto, aut quouis quæsito colore vel ingenio contra facere, aut venire ausu temerario præsumpserit, præterquam quod illud irritum decernimus & inane, etiam in læsæ maiestatis crimen, ac nostram & sacram imperij grauissimam indignationem, proscriptionisq; & Banni, ac interdicti imperialis, nec non alias sæpè dictas pœnas se ipso facto incurrisse cognoscat.

Harum testimonio literarum Sigilli nostri munimine roboratarum, Datum in ciuitate nostra imperiali Vuormatia, Die octaua mensis Maij. Anno Domini Millesimo, quingentesimo, vicesimo primo. Regnorum nostrorum, Romani secundo; Cæterorum verò omnium Sexto.

Addam de comitijs illis hanc quoque iocosam narrationem, quam postea Christianus III. Daniæ rex, ipse aliquoties amicis recitauit. Is eo tempore adolescens octodecim annorum, in comitatu auunculi sui, Iochimi I. electoris Brandenburgensis VVormatiam profectus, in monasterio quodam, monachum Chordigerum, ex suggesto longiore, tabulis non admodum arctè conglutinatis extracto, præsentè Cæsare concionantem die Parasceues audiuit. Cumq; casu sub suggesto constitisset, & monachus ineptissimè gesticulans, & hinc inde in tabulato discurrens, nunc erecto in altum, nunc deorsum inclinato corpore oraret, & funem, quo cinctus erat, inter asseres subinde demitteret: animaduertens id princeps adolescens, nodum in fune nexuit, quo ille alligatus, & magno impetu sursum erigere se frustra nisus, strepitum in populo excitauit, cuius causa cognita, Carolus inquiri autorem iussit, quem Lutheranum aliquem esse suspicabatur, tandem cum adolescentem Holsatiæ principem ita lusisse rescisset, res tota in risum versa est. Hanc narrationem præceptorem meum Melanthonem sæpè in prælectionibus recitare meminimus, cum de actione rhetorica differens, sedatos, graues, & placidos gestus, maximè in dicendo decere moueret: & monachi illius alligati exemplo, ab ineptis gestulationibus concionaturos dehortaretur.

Dum VVormatiæ principum comitia ad finem properant, & in Gallos diuersis locis bellum à Carolo apparatus: G V S T A V V S Erici, eques Suecus, qui ex captiuitate Danica mutato habitu effugiens Lubecam ante biennium venerat, nouem nauium classe à Senatu Lubecensi, (qui ob violata mercatorum priuilegia, & merces sibi ereptas iamdudum hostili in regem Daniæ animo erat) adiutus, ex Ostio Draui in Sueciam traiecit, vbi ab amicis proceribus, sub regis Christierni iugo, (nam vrbs Stocholma & arces regni præcipuæ præsidijs Danicis tenebantur) gementibus, benignè exceptus, paulatim plures ad excutiendum tyrannum & recuperandam patriæ libertatem pristinam excitauit. Quorum animis perspectis, & sibi conciliatis, cæterorum etiam ordinum ac libero- rum seu fossorum imprimis metallicorum, virorum fortium, quos Dalacarlos nominant, voluntates, dissimulato sæpè habitu, explorauit. Quos cum Christierni odio ardere, & corpora ac fortunas suas modò Ducem

## CAROLVS V. FRAN. R. G. BEL. INFERT.

1522.

1523.

idoneum habeant, patriæ libertati & salutem deuouisse intelligere: occasio-  
nem optatam expectans, cum in Dania quòq; subditorum animos prof-  
sus à rege alienatos, & omnia dissensionū & turbarum plena, & à Lubecen-  
sibus ac fœderatis vrbibus aperto bello regem oppugnari videret: tandem  
ipse etiam collectis in patria copijs, Dalacarlorum præcipuè virtute, Da-  
nos ad Arosiam cædit. Inde receptis aliquot arcibus, cum Christiernum ex  
Dania fugisse & a Friderico Holsatiæ duce Hafniam obsideri accepisset:  
ipse etiam ad vrbem Stocholmiam, loci situ & valido Datorum præsidio  
munitam, exercitum adducit, & Lubecensium classe & militum auxi-  
lijs, quibus Bernhardus Bomhovver & Hermannus Plonnius Senatores  
præerant, adiutus, tandem ad dedendam regni metropolim eos, qui  
in præsidio erant, compulit. die Ioannis Baptistæ anno 1524. Gu-  
stauus occupata Holmia, vt liberator patriæ, communi ordinum con-  
sensu REX electus & anno 1525. coronatus, Lubecensium ac cæte-  
rarum ciuitatum, quarum vsus fuerat auxilijs, PRIuilegia antiqua in re-  
gno confirmauit. Sed hæc aliquantò post acciderunt.

Interea verò, dum in Sueciam Gustauus trajicit: Carolus V. Bel-  
gici princeps, aduersus Franciscum Gallia regem bello se defendere  
cogitur, quod tum inchoatum, continuos viginti quatuor annos, exi-  
guis subinde interpolatum inducijs, durauit. cuius hæc fuit occasio. Ro-  
bertus Marcæ & Arenbergi comes, Sedani ad Mosam sedem habens,  
vir bellicosus & acer, Bullionensem ducatum, in sylua Arduenna ab epi-  
scopo Leodiensi oppignoratam, tenebat. Inciderat autem inter nobilem  
ab Embri & principem Simeum ex familia Croyade Hierga Arduenno-  
rum oppido, contentio: Quod, pares ducatus Bullionensis, à quibus iure  
prouocari non licebat, Simæo adiudicant. Embrius, aulæ Burgundicæ,  
ac imprimis VVilelmi Ciuerij, summi aulæ Caroli magistri beneuolen-  
tia fretus, à sententia prouocat, & citationem aduersæ partis obtinet. Ro-  
bertus, pupillorum Simæi princeps & tutor, auctoritatem suam interpo-  
nit, & iura ducatus sui, & patrocinijs priuilegia, tueri conatus; magna con-  
tentione litem illis intentatam amoliri in aula Cæsaris conatur. Cum au-  
tem frustra se laborare, nec quidquam obtinere posse animaduertet:  
Gallia regem Franciscum adiens, se suaq; oppida & arces omnes in Regis  
clientelam tradit. & conscriptis in Gallia finibus copijs, Bellum, Cæsari  
Carolo, comitia VVormatiæ habenti, in ipsa principum Imperij corona,  
ineunte Martio, denunciat.

Adolphus comes Marcæ.

Engelbertus.

Adolphus comes Marcæ, stirps

Ducum Cliuix.

ADOLPHVS relicto episcopatu Colo.  
& Monast. factus comes Cliuix

ADOLPHVS dux Cliuix primus 1417.

Erardus Marcanus, ARENBER-  
gæ Dominus.

Erardus.

Ioannes.

Erardus

Erardus strips comitū in Arenberg. Robertus Sedanus Efdainę Domin.

ROBERTVS Francisci Galli cliens

Carolo V. bellum indicit ⊕ 1535.

ERARDVS Cardina-

lis Leodiensis.

Aduersus hunc, Henrico Nassouio, Francisco Siccingio, & Embrio ducibus, exercitum Carolus mittit, qui oppida ducatus Bullionensis, Lonias, Musancurium, Florengiam, Sausium, capta solo æquat, & Bullionem ipsam, regionis caput, deditam in potestatem redigit. Robertus inclinatis & decisis rebus suis, inducias aliquot hebdomadarum, Francisci Siccingij veteris amici sui intercessione impetrat.

Gallię rex, Cæsarem, cuius iam nimium creuisse potentia ipsi videbatur, longè aliud & gratius Marcano bellum moliri suspicatus, ingentem exercitum ad fines Belgici comparat. & Boniuetum Amiralem in Aquitaniam mittit, qui Fontarabiam in extremis Cantabrię finibus postea cepit. Rex ipse, cum ad Schaldim fl. propè Valencenas, Liquæus nobilis Hannonius, cœnobium S. Amandi & Mortaniam oppidum, velut iure ad se spectans, priuato nomine occuparet: etsi præfecti Artesiæ, Flandrię, Hannoniæ, & vicinarum Cæsaris prouinciarum, & Nassouius ipse, negarent, se regi bellum inferre velle, nec mandata alia quàm de pace cum rege seruanda, à Cæsare haberent: tamen satis denunciatum esse bellum per Li-

quæum asserens: hostili exercitu prouincias Cæsaris inuadit. Nassouius finitis cum Roberto inducijs Musonem occupat. Inde MASERIAM urbem munitissimam, ab Anna Momorantio, & Petro Baiardo fortissimo Heroe Gallo qui triennio post in ducatu Mediolanensi perijt, defensam, oppugnare irrito conatu instituit. In ea obsidione Franciscus Siccingius, Cæsareani exercitus dux præcipuus, cum reliqua nobilitate, quæ tum militabat, primùm conspirasse aduersus episcopum Treuirensis & alios scribitur, cuius conatum & exitum infelicem statim commemorabo.

Alia parte Tornacum, recens ab Anglię rege Gallo redditum, ab Vgone Mancada, Caroli duce obsidebatur. Anglię rex, gliscente iam bello, Cutbertum Tonstallum, Londinensem postea episcopum, de pace cum Gallo concilianda, legatum apud Carolum habebat; ac eodem tempore aduersus Martini Lutheri placita, librum à se scriptum, ad Leonem Pontificem miserat, qui, sua autoritate confirmatum, edidit, & DEFENSORIS FIDEI elogium Henrico tribuit. Quo ille titulo deinceps vsus est.

In bello autem, se arbitrum inter Cæsarem & Gallum interponens, eò rem deducit, vt vtrinq; exercitum se dimissuros, & quas de Tornaco, alijsue oppidis, controuersias haberent, Angli iudicio se composituros promitterent. Sic cum pax constituta videretur, fama de Fontirabia, Cantabrię vrbe, à Boniueto capta adfertur. Quę nisi prius rediretur, Cæsar in pacis condiciones iurare noluit. Quod cum Gallus se facturum negaret, irrita fuere pacta, & bellum redintegratum est. Gallus Hedsinum occupat. Belgæ anno exeunte Tornacum deditio accipiunt.

In Italia etiã; Cæsaris Caroli Duces, Prosper Columna, & Alfonsus Daualus Piscarius, urbem Mediolanum, mense Nouembri ceperunt, quod primum initium eijciendi Gallos ex Mediolanensi ducatu fuit, quem viginti duos annos ferè continuos iam possederant,

R. iij

Eodem

## DVO AVGVSTINENSES COMBVSTI.

Eodem anno, Vngarorum, sub rege Ludoico puero, insolentia & contumeliæ in Solymani legatos editæ; occasionem Turcis Belgradi occupandi optatissimam præbuerunt. Cùm enim Solymannus, patri Selymo, qui Syriam & Ægyptum Turcico Imperio recens adiecerat, succedens; de more finitimis regibus, se paterni regni hæreditatem adiisse, & portam suam, omnibus siue pacem siue bellum petentibus, patère denunciasset: Vngarorum tanta cœcitas & insolentia fuit, vt Turcam hostem vicinum, & potentissimum, non modò superbè contemnerent, verùm etiam Oratores Solymani captiuos retinerent, & iniurijs ac probris proteruè aduersus se irritarent. Quibus prouocatus Solymannus, mox sequenti anno Vngariam inuasit, & Albam Græcam fortissimum ad Istri & Savi confluentem, non modò Vngariæ, verùm etiam orbis Christiani propugnaculum, expugnauit, quod ante centum annos Rex Sigismundus primùm à Georgio Rasciæ despota, certorum Vngariæ oppidorum permutatione emptum, regno illi adiunxerat.

Paulò antè Ferdinandus Caroli V. frater ex Belgico digressus ineunte Augusto Noribergam primùm & inde in Austriam peruenit vbi Austriacarum ditionum hæreditatem sibi a fratre concessam adiit, & paulò post Annam, Ludoici Vngariæ regis sororem, annum ætatis 19. agens, in matrimonium duxit.

In Saxonia verò inferiore, ERICVS, & Erici ex fratre nepos, HENRICVS Iunior, Duces Brunsvuicenses, latæ aduersus Ioannem, Episcopum Hildesensem, Saxonix ducem, proscriptionis Cælareæ, Executores, à Carolo constituti; cupidè & strenuè mandatum sibi munus exequentur, & adiunctis Landgrauij Hassiæ & ciuitatum auxilijs, diœcesin Hildesensem, exeunte Augusto, hostiliter inuadunt & occupant; vt paulò ante prolixius exposuj.

M. D. XXII.

Ineunte anno 1522, ADRIANVS Florentius, Ultraiecti, in finibus veteris Saxonix, non procul à Rheni ostijs natus, qui Caroli V. præceptor fuerat; & tum Hispanias Cæsaris absentis nomine gubernabat; die 9. Ianuarij, præter suam & omnium aliorum expectationem, Leoni X. in Pontificatu substitutus est. Cui Erasmus, dedicatis Arnobij in Psalmos commentarijs gratulatus, consilium de sedandis religionis dissidijs, & tumultibus inde in Germania ortis, pollicetur lib. 23. epist. 2. idq; exponit lib. 18. epist. 20. pag. 579. 590.

Calendis Iulij, Bruxellæ in Brabantia cremati sunt duo Augustiniani Monachi, Henricus & Ioannes, authore Nicolao Emondano Theologo Louaniensi, Inquisitore, & clam probante Adriano Pontifice, quòd Lutherana dogmata amplexi erant, magna constantia mortem obièrè, vnde existimari potuit diuino spiritu confirmatos fuisse. Minor natu rixit etiam, cum pro more degradatus Papisticas vestes exuere iuberetur. Celebrant martirij huius memoriam Lutherus Carmine Germanico, quod inter Odas ipsius ecclesiasticas extat: & Erasmus lib. 24. Epist. pag. 96. Cùm Bruxellæ primitias immolassent exustis duobus monachis Augustinensibus,



Carolus Geldriæ Dux, Couerdam, Drentiæ ditionis, Frisiæ meriditem versus finitimæ, caput, expugnauit, ac mense Octobri eò profectus, populos Drentiæ omnes in fidem suam recepit. Inde progressus die 2 No- uembris Groningam, ante Octennium ipsi subiectam, primùm venit & Iuramento fidelitatis à Senatu & ciuibus solenni accepto Gubernatorem ciuitatj Casparum à Marmick suo loco relinquit. Exeunte anno, Steen- vvic Transisulanæ oppidum, Drentiæ & VVestfrisiæ vicinum, expugnat. Quibus Geldrij successibus, Burgundj irritatj, nouum in VVestfrisiã ex- ercitus, duce Ioanne VVassenario ( cuius soror Catharina, Iodoco Cro- ningio, qui in vrbs Bremæ obsidione anno 1547. periit, nupta fuit ) mit- tunt. Is felicissimo successu, oppida per Geldros occupata recipiens, tan- dem in obsidione vrbs Sloten, leuiter in brachio vulneratus, cum vulnus neglexisset, contra suam multorumq; opinionem pridie Nonas Decem- bris obiit. Reliquias bellj, Georgius Schenck baro in Tautenburg, Gu- bernator Levvardiæ, confecit, & cæteris VVestfrisiæ populis in fidem re- ceptis, pacem & tranquillitatem sub Carolj V. Imperatoris potentissimj auspitijs tandem restituit.

M.D.XXII.

Initio anni 1522. ADRianus Florentius, Vltraiecti, in finibus ve- teris Saxonix, non procul a Rheni ostijs natus, qui Caroli V. præceptor fuerat, & tum Hispanias, Cæsaris absentis nomine gubernabat, die 9. Ian- nuarij præter suam & omnium aliorum expectationem Leoni X. in Pon- tificatu substitutus est. cui Erasmus, dedicatis Arnobij in Psalmos Com- mentarijs gratulatus, consilium de sedandis religionis disidijs, & tumul- tibus inde in Germania ortis pollicetur lib. 23. epist. 2. idq; exponit lib. 18. epist. 20.

1504.

Carolus Imp. mense Iunio in Angliam, & facto cum rege fœdere in Hispaniam redijt, vbi absente in Germania Carolo, populi non contra Carolum regem, vt aiebant, sed contra ministros regios, Belgas præci- puè, officia & magistratus omnes ac Rempub. venalem habentes, con- citati, sanctæ Giuntæ seu populorum communis conventus nomine, spreta regionum præsidum autoritate, Rempub. aliquandiu administra- bant. Hi alicuius autoritate præditi capitis habendi cupidj, Ferdinandum Calabriae ducem, Friderici postremi ex Alphonsi posteris, Neapolitani regis filium, magno Consaluo olim Tarenti deditum, ex Satabiæ arce in quam Ferdinandus, Caroli auus, in bello Navarreno, eum, fugam in Gal- lorum castra parantem, coniecerat, extraxerunt. Sed is arma contra regem sumere recusans, è carcere discedere noluit. Itaq; Ioannem a Padilla To- letanum, Bracium Salamanticum, Maldonatum & alios duces legerunt. Quos Iunigus Velascus dux Friasiorum Comestabilis & Fridericus dux Medinæ, maris præfectus, cæsis seditiosorum copijs, postea ceperunt, & Gallos, redeuntibus ad Cæsaris obedientiam Hispaniæ populis, ex Nauar- ræ regno iam occupato, rursus profligarunt, & pristinam tranquillitatem perturbatæ Hispaniæ restituerunt.

Cæsar in Hispaniam reuersus, & Iustitiæ exemplum compluribus  
seditionis

seditionis autoribus severè punitis; & Bonitatis ac clementiæ, multitudini seductæ parcens ac condonans; & Grati animi ac remunerationis fidei & officiorum sibi præstitorum edidit, dum & cæteris, qui in fide manserant, munificè & prolixè rependit; & Ferdinando Calabriae ducj, ex carcere liberato, Germanam, Ferdinandi regis Hispani viduam, iuenculam, sed sterilem, in matrimonium dedit, fortè eo etiam consilio, vt Alfonso senioris Aragoniæ regis progenies in eo finiretur.

Bruxellæ, in Brabantia calendis Iulij statim post discessum Cæsaris cremati sunt duo Augustiniani monachi, Henticus & Ioannes, authore Nicolao Emondano Theologo Louaniensi Inquisitore, & clam probante Adriano Pontifice, quod Lutherana dogmata amplexi erant, magna constantia mortem obiit, vnde existimari potuit diuino spiritu confirmatos fuisse. Minor natus risit etiam, cum pro more degradatus Papisticas vestes exuere iuberetur. Celebrant martirij huius memoriam Lutherus Carmine Germanico, quod inter odas ipsius ecclesiasticas extat: & Erasmus lib. 24. Epist. p. 916. Cum Bruxellæ primitias immolassent exustis duobus monachis Augustinensibus, tertio in carcerem reducto, & clam interfecto, quum mira constantia mortem oppetissent, quæ res iudicibus grauem mouebat inuidiam, sparserunt ridiculam fabulam, vnum ex illis apparuisse cuidam Augustinensi, qui nunciaret animas illorum esse incolumes, quod in extremis respiciissent, videlicet iam in ipso incendio. Idq; factum precibus virginis matris. Nam & pridie visitationis exusti sunt, & Nicolaus Carmelita magno studio sacrificium hoc procurarat. Rogatus carnifex, eequam pœnitentiæ, vocem edidissent in rogo, negauit, sed cum ducerentur ad palum, clara voce testati sunt se mori Christianos, alligati palo, admoto igni canere cœperunt symbolum fidei, mox doxologiam Te Deum laudamus, donec flamma vocem intercluderet.

**MONASTERII** Fridericus comes a VVeda, Hermannii archiepiscopi Coloniensis frater, Erico duci Saxoniae, in gubernanda diœcesi substituitur. & sequenti anno, die Bartholomæj, comitatus a fratre, & Ioanne Cliuiae duce, introducit. Incidit in eius tempora Religionis per Saxoniam emendatio, quibus, vt in articulis mutationum multa accedunt incommoda, sic in illis initijs, varij etiam in vrbibus VVestphalicis motus exorti sunt, ad quos nimium conuiuere hic episcopus collegio visus est. Itaq; imminente iam vrbis Manasteriensis tempestate, tutius & rectius existimauit spontè se Magistratu abdicare, quàm frustra niti, & amplectentes synceriores doctrinam, quæ ipsi non improbabatur, violenter persequi. Post decennium igitur spontè ex diœcesi discedit, & vrbis Bonnæ præpositus, apud fratrem archiepiscopum vsq; ad illius depositionem, mansit.

M.D. XXII. Religionis verò Pontificiæ mutatio, in Saxoniam inferioris, & Liuitoniæ urbibus inchoata, paulatim progrediens subinde latius propagata est. Quam inter primas, BREMENSIS ciuitas admisit, vbi anno 1522, rogatu quorundam piorum, ac nominatim Henrici Esichij senatoris & Eberardi Spekhanij & aliorum patriciorum Henricus Sutphanienfis, monachus Augustinianus, recens Antuuerpiâ ex carcere elapsus, VVittebergam ad Lutherum directo itinere, Bremam transiens, primum in sacello prope S. Ansgarium, deinde in templo Ansgarij biennium concionatus est. Eo auctore, IACOBVS PROBST, Theologiæ Licentiatus, Augustinianus Antuuerpiensis, qui itidem ad Lutherum ex Belgico se contulerat, & quem toto vitæ tempore postea Lutherus inter præcipuos amicos coluit, Bremam vocatus, in templo Mariano, & paulò post Ioannes Timannus Amsterdamus, vir eloquens, in æde Martini pastor constitutus est. qui anno 1525, demum Pontificias Missas in omnibus parochiarum & monasteriorum templis, solo cathedrali excepto aboleuerunt. Sutphanienfis verò audiens in Dietmarsis Ianuam Evangelio apertam, & à Pastore Nicolao Boro & parochianis in Meldorp, sinceræ doctrinæ cupidus vocatus iter illuc instituit, Quod cum archiepiscopi officialis, vaser & impius, per proditores suos explorasset, captum in Dietmarsia crudeli supplicio affecit: cuius martyrij historiam, Bremensibus inscriptam, Lutherus edidit, & memoriam ipsius in carmine de Impositione manuum Philippus Melanthon honorificè celebrat. ex quo versus aliquot adscribam.

1524

Tom. VI.  
Germ. fol.  
382 & sequentibus,

*Heu quantam rerum molem, quæ pondera doctor  
Infirmis humeris ille gerenda subit?  
Seu cupidas regum mentes frenare studebit,  
Seu populum ad mores vult reuocare bonos:  
Numina seu conficta dolo detrudet ab aris,  
Impia Pontificum diminuitq; lucra:  
Seu fictam Monachis personam detrahet, atq;  
Adseret aeterni dogmata vera DEI:  
Quas feret arumnas, furijs agitantibus hostes  
Tollere qui è medio tale catharma uolent?  
Sic etiam doctor syncerus victima fiet,  
Assidueq; litat sanguine & ipse suo  
Ecce tenes causas, cur ritus dedicat idem  
Et pecudem, & mystem, qui pia sacra facit  
Ista Sacerdotis Christi verissima imago est  
Muneris huic detur gloria prima sacri.  
Hunc licet inferior comitatur cætera turba  
Officij titulum cui dedit ipse sui.  
Vult Euangelij custodes semper haberi,  
Militia socios semper & esse sua:*

Vt pecus

Vt pecus ante aras quondam sacrata cadebat  
 Tosta Deo ut fierent viscera suavis odor :  
 Victima sic etiam Christo fit quisq; sacerdos,  
 Laudibus ut fragrent terra polusq; Dei.  
 Talis Abel tenerum pure mactauerat agnum  
 Agnus at exitio mox datus ipse fuit.  
 Nostra etiam vidit quanquam infeliciores aras  
 Qui vitæ Christum praposuere sua.  
 Hic ubi diuiso Batavorum est insula Rheno,  
 Sutphaniam in ripa dære Sicamber habes  
 Hac tulit HENRICVM ciuem, quem vidimus ipsi  
 Florentem studijs, ingenijq; bonis,  
 Hic toto Christi spirabat pectore amorem  
 Cui studuit vera reddere vota fide.  
 Eximiaq; suos mores pietate regebat,  
 Virtutum exemplum posset ut inde capi.  
 Quidquid id est, quod de natura Græcia scripsit  
 Artibus excultus norat & ille bonis :  
 Quas teneat metas dum totum perficit annum  
 Aureus obliquo Phæbus in orbe means.  
 Longius à terra cum summo tardus in axe  
 Voluitur, aventes cur premit æstus agros  
 Cur quoties imo velocior ibit in axe  
 Et proprior terra, frigida bruma venit.  
 Hac ita contemplans autorem agnoscere iussit,  
 Et pura grates dicere mente DEO.  
 Hac ait, ostendunt nobis illustria signa  
 Æterna mundum non sine mente regi  
 Altera sed potior fuit illi cura, tenere  
 Extant qua nobis tradita voce Dej.  
 Hoc Doctore iterum Bremensi inclaruit urbi  
 Vnius Christi munere parta salus.  
 At quia diuinis statuis detraxit honores  
 Exitium Monachi qualibet arte struunt.  
 Et furijs, mitra ornatus dedit arma Tyrannus  
 Qui tandem oppressum non procul urbe necat  
 Hei cur tam subito orbat a est Ecclesia tali  
 Lumine, quo posthac debuit illa frui.  
 O Dilecte mihi ante alios Henrice, laboris  
 Nunc partem nostri te tolerare velim.

## MVTATIO RELIGIONIS.

*Talia praeconum quamuis sunt fata piorum  
Membra iacent sauis & lacerata modis:  
Non periere tamen, sed habent commercia laeti  
Cum Christo, viuis agminibusq; patrum.*

**MAGDEBURGÆ** Melchior Miricius Theologiae doctor, Augustinianus, & alij purius docere, & Pontificias Inuocationes sanctorum, fiduciam operum humanorum, vota monachorum, sacrificia Missae privatae, purgatorium &c. taxare hoc anno 1522. coeperunt quo biennio post COS. Nicolaus Sturmo & plurimi ciues sinceris doctrinae cupidj, Lutherum VVittebergam euocant. Is cum angustius Augustinianorum templum videretur, ad D. Ioannem docuit, & paucos dies moratus cum consilium de emendatione Religionis suum, Consuli & delectis ciuium exposuisset: Nicolaum Amsdortum se ipsis missurum pastorem ostendit, cui non secus ac sibi ipsi, omnibus in rebus confidere possent. Amsdorfus igitur, de sententia Lutheri, vrbis Magd. ecclesias, pie & praeclare à se institutas, cum quidem collegam fidum Doctorem Eberardum VVidenseium aliquandiu haberet, doctrinae suae voce & consilijs salutaribus, totos octo decim annos rexit, donec Naoburgensis ecclesiae episcopus crearetur.

1524.

Archiepiscopus Magdeb. Albertus Moguntiae iam aliquot annos commoratus erat, Sed cum Lutheri dogma passim in oppidis dioecesis Magdeb. serpere & propagari coepisset; & itinera publica à praedonibus infestarentur, ab ordinibus archidioecesis in Saxoniam revocatus est, ac de multis controuersijs, Religione tamen excepta, anno 1525. cum ciuitate Magdeb. transegit.

1521.

**HALBERSTADII** sinceriores euangelij doctrinam primi tradiderunt, & abusus Pontificios reprehenderunt Ioannes VVesselius Bruns. & Henricus Gebhardus Helmstadiensis ad S. Martinum. Quibus per Canonicos eiectis, duo Doctores Theologiae Eberardus VViddensee, praepositus D. Ioannis, & Valentinus Musteus Carmelita, qui pro concione, & VVidenseius etiam in schola sui monasterij, pure docebant, & in Senatu Henricus Scriba COS. plurimum sua autoritate causam euangelij adiuuabat. Hunc praetor vrbis & capitaneum episcopi, captum in Salinas ducunt, vbi capitis damnatus, agrè tandem pecunia se redemit. D. Valentinus Musteo, instinctu Suffraganej & capituli, oppresso noctu & ligato virilitas excisa est, qui sanato vulnere VVittebergam profectus, in ea vicinia, Lutheri commendatione functionem accepit. D. Eberardus etiam ab episcopo deponitur, & ad perpetuos carceres damnatur. Sed in itinere noctu elapsus ex custodia, Magdeburgam peruenit, vbi ad S. Iacobum pastor factus, fideliter propagationem euangelij adiuuit, donec in Holsatiam vocaretur. Halberstadij interea Henricus VVinkelius, & postea Ioannes VVimmenstedius vsq; ad annum 1529. inter varias persecutiones ecclesiam puriorem plantarunt. Quae tamen deinceps vsq; ad 1540. publicum docendi & sacramentorum ministerium nullum habuit.

1524.

**GOSLARIÆ**, inclinatio religionis Pontificiæ fieri cœpit, eodem anno, quo Lutherus VVormatiæ edita fidei suæ coram Imp. Carolo confessione, proscriptus, in Pathmum secessit: docente Ioanne quodam Cleppio, ædis D. Iacobi Vicario, quem Halberstadio pulsus Ioannes VVesselius secutus est, qui Eucharistiam primus iuxta institutionem Christi publicè porrexit. Crescente autem indies populi concursu & applausu, tandem vrgentibus assiduè ciuium delectis, Nicolaus Amsdorfius, Magdeburgà per Senatum euocatus est, qui ad formam ecclesiæ VVittebergensis & Magdeburgensis, Ordinem doctrinæ & rituum in omnibus templis instituit, ac inspectionem ecclesiarum Doctori Ioanni Amando commendauit. Literarum studijs in schola Michaeli Volmetium præfecit.

1521.

1524.

1528.

**HAMBURGI** primus indulgentiarum imposturas & alios abusus Pontificios, & vitam sacerdotum impuram taxare cœpit M. Ordo Stifelius, pastor ad S. Catharinam anno 1521. sed ætate, morbis & Cleri persecutionibus fractus docendi officium deposuit. Biennio post, Rostochiò, vbi per Ioachim Sluterum magno zelo iam purioris doctrinæ semina spargebantur, Hamburgam venit M. Stephanus Kempe Franciscanus, ingenio & facundia & animi magnitudine Ordonem superans, qui à præfectis Cœnobij Mariæ Magdalenæ ad docendi Euangelij munus in eo templo vocatus, inter acerrimas cæterorum sacerdotum aduersationes, sed magno cum ciuium concursu & applausu, triennium ferè solus æstum & laborem diei sustinuit, donec anno 1526. Ioannes Zegenhagius Magdenburgo ad Ecclesiam D. Nicolai, & paulò post M. Ioannes Fritzius Lubecà ad parochiæ D. Iacobi gubernationem vocati, fideliter in Euangelij propagatione M. Stephanum adiuuerunt. Qui cum passionis historiam inchoans, de Eucharistiæ institutione grauius & modestè monuisset, vtrenque speciem iuris diuini esse, & multis seculis in Ecclesia distribui & sumi ab omnibus cœna vtentibus solitam, ad Deum orandum esse, vt restitueretur: Doctor Bertholdus Mollerus, qui recens ex Academia Rostochiensis in locum D. Iohannis Engelini Hamburgensis ad Theologiæ lectionem & concionem in templo cathedrali vocatus erat, & magnæ auctoritatis ac doctrinæ tunc temporis habebatur, sequenti dominica, Hæreticos & impios pronunciat, qui vttramque speciem porrigunt aut sumunt. Huius exemplum cæteri Pontificij secuti, nullam occasionem in nouos Euangelij præcones tanquam hæreticos & Diaboli mancipia debacchandi præmittunt. Senatus vt Reipub. paci consuleret, omnibus Pontificijs & Euangelicis concionatoribus in curiam conuocatis, sub pœna eiectionis ex vrbe inter cætera mandat, vt verbum Dei piè & sincerè iuxta interpretationem scripturæ ab Ecclesia receptam doceant: nec mutuis conuicijs inter se publicè ex suggesto certent, Quod si quis impiè docere aut viuere existimetur: Processum Christi Matth. 18. sequantur, & ceremonias veteres in templis conseruent. Hæ conditiones cum omnibus pla-

M. D.

XXVI.

pro concione doceret; Christum non pro peccatis mortalibus, sed pro originali solummodo passum esse: pro mortalibus verò seu actualibus, vnumquemque ipsum satisfacere oportere. Item damnatos esse, qui vtramque speciem porrigerent vel acciperent, Christum esse signum, cui a nouis euangelij præconibus, Antichristi præcursoribus contradiceretur, Euangelici pastores iuxta senatus præscriptum, priuatim cum eo primum conferre cupientes, cum ille colloquium detrectaret: ad senatum rem detulerunt & hoc rem negligente, tandem post duos menses publicè responderunt,

Cum igitur vtrinque rursus certamina publicè recruduissent: Senatus adhibito D. Bertholdo Mollero, & alijs eruditjs vtramque partem audit. Burstorpius iussus accusationi pastorum, de articulo Quod Christus pro solo peccato originis, non pro mortalibus passus esset, ex verbo Dei respondere: adfirmat se iam triginta annos concionatum esse & se rectè docuisse, Quod si disputare velint, Parisios proficiscantur, rogat doctores arbitros, vt causam suam tueantur. Hi a consule interrogati, ordinè respondent, primum articulum, Si piè accipiatur, velut ad deterrendum vulgus a peccatis mortalibus, & inuitandos ad pœnitentiam homines directus, tolerari posse, nec se dubitare hanc Burstorpij sententiam esse. Alterum articulum de vna specie, sic ab Ecclesia, quæ errare non possit, determinatum esse, nec ab Ecclesiæ iudicio debere discedi.

Cum autem pastores contra prolixè vtriusque articuli impietatem manifestam demonstrarent, & tandem post longam altercationem, doctorem Mollerum, per conscientiam obtestarentur vt sententiam de primo articulo suam ingenuè diceret. fatetur ille, si sicut verba sonant accipiatur, manifestè hæreticum esse, sed haud dubiè rectiùs sentire Burstorpium quàm verba sonarent. Quare impij articuli reuocationem concionatores vrgent. Qua tandem promissa, sed non præstita, cœtus dimittitur.

In ferijs natalijs, inchoantibus annum 1727. Sacerdotes ad D. Nicolaum, vt odia ciuium aduersus pastorem templi Zegenhagium accenderent, ex choro emanent. Cum igitur pastor, per suos diaconos & scholasticos, cantiones ac ritus in festo vsitatos, administrari illis absentibus curasset: reditus in chorum illis prohibitus est. Sic in templo D. Nicolaj primum Missæ & alij ritus impij intermissi sunt. Eodem anno M. Stephanus Kempius ad D. Catharinam ordinatur.

1258.

Postea ciuium delecti, à Senatu petunt, vnam tantum religionem, verbo Dei consentaneam, in vrbe tolerari, nec contrarijs pastorum in Parochijs & pontificiorum clamoribus, publicam vrbis tranquillitatem, & ciuium concordiam turbari permittant. Consignauerant autem pastores capita aliquot impiorum dogmatum, quæ à D. Mollero, D. Wendt. & alijs sex præconibus Pontificijs pro concione defensa essent. De his disputatio coram senatu & ciuibus mense Aprili in curia instituitur, cuius hic exitus fuit, vt quinque clamatores, qui tueri sua ex verbo Dei non potuerant, ac in his Nicolaus Burstorpius, vrbe exire iuberentur. Triduo post Doctor Mollerus spontè discedens, Rostochiū redit, vbi collegij ad S. Iacobū Decanus & Academiae Rector anno 1730. obiit. Hunc M. Fridericus Henningius.

pastor D.

pastor D. Petri, qui postea lucem euangelij amplexus, Ecclesiæ Luneburgensis inspector fuit, comitatus est.

Sequente ætate V Vittebergâ, D. Iohannes Bugenhagenus euocatus est, qui Formam doctrinæ & rituum & vocationis ministrorum ecclesiæ Hamburgensis descripsit, Scholam in cœnobio S. Ioannis constituit, quæ hucusq; Dei beneficio conseruata floruit & Reipub. salutaris fuit. Collegij Hamburgensis Præpositus & Decanus ex vrbe discedentes, grauius de mutatione illa in iudicio Camerae queruntur, & mandatum ac citationem die 10. Decembris obtinent. Interea ordinatio Ecclesiastica Hamburgensis publicata, & Ioannes Æpinus vir pius, prudens, doctus & eloquens, pastor ad D. Petrum, & biennio post totius Ecclesiæ Hamburgensis Superintendens pridie Peutecostes constitutus est. Monasteria, Mariæ Magd. dimissis cum viatico monachis, à senatu administrata, & ærarium pauperum ad S. Mariam Magdal. institutum est. Defuncto Iohanni Zegenhaio pastor ad D. Nicolaum, M. Ioachimus Francus, vir doctus, prudens & grauis substitutus est. Zegenhagij filius fuit M. Dauid Zegenhagius, vir doctrina, virtute & fide singulari, quem studia Doctrinarum Bremæ & Brunsvigæ fideliter & feliciter gubernare meminimus.

1529.

1531.

Cùm autem de mutatione Religionis, & constitutione ecclesiarum pia in vrbe Hamburgensi, nostra ætate instituta, hæcenus dixerimus; pauca de antiquitatibus illius vrbis à Caroli magni memoria repetitis, & primo in ea Religionis Christianæ exordio & episcoporum ac principum primorum serie addemus. Caroli magni ætate angustis adhuc pomerijs Hamburga conclusa, collem solum, cui nunc D. Petri & cathedrale templum insistit complexa fuit, & Albioni principi Nordalbingorum, V Vitikindi amico paruit, cum quo accepta fide, Bardeuicum ad Carolum Albion profectus, sese dedit & Christianæ religioni initiatus est. Hamburgæ, Carolus pastorem ecclesiæ primum Heridagum, ac Vdonem ducem cum præsidio constituit. Postea rebellantibus Nordalbingis, multa millia in Flandriam, tunc incultam, & Brabantiam transtulit. A. C. 804. Sexennio post, Heneti vicini, Vuilsi, odio Christianæ religionis, urbem expugnatam incenderunt. Quâ deinde auspicijs Caroli & Ludoici Pij restituta, S. ANSGARIVS, ex monasterio Corbeiensi ad Somam, archiepiscopus gentium septentrionalium à Ludoico Pio ibi collocatus est. Vastata autem denuò à Normannis, per Albim adscendentibus vrbe; Ludoicus Germanicus, BREMENSIS ecclesiæ tum vacanti, Ansgarium præfecit, Quam Pontifex postea ex Coloniensis iurisdictione exemptam, cum Hamburgensi metropolitana coniunxit & vniuit. Secundus archiepiscopus fuit S. Rembertus Ansgarij discipulus, sub quo Dani & Normanni Hamburgam denuò cremarunt. 3. Adalgarius, ab Arnolpho Imp. constitutus, libertatem ecclesiæ Bremensis aduersus archiepiscopum Coloniensem, qui eam sibi subiectam esse volebat, defendit. 4. Hogerus à Ludoico Imp. sub quo Hamburga quartò ab Henetis & Danis vastata. 5. Reginnuardus. 6. VNNI, à Conrado Imp. institutus, post victos ab Henrico

785.

A. C. 810.

833.

849.

867.

888.

908.

915.

rico Aucupe Danos, & marchionem Slesvici collocatum, in Dania & Suecia euangelion docuit, obiit 934.

7. ADALGAGVS, Cancellarius Ottonis I. Imp. post Ottonis victoriam de Danis partam, episcopos Slesvici, Ripæ & Arhusiæ ordinavit. Hermannus Billung Dux inferioris Saxonix ab Ottone I. creatus, Hamburgam quoque suo imperio tenuit. Benedictus Papa, quem Romani contra Leonem seditiosè elegerant, captiuus Hamburgam ductus ⊕ 956.

Hermannus Billungus Dux Saxonix, qui arcem & templum S. Michaelis, in monte Luneburgi condiderat, decessit A. C. 984.

985. BENNO Hermanni filius, Dux Saxonix, sub quo Adalgagus archiepiscopus obiit cum 54. annos præfuisset A. C. 989. 8. Libentius,

990. obiit 994. 9. Vnuuanus primùm fossa & aggere paruo Bremam circumdedit, obiit, 1010. 10. Libentius II, obiit 1033. 11. Herman-

1011. nus primus muro Bremam cingere cœpit. 12. Betzelinus, oppidum Hamburgum muro duodecim turribus distincto circumdare cœpit, obiit

1036. 1046. 13. ALBERTUS comes Bauaricus, Templum Hamburgi ex lapidibus ædificare instituit. Bernhardus Saxonix dux, arcem Hamburgi primùm ad Elistrum, da *sekunde der Marstall ist*. Deinde ad confluentem Elistri & Albis *die Nienburg* extruxit vnde initium est nouæ vrbis, in qua dux Saxonix aulam habuit: in veteri, archiepiscopus qui obiit 1072.

14. Liemar, sub quo bis vno anno 1073. à Vandalis Hamburga cremata obiit 1102. Deinceps sub comitibus Holsatiæ Hamburga viros & opibus crescere & florere cœpit.

ADOLPHVS comes Schovvenb. à Lothario duce Saxonix comitatu Holsatiæ & vrbi Hamburgo præfectus, obiit 1137.

Adolphus II, arcem Segenberg & urbem Lubecam 1143. Hartvvigus condidit, quam anno 1158. combustam celsit Henrico in Boemia Leoni, cæsus ad Demmin 1164. cæsus.

Adolphus III, pulsus ab Henrico 9. restitutus post proscriptum Leonem 1182. Hic Adolphus anno 1189. comitatur Fridericum Barbarossam in Palæstinam, dedit priuilegia Hamburgensibus, ne quis arcem intra 7. milliaria ad urbem ædificet; vt immunes à vectigalibus & belli oneribus sint in Holsatia &c. Eodem anno Henricus Leo ex Anglia redit, & Bardeuicum euertit: Stadam, & Hamburgam recepit.

1192. Adolphus ex Palestina reuersus Hamburgum & Lubecam denuo cepit auxilio Bernardi Vrli ducis Saxonix. Sed paucis annis post, VValdemarus dux Slesvicensis, Hamburgum & Lubecam auspicijs Daniae regis Canuti VI. occupat,

1202. & postea capit Adolphum, qui renuncians suo iuri, in patria Schovvenburg obiit. Hamburgæ Albertus comes ab Orlamund à rege præfectus erat, qui deficientibus à Dano Holsatis & VValdemaro rege Henrico comite Suerinensi capto, ius suum in vrbe, 1500. marcis argenti Senatui vendidit. Hoc libertatis Hamburgensium solidæ fundamentum fuit, postea enim nullum iuramentum fidelitatis ducibus Holsatiæ præstiterunt.

Adolphus

Adolphus III, reuocatus in Holsatiam contra Danos, cum V Valdemarus rex Daniæ ab Henrico comite Suerinense captus esset, confirmauit libertatem & priuilegia Hamburgensium 1525, & Lubecenses excussio Danorum jugo, vicerunt eos ad Bornhövede 1227, ab eo tempore Lubeca vrbs Imperij libera fuit.

Burcardus quidam, monachus Dominicanus, Hamburgæ cœnobi-  
um ad S. Ioannem ædificare cœpit. Adolphus III, fit monachus Fran-  
ciscanus, obiit 1261, cuius filij Ioannes V Vagriæ Dominus, cui filia Al-  
berti Ducis Saxonix nupta fuit, & Gerardus Holsatiæ & Stormariæ prin-  
ceps, cuius vxor filia Ioannis Theologi Megapolitanus fuit priuilegia  
Hamburgensibus confirmauit 1239, eisq; monetæ cudendæ jus 1255,  
item terram, vrbi Hamburgo adiacentem cum omni iurisdictione 1258,  
attribuit.

1235.

1240.

Hanc libertatem deinceps Hamburga, in ditione comitum ac Du-  
cum Holsatiæ vsq; ad nostram ætatem florens conservauit.

ROSTOCHII quæ vrbs à fragrantibus rosis

nomen habens in ditione Ducum Megapolitanorum, ad Arni seu Varni  
fl. (oppida Sternbergam, Buzouium, Cygnæam alluentis) ripam, 5000,  
passuum supra ostium maritimum sita, & circa annum Christj 1160, vnâ  
cum Religione Christiana in his terris primùm exorta, inter duo V Varni-  
brachia, vbi nunc D. Petri & Nicolaj Parochiæ sunt, à Pribislao (Henetæ  
gentis Principe) edificari cœpta & paulatim sequentibus seculis frequentia  
ciuium, amplitudine ac splendore ædificiorum, templis, opibus, priuilegijs  
aucta & amplificata est: anno 1523, puriorem Euangelij doctrinam, Io-  
achimus Sluterus, natus Domicij, oppido huius ditionis Megapol. ad Al-  
bim, in cœmiterio D. Petrij docere, & errores & abusus Pontificios taxare,  
& à meritis nostrorum operum & superstitionibus, traditionum humana-  
rum, ad vnicum propiciatorem & Seruatorem nostrum CHRISTVM  
& veros Dei cultus, verbo Deij mandatos, traducere auditores cœpit, cui  
acerrimè initio, non solum pastores & Canonici, ac Theologi in Acade-  
mia, sed magistratus etiam vrbis aduersabatur. Cum autem DEO eum  
confirmante ac tuente, Henricus Dux Megapolitanus etiam, qui ius pa-  
tronatus in ecclesijs habebat, locum ei in templo docendij præberet, & Pa-  
torem D. Petrij constitueret, maiore cum fructu atq; successu, cursum  
prædicationis suæ vsq; ad annum Christj 1532, perduxit,

STETTINENSES

In Pomerania, om-  
nium primi, doctores Euangelicos V Vitteberga accersuerunt, M. Pau-  
lum à Rhoda, & M. Nicolaum Curientem. Et si enim Bugslaus, Edictum  
V Vormatiense in Pomerania ordinibus promulgauerat: tamen executio-  
nem non admodum seuerè vrgebat, dehortantibus eum Valentino Sto-  
ientino, & Iacobo V Vobeser, & alijs pijs & eruditis consiliarijs, qui purio-  
rem doctrinam amabant.

M. D. XXIII Petrus Suanenius etiam, nobilis Bomeranus, quem Lutherus sibi comitem ad iter VVormatiense adiunxerat, post abductum in Pathmon Lutherum, in Pomeraniam redierat. Hunc propter eruditionem, Ioannes Boldevvanus Abbas Belbugensis ad Regæ fl. ostium qui monachos suos studia sacrarum literarum & bonarum artium colere volebat, ad docendas sacras literas in monasterium inuitabat. Huius cœnobij frater Christianus Ketelhut anno 1522. SVNDII taxare religionis Pontificiæ vanitatem & superstitiones cœpit. Sic Evangelij semina paulatim in Pomerania, extrema vitæ BVGSLAI tempore spargebantur. Ipse Noribergam ad comitia profectus, etsi Ferdinandus, Caroli Imper. frater & locum tenens denuò controuersiam cum Marchione cognoscebat, tamen re non composita redijt ac in itinere cum electore Saxonix Friderico egit, vt filio suo Barnimo, sororis Friderici & Henrici Luneburgensis filia, Anna, connubio iungeretur. In eo itinere VVittebergam, cum filio Georgio, & Henrico Megapolitano transiens, Lutheri monachi, qui restantas in ecclesia & imperio Germanico mouisset, conspectum & colloquium expetiuit, ac post pauca verba, vltro citroque commutata, iocans, Domine Docteur, inquit, te confessionem meam semel audire oportebit. Cui è vestigio Lutherus, Non, Non, inquit, Illustrissime princeps, C. V. nimis magnus peccator est, quem absolvere ego pro dignitate non potero. nam heroica corporis proceritate & potentia princeps excellebat. Verùm is vicia, quorum sibi conscius erat, perstringi existimans, statim Lutherum non ad adhibitum ad mensam, vt Cræsus Solonem, à se dimisit.

Interea Sundij, quidam ex fece vulgi & opificum, inuito & repugnante Senatu, Imagines ex templis seditiosè eiecerant, & in Belbugiensi cœnobio monachi ipsi superstitiones veteres abiecerant. Itaque in patriam reuersus & à sacrificulis incitatus, Abbatem captum postea ex ditione proscripsit (qui propè VVitebergam deinceps in oppido Beltzo pastoris officium gessit) & cœnobium vnà cum redditibus omnibus, suo præfecto administrandum tradidit. Id primùm initium occupandi monasteria in Pomerania fuit. Sundensibus etiam grauiter, ob iniuriam, non religioni solum & Ecclesiæ, verùm etiam sibi patrono illatam, comminatus est. sed statim in tabem lentam & lethalem incidit, qua pridie Calend. Octob. extinctus est: duobus filijs Georgio & Barnimo relictis, qui in gubernatione ipsi, vt postea dicemus, successerunt.

IN BORVSSIAM orientalem Albertus marchio Brandeb. ordinis magister, ex comitijs Noribergensibus reuersus, consilia emendandæ Religionis Pontificiæ, & instituendæ purioris doctrinæ, cuius ab Andrea Osiandro, qui Noribergæ tum publice docere cœperat, seminam bibit; primùm suscepit. Itaque ex Academia VVittebergensi Docto-

1522.  
23, Febr.

Doctorem pium, grauem, eruditum, & moderatum, Ioannem BRIS-  
MANNVM, Cotbusij in Lusatia natum, Lutheri familiarem & amicum,  
euocat, qui exeunte anno 1523. Regium montem appulit, & inter varias  
ac multiplices, commendatorum ordinis, sacerdotum, & aliorum, Pon-  
tificias persuasiones pertinaciter retinentium, aduersationes & insidias,  
magno & constanti animo, & pietate, ac prudentia singulari, emenda-  
tionem ecclesiarum paulatim prouexit: donec accedente publica Princi-  
pis autoritate, & ordinum cæterorum approbatione, Forma Doctrinæ &  
rituum certa & æquabilis vbiq̃ue in illius partis Borussiae ecclesijs consti-  
tuta est. Huius laboris socios & collegas fideles & præclaros habuit PAU-  
LVM SPERATVM & Ioannem POLIANDRVM. Qui tres *oimsoy* seu  
conditores & Lumina ecclesiae Prutenicæ, ab erroribus & idolis Ponti-  
ficijs repurgatæ, præcipua, coniunctis animis & consilijs, summa cum pie-  
tatis, constantiæ moderationis & prudentiæ laude, annos amplius vigin-  
ti, ecclesias illas, puritate doctrinæ & disciplinæ sanctitate & docentium  
concordia florentes & tranquillas rexerunt & conseruarunt.

Paulus SPERATVS, ex nobili Sprettorum familia Sueuica oriundus:  
Lutetiæ & in Italicis Academijs diu versatus, & singulari zelo domus Dei  
accensus, vindicandæ concionibus sacris veræ agnitioni & inuocationi  
Dei & cultibus DEO gratis, se totum dedit, & Augustæ, Herbipoli, Saltz-  
burgæ & Viennæ constanter & intrepidè taxatis abusibus, tandem Iglauia  
in Moravia aliquantisper constitit, Vnde episcopus Olmucensis ad cau-  
sam dicendam euocatum in carcerem tetrum condidit ex quo diuinitus  
elapsus, VVittebergam ad Lutherum anno 1524. peruenit, à quo statim in  
Borussiam missus, & principi ac Brismanno commendatus, post paucos  
annos, Pomezanensi ecclesiae vacanti à principe episcopus præfectus est.  
Excelluit autem ingenio & eloquentia admirabili, & perpetuus ac constans  
Augustanæ confessionis aduersus Anabaptistas & Sacramentarios defen-  
sor & propugnator fuit. ac nominatim Eccelium quendam & Zankerum,  
qui initio emendationis ecclesiarum irrepsert, & multos etiam ex pro-  
ceribus seduxerant, Rasceburgi colloquio instituto refutauit. Pietatis  
ac doctrinæ Theologicæ, non vulgaris aut hypocriticæ, sed spiritualis &  
sublimis, & naturæ Musicæ ac Poëticæ, indices sunt Odæ sacrae, ab ipso  
compositæ, quibus summam doctrinæ euangelij complexus est, *Es ist das  
Heil ons komen her. In Gott gleub ich. Hilff Gott / wie ist der Menschen  
nott.* Talibus Poëmatis sacris pangendis, cum Sperato velut certabat, alter  
Borussiae Orpheus, Ioannes Poliander, cuius Odæ sunt, *Nu lob mein Seel  
den H E X X N. Frölich wollen wir singen etc.* Hic patria seu Francica lin-  
gua Grahman dictus, qui anno 1525, in Borussiam primùm appulit, & tum  
in ecclesiae gubernatione, coniunctissimis studijs & officijs Speratum & cæ-  
teros collegas adjuuit: tum verò in schola docens, plerosq; veteris & noui  
Testamenti libros interpretatus est vsq; ad annum 1540. qua *diuina* diu  
decubuit ac tandem die 18. Aprilis anni 1541. ad cœlestis ecclesiae consuetu-  
dinem commigravit. Hunc sexennio post Brismannus secutus est. Spe-  
ratus autem paulò longius producto vitæ spacio, in ipsa Osiandricæ Tra-  
gediæ epitafi, doloribus, curis & laboribus fractus ex statione huius vitæ  
euoca.

1484.  
13. Decem.1522.  
1523.

M. D. X. XII.

evocatus est. Hæc de tribus primis Ducatus Borussiae euangelistis breuiter hoc loco annotare volui.

Tom. VI.  
VVitt.  
fol. 345.

Liouonicæ verò ciuitates, RIGA, REVALIA, & DERBATTVM, iam superiore anno 1522, Pontificiæ religionis ritus mutare cœperant, quod Lutheri ad eos epistola ostendit, in qua grauissimè monet, Religionem veram & pietatem Christianam, in FIDE rectè DEVM agnoscente & propter vnicum Seruatorem nostrum Iesum CHRISTVM non propter vlla externa opera aut merita propria, se Deo placere, & æternam salutem consequi statuente: in CARITATE seu officijs Dilectionis erga proximum à Deo mandatis: in spe salutis non succumbente cruci & afflictionibus fidei confessionem comitantibus; non in externorum rituum humanorum obseruatione aut abolitione, quæ libera sit extra casum scandalj, & ædificationi veræ pietatis seruire debeat, sitam esse. Rigensibus etiam ministris, de ritibus Liturgiæ inter se disceptantibus, bienio post, alteram epistolam mittit, in qua de externorum rituum libertate & vsu ceremoniarum vero prudentissimè docet. Primi autem emendationem doctrinæ & cultuum Rigæ eo tempore inchoarunt M. Andreas Knopius & Syluester.

1204.

Prima verò noticiæ Christi semina & ecclesiarum Liuoniæ Christianarum fundamenta à MEINARDO quodam Segebergense monacho & sacerdote, à Bremensibus mercatoribus in Liuoniam ducto, iacta sunt. Is episcopus Liuoniæ primus, circa annum Christi 1180 constitutus ab Alexandro III, sedem ad Dunam fl. collocauit, eo in loco, vbi successor illius Bertholdus Bremensis, circa annum Christi 1200, vrbs RIGÆ initium fecit. Præcipuè autem propagare Religionem & ditionem Christianam in Liuonia tertius episcopus ALBERTVS Bremensis cœpit, qui ab Innocentio III PP. confirmatus, Fratrum Gladiferorum ordinem, Gladio & stella rubea in candido pallio insignitum, autoritate PP. institutum, præfecto magistro Vinnone sibi adiunxit, cuius ope, Kokenhusium ad Dunam, archiepiscopi postea Rigensis arcem præcipuam; deinde VVendam, Asceradum, Segevvoldum occupauit: vrbs Rigam muro cinxit; & templum in ea cathedrale primum exorsus est. Item duo collegia ecclesiastica, alterum Leale, cuius episcopi cathedra Habsaliæ, vnde Arensbergum in Ofiliam translata est: alterum Vggenussæ, cuius sedem anno Christi 1230 Derbatensi arce Russica, ab Alberto & Volquino, qui Vinnoni successerat, vi expugnata, Hermannus primus episcopus, Derbatum constituit: qui vrbs Derbati & cœnobij Falkena primus conditor extitit.

1223.

1238.

Volquino à Lithuanis cæso. Hermannus Falco magister Prutenico ordini coniunctus successit: à quo Plescouia Russiæ vrbs capta, sed anno 1244, iterum amissa est.

Albertum Rigæ episcopum secutus est Nicolaus. hunc ALBERTUS II, ad archiepiscopi Liuoniæ & Borussiae dignitatem euectus, cœpit 1252. obiit

obijt 1272. 6. Ioannis à Luna, ⊕ 1285. 7. Ioannes à Luna, ⊕ 1285. 7. Ioannes à VVechte ⊕ 1294. 8. Ioannes comes Sverinensis circa annū 1300. Romæ obijt. 9. Isaurus Italus. 10. Boemus quidam Fridericus bienniū præfuit. 11. Gilbertus à Dalem 39. annis, obijt Auinione. 12. Fromhold von **Sünffhausen** 1350. obijt Romæ 1369. 13. Sigfridus à Blomberg ⊕ 1373. 14. Ioannes von **Sinten** ⊕ Stetini cum Romam iter haberet 1390; 15. Ioannes à VValrod, Francus, interfuit concilio Constantiensi 1414. 16. Ioannes Habundus 1420. 17. Henningus à Scharpenberg. 18. Syluester, triginta annis cum magistro ordinis bella gessit, ⊕ 1479. 19. Stephanus à Gruben à Pontifice intrusus; aduersante ordine & vrbe Rigensi, ad gubernationem non peruenit ⊕ 1484. 20. Michael Hildebrand Reualiensis, socius VValteri à Plettenberg in proffigandis Russis 1502. cœpit 1484. 21. Caspar Lindius, cœpit 1509. Huius extremis temporibus Religionis mutatio Rigæ & in reliquis Liuoniæ urbibus inchoata est: de qua cum breuiter dictum sit, ad Chronicon 1523. redeo, cuius prima die, SVbDIt se GetlCo RhoDos ante Infracta tyranno. ChrIste ah nataLIs LVCe oriente tVI.

Post Epiphania, delecti ex collegio, Nobilitate & senatu Hildesiensi, Noribergam ad comitia proficiscuntur, vbi post duorum mensium moram, Ferdinandus Albertum archiepiscopum Moguntinum, & Georgium Saxonix ducem, ac ciuitates vicinas, Goslariam Magdeburgum &c. commissarios nominat, qui proximis Calendis Maij **QVEDLENBURGI** controuersias cognoscant & componunt, Interea Erici milites, noctu, in montem vrbi Hildesiæ imminentem, & multis Canonicorum ædibus templo D. Mauritij contiguus insignem, impressione facta, homines & pecora abigunt, & ædificia reliqua incendunt, Hildesienses è contra, Boideburgenses Salinas vastant, & pecora ex pagis passim abducunt. Post Pascha, in conspectu vrbis Hannoueræ, pagos incendunt, & pecora abigunt. Itaq; ciues irritati, cum principe suo Erico, vicissim pagos præfecturæ Stureuualdensis spoliant, & prædam duplo maiorem recipiunt.

Interea **QVEDLINBURGI** Albertus archiepiscopus Mog. & Magd. & Georgius Saxonix dux, & ciuitates Goslaria, Magd. & Eimbeca, quibus à Cæsare causa commissa erat: vnà cum vtroque Principe Brunsvicente, & Hildesiensi collegij, nobilitatis & vrbis legatis, initio Maij conueniunt: episcopo Hildesiense Halberstadij in vicinia exitum expectante, vbi tandem vtriusq; partis consensu ita transactum est, vt armis vtrinq; depositis, inter episcopum Hildesiensem ac ipsi coniunctos, & Duces Brunsvicenses, eorumq; socios, Pax sit: Ericus & Henricus Duces Brunsvicenses, quæcunque oppida, arces, cœnobia episcopi & Diœcesios Hildesiensis, à Cæsare & Imperio proscripti, occupassent; retineant: VVilhelmus Dux Brunsvicensis captiuus sine λύτρω liber sit. Gladius Erico duci Brunsviconsi in prælio Soltaiensi ademptus, & in summo templo Hildesiæ suspensus, Duci redatur, captiui omnes vtrique liberi dimittantur, & abolita proscriptione, Hildesienses cum collegio & nobilitate in gratiam Cæsaris recipiantur.

Nobi-

## COMPOSITIO BELLI HILDESHEIM.

Nobiles diocesani, quorum prædia & domos in bello duces Brunsvuicenses in suam ditionem redegerant, Goslariæ, ad Bartholomæi, cognoscent, quid ex gratia principes victores singulis reddituri sint. His ita transactis, Hildesienses domum reuersi, captiuum principem Brunsvuicensem VVilhelmum, in curia conuiuio exceptum, & in arcem Steinbrug deductum, libertati pristinae restitunt. Atque ita finis bello Hildesiensi, quarto postquam cœptum est, anno, tandem imponitur.

Sunt autem præfecturæ, quas Episcopo Hildesiensi ademptas, principes Brunsvuicenses suo ducatu adiunxerunt, Nouendecim: nobilium arces sedecim: oppida duodecim, cœnobia octo: Arcium nomina sunt: VVoldenberg cum 38. pagis. VVintzenberg cum 25. pagis, Lebenburg 16. & 4. cœnobijs, Hundesrugge, nunc Erichsborg appellant, 16 pagis, & oppidum Dassel. Ertelsen 24. Poppenburg 9. pagi & cœnobium VVittenborg. Rude 19. Lauenstein 28. pagi, 3. oppida, 3. cœnobia, Gronde 9. Steinbrug, 8. VVidelag 10. VVineburg 3. Later. 5. Sladem 6. Koldingen 7. VVesterhoue 15. VVoldestein 9. Gronauu 2. Hallenburg 3.

Oppidorum nomina. Alueld, Bokelen, Bodenvverder ad Visurgin, Hameliæ pars dimidia, Grunnauu, Dassel: & his nomina, Lauenstein, Lamspring, Ertel, Elsa, Boidenburg, Hemmendorp, Soltgittern. Cœnobia celebriora, Ringelheim, Lamspring Dernberg, Dorstatt, VVittenborg, VVilsinhausen &c. Quæ omnia Imp. Carolus Augustæ postea in comitijs anni 1530. in feudum ducibus Brunsvuicensibus, ritu & literis solennibus contulit, vt sanè exigua spes recuperationis illorum superesse episcopo & collegio Hildesiensi videatur, tamen si voluntas & conatus, electis subindè potentibus vel gratiosis in aula Romana, & Cæsarea, episcopis, collegio non defuerit. Tantam oppidorum & artium iacturam episcopus Hildesiensis, moto bello non necessario, & pertinacia in captiuis mandante Cæsare non dimittendis fecit, ac de tota diocesi amplissima, tres solummodo arces Sturvaldam, Peinam & Mariæburgam, vnâ cum Metropoli Hildesia, & oppidulis Sarsted & Peina conseruauit.

Cùm verò armis amissa recuperare episcopus desperaret, ad ius confugit: cuius viam Quedlinburgensi actione sibi non præclusam iudicabat. itaque Romæ litem coram Adriano Pontifice, Ducibus Brunsvuicensibus intendit, & Spoliatum se ante omnia restitui petit. Pontifex cognitionem causæ in auditorio Rotæ Mercurio de vipera commendat. vbi, cum vsq; ad promulgationem sententiæ deducta esset, duces Brunsvuicenses ad Clementem VII. obtinuerunt, vt cognitio causæ ex Rota ad Petrum Cardinalem Anconitanum transferretur. Statim autem subsequuta vrbis Romæ direptione & Cardinalis morte improuisa, non vterius processum est, donec decennio post, Valentinus à Teteleben litem re assumeret. vt suo loco postea commemorabimus. VVilhelmus etiam Ducem Brunsvuicensem, Henrici fratrem vix dum ex Hildesiensi custodia

dia liberatum, noua calamitas excepit. Cùm enim à fratre partem hæreditatis & ditionis à patre relicta & nuper bello aucta peteret: frater eum denuò captum, duodecim annos & duos menses in custodia tenuit, donec tandem libertatis recuperandæ desiderio, omni suo iuri successionis, in bonis feudalibus & alijs, pro se & hæredibus renunciaret vt infra 1535 exponam.

Cùm in Saxonia, Duces Brunsvuicenses, lata à Carolo V proscriptionis aduersus Ioannem episcopum Hildesensem, executores, tota ferè diœcesi occupata, metropolin Hildesiam mense Iunio & Iulio obsiderent: ad Rhenum & Mosellam Franciscus à Siccingen tumultuans, Treuerim oppugnauit. Bellum enim indixerat Treuirensi archiepiscopo, Richardo, propter ciuem quendam vrbis Treueræ; cuius, archiepiscopi iudicio grauati, causam suam fecerat: Cùm autem à mœnibus virtute ciuium & auxilijs Palatini repulsus esset; destructo D. Maximini monasterio, & vastatis Treu: episcopi agris, domum redijt, Ibi archiepiscopus, facto cum Ludoico Palatino & Hesso fœdere, summa ope bellum tota hyeme parat. Multa molitur interea & Franciscus, magna vbiq; expectatione de se concitata, apparebatq; si illi res succederet, oppressurum esse principes aliquot prophanos vnà cum episcopis. Erant vtriq; in magna tum inuidia, & quia de dignitate sua & fortunis agi credebant Episcopi, passim bonos viros, Lutheri nomen probantes, persequebantur, Horum furori & prophani principes inseruiebant, qui partim tranquillitatis studio nouum genus doctrinæ oderant, partim intelligebant, se quoq; perituros esse, vbi episcopi cecidissent. Et cùm iam diu in Germania, opulentissimos episcopatus, & ecclesiasticas dignitates, suis principes cognatis tradere soliti essent: tantumq; de priuato commodo ageretur: episcopos tutandos iudicarunt. Ita fiebat, vt capitale esset in vniuersa penè Germania paulò liberius aliquid de humanis traditionibus monuisse. At vulgò æquior videri volébat Franciscus Lutherano dogmati, & præ se ferebat, facturum se copiam bonis viris liberè docendi Euangelij. Accessit huc etiam quod nouis subinde oneribus prophani principes populum premebant, & Palatinus vectigal instituerat pendi ab Imperialibus vrbibus ad Rhenum, quæ res vix tolerabilis visa est, & nobilitas, vt semper aliàs iniqua, nunc obarata, cùm sua prodegisset luxu, qui immodicus seculis iam aliquot in Germania fuit, nihil aliud quàm seditionem malebat.

Hanc occasionem oportunam ratus Franciscus rerum nouarum, bonam spem conceperat rei benè gerendæ, multi ciues Brutum quendam in Germania exortum credebant, qui à principum & episcoporum Tyrannide diu iam oppressos reciperet ac vindicaret, Quando enim hoc non fuit, vt præsentis imperij vulgus pœniteret, & negari non potuit quin nimium sibi iam diu principes & episcopi permiffissent, quæ tamen vt sunt, seditione tolerabiliora bonis viris videbantur. Est igitur paratum bellum, vtrinque tota hyeme Pagos

T

quos-

1522.

1523.

quosdam cremavit Treuiro Franciscus, multi equites vtrinque capti, in his & Francisci filius,

1523.

At post Pascha Hefsus, Palatinus, & Treuir, exercitibus conscriptis, obsidere Francisci arces coeperunt, priusquam ille vires suas augetet. Nam hactenus frustra expectarat Franciscus eos, qui se polliciti erant aduersus quosuis illi opem laturos esse, siue quod essent a principibus interclusi, quom minus ad illum integer pateret aditus, siue quod, cum pacem tantis principibus cum Francisco fore non putarent, res suas, quam fidem, integram esse maluerunt.

Neque vix vnquam bona fide seditiosi inter se coherent aiebant. ita comparatas esse belli conditiones, ut vbi primum principes ex ditionibus suis mouissent, multis simul locis, & in Hefsiam, & in Palatinatum ac Treuericum agrum fierent incursiones. Sed fefellerunt Franciscum omnia. Landstall obsessa est, postquam compertum est eum illuc se recepisse. Nam in eius capite rerum omnium cardo versabatur, Estque intra paucos dies magna vi bombardarum disiecta, vbi cum forte trabe quadam ictus Franciscus graue vulnus accepisset, iussit dedere arcem. Ipse Franciscus intra biduum extinctus est. Is Francisci finis erat. Magnus omnino vir erat, & in quo nihil desiderares omnium Heroicarum virtutum Hoc bello nomini suo notam inussit, quod author acerrimae seditionis futurus fuisse videbatur, si coeptis cetera respondissent. Quanquam multis persuasissimum fuit, Franciscum bono consilio rem suscepisse, studioque iuuandae Reipub. non ambitione aliqua, sed nesciebat pium bellum hac ratione geri non posse, & priusquam moueret in agrum Treuirensem, cum iam de bello suscipiendo rumor sparsus esset, Lutherus Cronbergum Francisci generum monuit per litteras, ut a bello Franciscum dehortaretur, non probari Deo hoc genus bellorum, quamuis ipse rem piam se moliri sentiret. Monuit idem VVitebergae, cum eò consulturus hac de re venisset Nicolaus à Minkvitz. Sed reuocari ab instituto non potuit Franciscus, cum bono studio se inflammatum esse putaret, adeoque fore, ut exitus votis responderet: Sed vel hic casus docere queat, quod non sit temere humanis consilijs, quanquam in speciem sanctissimis, fidentum, neque quidquam contra vocationem, praeter verbum Dei suscipiendum esse.

1522.

In idem ferè tempus Christierni Daniae regis Tragœdia incidit, qui, cum Sueci ab eo defecissent, & Lubecenses ac foederatae ciuitates, bellum apertum, ob multipliciter violata ipsorum priuilegia, & naues hostiliter ademptas, cum eo gererent; & praecipuorum in Daniae regno procerum voluntates aduersus se exacerbatas videret; cum Frederico Holsatiae duce patruo, quem multis de causis animo à se alieniore sciebat: tandem redire in gratiam, & concordiam redintegrare instituit.

Quare Bordesholmae coenobio, ad Eydori fl. fontes,  
inter-

intercedentibus, Ioachimo electore Brandeburgensi, regis sororio, & vxore Friderici fratre: & Alberto Megapolitano, & Henrico episcopo Raceburgensi, mense Augusto transactum est, vt Daniæ regis priuilegium de feudo Ducatus Holsatiæ à se petendo, quod Carolus Imp. ipsi contulerat, cassum & inane sit; & bello Dani cum Lubecensibus durante, Holsatis quiescere & pacem cum eis colere liceat. Vndecim millia marcarum, Ioannis nomine a Friderico soluta, Christiernus certa die soluat. In prælatos & nobilitatem ducatus Slesvicensis non solus rex sed vtriq; pariter iurisdictionem exercent. Quatuor verò articulos de iure ducis Holsatiæ in regno Norvegiæ hæreditario; de rationibus tutelæ Friderici, a patre regis, Iohanne, administratæ reddendis; de 100000. fl. debito regis Iohannis, à Friderici minorennis subditis persoluto; & de hæreditate ipsi vt filio regis, ex regno debita; arbitrio Ioachimi Brand, Henrici & Alberti Megap. Bugslaj Pomerani, & Henrici Raceburgensis permiserunt, ac quod illi pronunciauerint se ratum habituros compromittunt. Hæc etsi

tum ita inter partes conuenerunt; tamen, cum bello Suecico & ciuitatum maritimarum, rex Christiernus vrgeretur, & episcopi ac proceres regni Daniæ, à rege, peregrinos milites absq; suo consilio in regnum magna copia induci, ad sui oppressionem & perniciem indicarent, & alijs grauissimis causis, quas publico scripto ab ipsis expositas postea recitabimus, indies magis magisq; exacerbati, per Iutiæ proceres, Holsatiæ viciniore, à Friderico Holsatiæ duce auxilium & defensionem peterent, & regnum ad eum deferrent: tota illa transactio irrita fuit.

Statim enim proximè secutis mensibus Fridericus, cum Iutiæ proceribus, se aduersus regem coniunxit, & filio Christiano Hamburgam misso, equitum & peditum auxilia petijt. Lubecenses etiam, toto belli tempore, bis mille pedites & ducentos equites ipsi aluerunt, quarum Ioannes comes Hoiensis, Iodoci filius Alberti & Erici patruus, Ioannis episcopi Monasteriensis pater, Ductor erat, cum frater Ericus, apud Daniæ regem militaret ac Lubecensium classis ea æstate insulam Burondiam cum arce, (Bornholm) occupauit. Fridericus denunciato regi per literas bello, statim in Iutiam exercitum duxit, in quo legatus ipsius Ioannes Ranzouius, eques Holsatus, Henrici filius, fuit vbi ab episcopis & proceribus cupide Fridericus receptus est, præstito illi V Viburgæ sub dio fidelitatis iuramento.

Christiernus, intellecta patruis, quem reconciliatum sibi existimabat, in Iutiam expeditione hostili, & hunc, à proceribus fide sibi renunciatam, Regem nominatum esse accipiens: cum vndiquaq; ab externis hostibus, & proprijs subditis rebellibus, oppugnaretur, diffusus suis rebus, & nihil fidum vsquam à suis expectans, in eas animi angustias redactus est, vt nullo defensionis conatu suscepto, ineunte vere anni vigesimi tertij, imposita in naues gaza regia, cum coniuge & liberis in Germaniam enauigauit.

M.D.XXIII

rit, vbi postea apud sororium electorem Brandeburgensem primùm, deinde apud auunculum Fridericum Saxoniae electorem, VVittebergæ exulauit, tandem reditu in Daniam ferè desperato in Belgicum concessit, ac fidissimam exilij comitem, coniugem Elizabetham, habuit, quæ cum ab omnibus Daniæ ordinibus obedientiam ipsi tanquam Reginae deferentibus, in regnum reuocaretur, maluit marito exilij sociam esse, quàm sine marito regnare.

Fridericus rex electus, ex Iutia Coldingam regressus, Fyoniam sine vlla dimicatione obtinuit, cum Ericus comes ab Hoya (Iodoci filius, Ioannis, quem Lubecensibus eodem tempore militasse diximus, frater) qui Fyoniam cum praesidio tenebat, cognita regis fuga, spontè saluo passu à Friderico impetrato, cum suis discederet. Fridericus accepto Othoniae ab Insulanis iuramento, postridie Trinitatis cum exercitu fretum Balthicum traiecit, vbi nullo hoste viso, & omnibus etiam Selandiae incolis, sola metropoli Hafnia excepta, se deditibus, Hafniam terra mariq; conclusam obsedit.

Durante autem in sequentem vsque annum obsessione, Christiernus, collectis in Germania, electorum & principum affinium auxilio, copijs, recuperare desertum à se regnum nitentur, ac Ioachimus marchio elector, cum equitatu iam Perlebergam vsq; ad extremos ditionis suae fines procefferat. Vbi cum Christianus aliquot dies expectatus non appareret, nec pecuniam promissam mitteret: progredi exercitus noluit, & DE O mirabiliter hostiles copias à Friderico auertente, eumq; protegente, dissipatus est.

1524. dediderunt.

Interea Hafnienses se Friderico, ineunte anno Postea Seuerinus Norby, quem Gotlandiae Insulae Christiernus praefecerat, in Scaniam impressionem fecit, & Rusticorum manu sibi adiuncta, Coronam oppidum occupauit. Sed missus a Friderico in Scaniam Ioannes Ranzouius, eques Holsatus, copias Seuerini ad Lundam cecidit, & Coronam recepit, incolumitate Seuerino promissa, si fidelitatem Friderico iuraret & VVisbojam Gottlandiae arcem ipsi traderet. Insulam enim reliquam Lubecensium classis iam occupauerat. Dedita igitur arce, Fridericus vsufructum insulae Lubecensibus pro belli impensis quadriennium concessit, cumq; toto regno iam potitus esset, exeunte Iunio Hafniae coronatus est.

Seuerinus ad Carolum V. profectus, in obsidione Florentiae postea 1530. perijt, durante adhuc bello, Scriptum, nomine Ordinum regni Daniæ omnium publicè edictum est, in quo causas exponunt, cur renuncta Christierno regi obedientia & fide, certis conditionibus, ab ipso violata iurata, FRIDERICVM Regem elegerint. Id scriptum publicè editum quia non solum de Christierni regis vitae historia, verum etiam de Forma & libertatibus regni Daniæ, & Articulis a rege ante coronationem iurari solitis, multa ἀξιόλογα continet; inserere hoc loco qui volent, poterunt.

Publica.

Publicauerant eodem tempore similia *ωερεάμματα*, Gustauus Sueciae gubernator, tyrannidem & perfidiam Christierni, aduersus Sueciae proceres, in coronationis conuiuio trucidatos, editam, recensens; & Fredericus Holsatiae dux, omnia veterum suarum aduersus nepotem querimoniarum capita repetens, Lubecenses, violationem veterum suorum in regno priuilegiorum, & vectigalia exactionesq; nouas mercatoribus ab illo impositas, & naues aliquot ademptas, & sedem emporij ex vrbe Lubeca Hafniam transferendj propositum, & navigationes subditis regnorum suorum in urbem Lubecam prohibitas, deniq; multas alias iniurias regi exprobrabant. Quibus singulis rex exul postea idoneum scriptorem Cornelium Scepperum Belgam nactus, Berolini respondit, Verum ita, vt Daniel in primis scripti capita multa silentio prateriret, & culpam perfidiae & rebellionis subditorum, in episcopos, lutas praecipue conferret, Suecis vicissim perfidiam erga se & maiores suos, patrem Ioannem, & auum Christianum multiplicem, obijceret. Cum Frederico autem Holsatiae duce Bordesholmiae de omnibus controuersijs se transegisse & de diuisione haereditatis, & mille auri pondo, quae ex suis prouincijs Fredericus pro rege soluta querebatur, Aepochas Frederici se habere quibus plene sibi a rege Ioanne fratre de diuisione haereditatis, de administrata tutela, de 100000. fl. & caeteris satis factum anno 1490. Fredericus testaretur: (quarum exempla adscribit) ideoq; a patruo, ea, quae euenissent, minime se expectare potuisse, ostenderet.

1524.

scri

Huzam

Huius anni mense Ianuario, cum Friburgi Mysorum, Ianius quidam maectaret bouem, scissa aluo reperit vitulum monstrosum, hac forma: Caput coronam seu caluiciem monachorum referebat, tangebantq; in caluicie duo minuta cornua, Os humano absimile erat, Reliquum corpus tegebat vestis monacha cuculla, tam scite ac si ab artifice facta esset. Huius Monachouituli mentionem indignam annotatione iudicasset, nisi Tomis Lutheri, picturam illius, & interpretationes, cum Papafello Tiberino, insertas vidissem.

ADR IANUS VI, Pontifex, in finibus veteris Saxoniae & Belgicae, Traiecti ad Rhenum, humili loco natus; sed ingenio, doctrina, integritate vitae, morum sanctitate, & industria, Cancellarius Academiae Louaniensis, & Carolj V. praceptor ac consiliarius, & postea in Hispania locum tenens, episcopus Dertusensis & Cardinalis, qui initio praecedentis anni absens PAPA electus fuerat: huius anni mense Septembri, pridie Idus, Romae ex viuis sublatus: ac post longam Cardinalium de successione non consentientium disceptationem, IULIUS Medices, Leonis X. patruelis, tandem, CLEMENTIS VII nomine assumpto, die 19. Nouembris, Papa renunciatus est.

COSMVS Medices obiit 1464.

Petrus

LAVRENTIVS MANGNVS, ⊕ 1492.

IULIANVS a coniuratis in templo caesus.

β

T iij

Petrus

<i>a</i>	<i>β</i>	<i>γ</i>
Petrus à Gal- lis pulsus 1494. periit in ostio Lyris 1503. Laurentius Dux Urbini	Ioannes Leo X. Papa 1513.	Iulianus Iulius, postea CLEMENS VII. Papa. 1523.

Alexander Dux Florentiæ. Catharina, regina Galliarum.

1523.

Sigismundus Poloniae & Basilius Moschouiae reges Quinquennij inducias inter se tandem pacti sunt.

MD.XXIII

In Pomerania, GEORGIVM & BARNIMVM fratres, Bugslai magni filios, patriam gubernare incipientes, magnæ & multiplices difficultates & tempora admodum tristia exceperunt, Nam & Religionis dissidia tum maximè gliscebant, & cum Marchionibus odia inueterata nullis tractatibus extingui hæcenus potuerant, qui nunc etiam Margaritæ, Bugslao patri olim nuptæ dotem & alia bona mobilia reposcebant, præterea latrocinij adhuc passim infesta ditio erat, & ciuitates præcipuæ, nisi vectigalia à patre instituta abolerentur, iurare recusabant. Alienabant principes à doctrina puriore, & populi contumaciam augebant, seditiosi quidam concionatores, ac nominatim Doctor Amandus, qui Stolpæ & Stetini principes euangelion impediens (pulmonibus iaciendos) & ex ditione profligandos esse ad vulgum vociferebatur. Huic cum acerrimè Paulus à Rhoda resisteret, & dignitatem Magistratum, ac obedientiam ipsis debitam, testimonijs sacrarum literarum confirmaret: Amandus ille tandem Gartzæ in turrim coniectus, & aliquantò post elapsus Goslariensem quoque Rempub. concionibus seditiosus turbauit. In his religionis dissidijs cum se frustrà niti viderent Principes, tempori cedentes, & quantum fieri poterat coniuentes, hoc præcipuè agebant, vt autoritatem suam & politicam subditorum obedientiam retinerent ac tuerentur. Itaque de vectigali VVolgastensi à patre aucto, dimidium ciuitatibus remittentes, iuramentum fidelitatis tandem acceperunt. Quo exeunte, Emilia Palatina, Ducis Georgij coniunx, fœmina religiosa, prudens, grauis, modesta, & benefica, ex his terris euocata est.

In Saxonia multarum Diœceson episcopi superiore & hoc anno mutati sunt. Lubecensi enim episcopo Ioanni Grimoldo, Henricus à Bocholt Hamburgensis, I. V. D. qui Romæ in Iudicio Rotæ diu versatus erat, successit, cuius Canonici initijs emendationis doctrinæ & rituum ecclesiasticorum in vrbe Lubeca & reliqua Diœcesi vehementer restiterunt.

Sed

Sed nihilominus veritas ipsis inuitis & repugnantibus, subinde clarius elucescens perripit, donec anno episcopatus illius octauo, Missa pontificia Lubecæ prorsus abolita, & in omnibus diœcesibus illius ecclesiis sincerior Euangelij doctrina instaurata est.

RACEBURGENSEM diœcesin post Henricum Bergmejer, cuius supra memini die 11. Octobris Lubecæ extinctum, Georgius à Blumendal, nobili familia Prignicensi ortus I. V. D. gubernare cœpit. Quem triennio antè, Collegium Huelbergense episcopum elegerat, cum Ioannes à Slaberndorff è viuis sublatus esset: Sed elector Brandenburgensis, ecclesiæ patronus, Hieronymum Schultetum Brandenburgensem episcopum, quem ob eloquentiam & fidem ac industriam in rebus agendis amabat, introduxit, blandis interea verbis ac promissionibus Georgium demulcens. Verùm is cedere de iure suo non prius voluit, quàm in curia Romana, eum episcopum Huelb. legitime designatum, Adrianus pronunciasset ac confirmasset: & autoritatem ac intercessionem pro electore Brandenburgensi suam interpoluisset, vt Pontificis & senatus Cardinalium precibus tantum tribueret honoris, vt de iure suo cederet, quòd cum recepisset: Raceburgensem, vt dixi & Lebusiensem quoq; ad Viadrum episcopatum mortè Theodoricj Bulovij, qui 34. annos illi præfuerat vacantem, adeptus est. Hieronymus verò ille Brandenburgensis episcopus, quem ab electore Ioachimo, Huelburgensi collegio obrusum diximus, cum vix biennium sedisset, exeunte anno 1522. die 29. Octobris extinctus est, cui in Brandenburgensi ecclesia, Theodicus ab Hardenberg: in Huelbergensi, B VSSO ab Aluesleben quem Coadiutorem sibi Hieronymus paulò ante adsciuerat, anno proximo successerunt.

In Liuania, RIGENSIS archiepiscopus, IOANNES BLankefeld, Berolini in Marchia natus, & multos annos Francofordiæ ad Viadrum Professor, iuris consultus celebris, & in Pontificis ac præcipuorum Germaniæ principum aulis notus, electus est. Verùm ciuitas Rigensis, quæ iam religionem mutarat, iuramentum subiectionis, præsertim quoad ecclesiasticam iurisdictionem, præstare recusant, & vni Domino parère volentes, magistro ordinis, V Valtero à Plettenberg, se, contra archiepiscopum coniungunt. Accessit alia offensio, quòd cum Moschis fœdera aduersus Liunos fecisse in vulgus spargeretur, & tota nobilitas, collegia & ciues, seditione aduersus eum concitarentur. tandem in publicis Liuoniæ comitijs, se omnibus ordinibus innocentem accusari, demonstrauit, eaq; purgatione facta, inuidiæ cedens in Germaniam se contulit: vbi de mandato Capituli, Ericum Ducem Brunsvuicensem, Henrici filium, ad archiepiscopatum ecclesiæ Rigensis postulat, eiq; ius suum cedit, & à fratre Henrico, Duce Brunsvuicense, cuius acer & magnus animus & fortitudo bellica, Hildesheimensi ditone recens occupata inclaruerat, iuuari fratrem mediocribus copijs petit, quarum auxilio restituere Capitulum in urbem Rigam, &

MD. XXIII

iurisdictionem archiepiscopi recuperare posset. Solebant enim Rigenses, archiepiscopo & magistro ordinis, ex æquo Iuramentum fidelitatis præstare, & prouocationes, à sententijs Senatus, ad vtrumque pariter fiebant. Erat autem tum temporis Magister Ordinis VValterus à Plettenberg, qui, vt solus in vrbe Riga supremi Domini & iurisdictionis titulum retineret, Senatui Rigensi non aduersabatur. Cùm itaq; Ducem Brunsvicensem à Capitulo postulatum cognouisset: diligenter & sedulò cum Canonicis agit, ne peregrinum principem, sed ex suo corpore aliquem eligant, qui Ericum placet: promittens se coacturum Rigenses, vt in integrum Canonicos pulsos restituant. Interea in Hispaniam ad Carolum Cæsarem Blankenfeldus profectus anno 1527, die 8. Septemb. obiit. Thomam igitur Schönningium Consulis Rigensis filium, collegij Decanum, Canonici eligunt, qui in Germaniam statim profectus, cum Brunsvicense transiit, & cessionem impetrat.

In Vltraiectina diocesi, Philippo à Burgundia defuncto, H E N R I C V S princeps Palatinus, Philippi olim electoris filius, VVormatiensis episcopi coadiutor, in gubernatione successit, princeps bonus, grauis, & tranquillitatis ac pacis amans. Sed cùm omnia factionibus, tumultibus & proditiõibus plena inuenisset, & Carolus Geldriæ dux, factiosorum proditiõne Vltraiectum, vt postea prolixè narrabitur, occupasset, nec reprimere suis viribus seditiosos ciues & Geldrios hostes posset: ad Burgundicæ aulæ opem implorandam adactus est, cui tandem episcopatum & totam ditionem, Brabantia ducatu coniungendam, ἐκδὼν ἀέκοντι γὰρ θυμῷ celsit, & relicto Belgico, VVormatiam redijt vt infra exponemus.

De Frisijs Vuursatis, archiepiscopo Bremensi rebellibus, supra diximus, eos Decanum collegij & prouinciæ prætorem, in deliberatione publica sedentes comprehendisse, barbaraque feritate excruciatos necasse. Id facinus vt tandem puniret archiepiscopus, exercitum circiter 8000. in Vuursatiam mense Augusto mittit, ijsque colonorum bona, domos, fortunasque omnes in prædam obijcit, modò rebelles, vel nudum solùm quod incolebant, inter archiepiscopi potestatem & Imperium reuocarent. Hi prædæ & manubiarum, ex vberè & opulenta prouincia cupidine incitati, strenuè mandata exequuntur, & cæsis ac profligatis qui occurrerant incolis, totam regionem, fuga hominum desertam, direptionibus ac incendijs evastant, neque priuatas tantùm domos, sed templa etiam omnia campano ære spoliata nudant. Ea victoria de Frisijs parta, Archiepiscopus Bremensem Senatum in aulam euocat, vbi præsentè fratre Henrico, duce Brunsvicense, & Abbate. S. pauli cuius cœnobium mœnibus Bremæ contiguum, Senatus, urbem muniens, superiore anno demolitus fuerat, de instaurandis monasterij ædificijs & plurimis alijs articulis Senatum accusat, & pœnam viginti quinque millium aureorum ab eis flagitat. Cùm autem Senatus postulata episcopi recusaret, & ad cau-

ad causam in iure defendendam se offerret: horribiliter eis episcopus, qui exercitum mediocrem ad manum habebat comminari cœpit, Bremenses igitur ad sustinendam obsidionem omnia comparant, munitiones urbis summa diligentia, labore, & assiduitate reficiunt, Arbores circa urbem omnes succidunt, ædificia monasterij Paulini reliqua, & alia quam plurima demoliuntur ac solo æquant. Hanc Bremensium animi magnitudinem & constantiam cernens Archiepiscopus, re diligentius cogitata, militem externum dimittit.

Cum autem in Bremensis Dioeceseos mentionem iterum hoc loco incidimus, breuem chorographiam illius obiter intexam. Est enim tota Bremensis Archiepiscopi ditio, trianguli Isocelis figura, cujus latera ferè æqualia, sunt Visurgis & Albis fluuij, in extremo anguli apice (ad peninsulam, cui à nouo opere, seu Turri ad securitatem nauigantium ibi extructa, nomen dederunt) coeunt. Basis verò est linea ab Escha fl. per fines ditionis Luneb. & Verdenfis, paulò infra Alleræ, in Visurgin se exonerantis ostium, deducta. Escha enim fluuius, limes est regionis Bremensis & Hamburgensis, quam à reliquo ducatu Luneburgensi, Seuena fl. exiguus primus & tamen tribus ostijs in Albim influens disternit.

Finditur autem post Sevenæ ostia, Albis, in duo brachia, ex quibus boreale, Hamburgam; meridionale, Harburgum alluit, & circiter triginta insulas interiectas complectitur & alluit, quarum pleræque hoc tempore ducis Luneburgensis dominio subiectæ sunt Tribus infra Harburgam milliaribus, Buxtehuda, oppidum dioecesis Bremensis, ad Escham situm est. Vnde per fructuosissimos veteris regionis agros & hortos perpetuos, ad Suingam fl. & urbem STADAM trium milliarium iter est. Hinc vberissimi & amœnissimi Kedingiæ campi, folsis distincti, vsque ad ostiam fl. sequuntur. Quo, nauis traiecto, HADELERIA, cuius Atterndorff ad Medemam fl. metropolis est, vsq; ad Albis & Visurgis ostium porrigitur quæ omnium in hac Germaniæ parte regionū, frumenti feracissima, Saxoniam duci magna ex parte subijcitur. Sed extremam illius ad ostium Albis oram, Hamburgensis ciuitas, ante ducentos annos, oppressis & captis pyriticam exercentibus Lappis nobilibus, ducum Saxoniam clientibus, occupauit & muniuit arce Ritzenbuttel & ad ipsum Albis & Visurgis confluentem, nouo opere seu turri ad nauigantium securitatem collocata. Alterum trianguli lateris, ad Visurgis ripam orientalem ascendendo, Frisij VVursati, angusto quidem decem aut 12000 passuum spacio, sed agro admodum vberis & fecundo vsq; ad Geistam fl. possident. Quibus Leentes, & qui à pecorum pascuis luxuriantibus nomen habent, & VVordenses, ac Osterstadenfes &c. è regione Butiadarum & Stadlandensium Frisiorum, Bremam versus succedunt. Hæ duæ oræ dioeceseos Bremensis extremæ ad Albis & Visurgis aggeres, admodum opimæ & frugum & fructuum feraces sunt. Medius verò tractus inter STADAM & Bremam, quem mercatores vsitate transeunt, horridus sane & incultus, & sterilibus arenis, paludibus, & erycis confitus videtur. Itaque pallio expanso dioecesein Bremensem vulgò comparant, cujus duæ anteriores oræ, à capite, seu Albis & Visurgis confluyente, ad vtriusq; fluminis ripas ascendendo, fructuosissimis agris & pascuis, velut holoserico prætextæ; reliqua latitudo ex levidensi filo aut canabi contexta sit.

## MVTATIO RELIGIONIS.

In Polonia Turci per VValachiam in Russiam Poloniae regi subiectam, impressionem fecerunt; Tattari Præcopenses ingenti agmine reliquam Russiæ illius partem & minorem Poloniam peruagati & deprædati sunt Et TVrcæ & Tattari Dlrâ adFLIXêre Latrones Grassantes terras LaChla CLaDe tVas,

Petrus Mosellanus Protegensis ( id enim pago ad Mosellam, vbi natus est, nomen fuit ) Græcæ & latinæ linguæ in Academia Lipsensi instaurator, cum annos nouem publicè docuisset, studiorum laboribus iuuenis extinctus est. Monumento in æde S. Nicolai versus incisus est. *μικρὸς ἔλεν ἑσώτερον ἔστω: μικρὸν δὲ μέγιστον.* Mensè Iunio Noribergæ Papistica religio in Parochijs abolita, & purior Euangelij doctrina & ritus Euangelio congruentes instituti sunt.

Anno exeunte, Missa Pontificia, in collegio omnium Sanctorum, in arce VVittebergensi contiguo, quod Rudolphus Dux Saxoniae circa A. C. 1390. primùm instituerat, abrogata est, cum totos iam septem annos Lutherus, in eius oppidi ecclesia & Academia errores & abusus Pontificios docendo taxasset, Semper enim ab initio suæ causæ Lutherus, non vi & Imperio, sed solo gladio verbi diuini, docendo, monendo, & adhortando, superstitiones & abusus abolendos, & veram religionem propagandam esse sensit.

MISSÆ verò, seu Officij in ecclesia publici, quem cultum diuinum vsitatè nominamus & Horarum Canoniarum FORMAM, in ecclesia VVittebergensi Lutherus superiore anno ordinauerat. Quam pleræque omnes in Saxonia, Dania, Suecia & alijs gentibus arctois ecclesiæ in hodiernum vsque diem conseruant, cuius capita præcipua operæ precium fortè esset hoc loco inferere, vt Quos ritus Missæ seu administrationis sacri cœnæ domini officij, Lutherus probauerit, & piè ac bona conscientia vsurpari & retineri posse iudicauerit, & vsque ad vitæ exitum constanter defenderit: hæc etiam legentes cognoscerent.

Ernestus, Dux Luneburgensis, viuente adhuc patre Henrico in Gallia exule, & consentientibus Ottone & Francisco fratribus, Doctrinam puriorem in auunculi Ducis Saxoniae ecclesijs à Luthero repurgatam in sui etiam Ducatus ecclesijs & cœnobijs doceri, & Pontificios errores, & abusus voce docentium taxari & aboleri permisit, anno 1525. vsus præcipua in constituendis ecclesijs opera Henrici Bockij, Martini Ondermarck, pastoris Cellensis (quo nullum lineamentis faciei Luthero similiorem vidi) & Matthæi Ginderici Bardervvicensis. Ægrè autem hanc Religionis mutationem Prælati quidam tulerunt qui hortatores seni principi in Gallia exulanti, vt in patriam rediret, fuerunt. Is reuersus, non rectà ad filios, sed in arcem VVinsen, ac inde in vrbem Luneburgensem die parasceues diuertit, vbi tantopere commoratus est, donec re cum filijs per prouinciales transacta, in monasterium VVenhusen collocaretur, vbi quinquennium adhuc superstes, in ocio & precatione vitam transegit.

EINBECCensis quoq; ciuitas, quæ olim comitum à Dassel, ad Sollin-  
gum saltum, ditioni adiuncta; Alberti magni ducis Bruns, Patrocinio &  
tutelæ primùm se circa annum 1270, subiecit: primam sincerioris evan-  
gelij lucem aspexit, Godescalco Croppio Theologiæ Doctore Augusti-  
niano, Lutheri amico, sene, fideliter, modestè & grauitè doctrinam de  
gratuita peccatorum remissione & salute æterna, solius Christi merito no-  
bis parata & fide à nobis amplectenda proponente. Is collegas eiusdem or-  
dinis monachos Ernestum Burmeisterum & alios habebat, qui incitanti-  
bus Canonicis & Senatu vrbe, iussu Philippi Principis, eiusq; fratris Erici  
episcopi Osnabr. vrbe eiiciuntur, verùm biennio post instante populo, Se-  
natus D. Croppium reuocari permittit, qui in Neapolitana ecclesia, vsq;  
ad incendium docuit, quo, mœrore, senio, laboribus & curis confectus, in  
tranquilliorè cœlestem ecclesiam translatus est.

1526.

1540.

NORIBERGæ etiam, inter Euangelicos ecclesiæ ministros, quorum dux An-  
dreas Osiander erat, & pontificios in monasterijs reliquos, colloquium de  
doctrina coram Senatu institutum est: cuius hic exitus fuit, vt conciones  
& ceremoniæ monasteriorum deinceps intermitterentur, & omnes sacer-  
dotes & monachi ciues fieri, & onera ciuium instar cæterorum subire co-  
gerentur.

Christianus Holsatiæ Dux Friderici I, Daniæ regis filius DOROTH-  
THEAM Magni ducis Saxonie inferioris filiam, coniugem duxit, ac  
nuptijs Lavenburgi ad Albim peractis, per Hamburgum in Holsati-  
am redijt. Quo tempore ad Ticinum Franciscus Gallorum rex, à Cæsa-  
ris Caroli exercitu captus die 24. Februarij in Caroli Cæsaris potestatem  
peruenit: & ad Visurgis ostium Frisij VVRSATI, qui superiore anno  
ab archiepiscopi exercitu victi ac profligati solum verterant, adjunctis si-  
bi sexcentorum militum auxilijs, reuersi, patria recepta & iugo episcopi  
excusso, in libertatem se denuo vindicarunt. Christophorus igitur hoc  
anno iterum collectis clientibus & beneficiarijs ex vtraque diœcesi omni-  
bus, rursus eos invadit, vbi circiter ducenti coloni, memores juramenti  
archiepiscopo præstiti, à reliquis ferocioribus discedentes, archiepiscopo se  
spontè dederunt. Cæteri suorum discessione fracti, interuentu quo-  
rundam de agnoscendo archiepiscopi Imperio, & certa annui tributi pen-  
sione, cum illo transigunt.

IODOCVS iunior comes HOIENSIS, qui ad vtramq; Visur-  
gis ripam inter Mindam & Bremam ditiones amplas tenebat: ANNAM  
comitis GLEICHENSIS filiam conjugem duxit, ex qua septem filios & sex fi-  
lias suscepit Albertum primogenitum 1526. Iodocum 1528. Ottonem, 1530.  
VVolfgangum 1531. Ericum 1535. Ioannem 1536. Fridericum 1540. Mar-  
garitam 1527. Magdalenam 1532. Annam 1533. Mariam 1534. Irmgardam  
1537. Elisabetham 1538. Hæc numerosa soboles, intra triginta sex annos  
post patris obitum, vniuersa, nullis relictis posteris, decessit, & tota Hoiensium  
comitum familiâ funditus extinctâ, ditiones plerâq; ad Dominos  
feudi Duces Brunsvicensis & Luneb. redierunt.

## EPITAPHIVM FRIDERICI.

In Saxonia superiore Friderico Saxoniae principi, sapientia, magnitudine animi, iusticia, bonitate, clementia & amore erga literarum studia eximio, qui Academiam V Vittebergensem primus fundarat & sexennio ante mortem, Imperium, à Senatu electorum ad se delatum, in Carolum V. suo suffragio transtulerat, die 5. Maij cruciatibus calculi diuturnis extincto: frater IOANNES SAXONIAE DVX, cui natiua bonitas, & pietas non fucata, & in veræ doctrinae confessione perseverantia & firmitas, BONI & CONSTANTIS cognomen peperit: in electorum Saxoniae dignitate successit. Epitaphium Friderico Philippus Melanthon scripsit:

*Antè petet cursu Boiémica rura supino,  
Vnde in Saxonicos defluit Albis agros:  
Inclita quàm possit meritorum fama tuorum  
Occidere, in populis, Dux Friderice tuis.  
Aurea viderunt hæ gentes secula, regni  
Dum tibi Saxonici scepra tenere datum est.  
Pace frui placida campiq; vrbesq; solebant,  
Horrenda extimuit classica nulla, murus.  
Bella alij ferro, sed tu ratione gerebas  
Et sine vi victi saepe dedere manus.  
Ingenio claros meruisti saepe triumphos  
Militeq; haud ullo fixa trophæa tibi.  
Et pacis studijs florere, ac artibus vrbes  
Contigit auspicio, Dux Friderice, tuo.  
Fouisti spretas hac tempestate Camanas  
Vnicus & studijs præmia digna dabas  
Namq; tuo sumptu flauum schola condita ad Albim est,  
Vt vitæ verum traderet illa modum.  
Hic Euangelij primum doctrina renata,  
Deteriso cœpit pura nitere situ.  
Induit hic veros vultus, iterumq; colorem  
Accepit tandem Relligio ipsa suum.  
Et cum Germani sumpsissent arma tyranni  
Contra Euangelium sanctaq; iussa Dei:  
Doctores tibi cura fidos defendere soli,  
Et latè Christi spargere dogma fuit.  
His tibi pro meritis grata præconia voce  
Posteritas omnis virq; puerq; canent.  
Nulla tuas unquam virtutes nesciat atas,  
Non jus in laudes mors habet atra tuas.*

Hoc tempore, in Suevis & Francis, Rusticani motus Agricolarum, M. D. XXV. aduersus magistratus suos raptis armis tumultuantium, cœperunt, qui paulò post oppressi & sedati sunt. In Thuringia etiam Saxonix ducibus subiecta, Thomas Monetarius Stolbergensis Mulhusanorum concionator, caput authorq; seditionis fuit. Is iactabat se cum Deo colloqui, & iussum esse diuina voce, emendandæ ecclesiæ causâ, arma sumere, ad delendos principes, & omnes malos, & persuaserat vulgo, si successisset res, fore, vt pij tantùm rerum potirentur, & extarent clarissima signa Spiritus Sancti apud omnes, Ipse in litteris publicè scribebat se gladium Gedeonis gerere, quo minabatur exitium omnibus, qui aduersus ituri essent. Extant quædam epistolæ, in quibus magna contentione hortatur multitudinem ad faciendam principum cædem. circa Calendas Maij eruptionem fecere ex Mulhausen duæ factiones, altera Ducem Pfeifferum secuta, altera Munzerum, qui vastauit Thuringiam & aliquot principum domos diripuit Salez & Frankenhufen, Porro ad Frankenhufen circiter sexies mille confluerant seditiosi ex vicinia. Ibi à Georgio Duce Saxonix, & genero illius Philippo Landgrauio Hassix, penè omnes trucidati sunt. Muntzer cùm elapsus esset, tamen deprehensus in latebris quibusdam, peruenit in hostium potestatem. Recepto itaq; oppido Frankenhufen, exercitus ad Mulhausen traducitur, Ea vrbs deditionem faciens, permisit principibus, vt de seditiosis sumerent supplicium, Ibi in castris circiter centum securi percussi sunt, In his duo etiam duces Pfeiffer & Munzer decollati sunt. Is fuit exitus homini impuro, qui prædicabat se diuinitus iussum esse bellum suscipere aduersus principes. Hanc historiam eò etiam interest posteris, tenere, vt habeant exemplum, quo commoneantur, ne quid temerè credant ambitiosè iactantibus visiones & similia.

Vt autem in superioris Germanix terris agricolæ, sic in Oceano Saxoniam alluente, Belgici pyratae hoc anno prædas & latrocinia exercebant. Christiano enim Daniæ rege apud Belgas exulante, coniugis ipsius amita, Belgici gubernatrix, vt vicissim Danis & Lubecensibus, quorum metu consternatus ex regno discesserat, molestiam exhiberet; Naues aliquot expedit, quarum præfectis & classiarijs potestatem aduersus Danos & eorum socios pyraticam exercendi facit. Summus nauium præfectus Nicolaus Kniphouius erat, qui cùm sine discrimine omnes Saxonicarum vrbiū naues deprædarentur, ab Hamburgensibus tandem in Orientali Amasis ostio, cum 163. socijs oppressus & captus, cum alijs, circiter 60. pyratibus, Hamburgi supplicio afficitur, eorumq; capita præcisa palis ad Albi infiguntur.

Exeunte anno Ioannes Albertus Dux Megapolitanus, Alberti filius, die 22. Decembris Hora 21. natus est.

In BORUSSIA, cùm quadriennij induciæ Polonicæ iam exirent, nec vlla ab Imperio aut Cæsare, Italicis & Gallicis bellis occupato, auxilia  
V appare-

apparerent: Albertus Borussiae magister, interuentu Georgij marchionis Brandenburgici fratris, & Friderici II. Lignicensis, cum Sigismundo Rege auunculo, die 8. Aprilis ita transegit, vt relicto ordine, Albertus, DVX BORVSSIÆ, à Sigismundo Poloniae rege crearetur, ac vicissim regi fidem & obedientiam, à Vasallo debitam, iuraret, & Ducatum hæreditario iure in liberos, si quos succiperet, vel fratres suos, aut fratrum liberos, aut nepotes transmittere posset. Sic penitus ab Imperio Germanico Borussia tota auulsa in Poloniae regis fidem ac clientelam concessit. Albertus ex magistro ordinis iam Dux Borussiae factus, eodem anno, Friderici Daniae regis, ex priore coniuge Anna Marchiaca, filiam, Christiani III. Daniae postea regis sororem, DOROTHEAM in matrimonium ducit, ex qua tres filios impuberes mortuos, & Annam Sophiam Ioanni Alberto Duci Megapolitano postea nuptam, procreauit.

M.D,XXVI

Ioannes elector Saxoniae, cum dissoni multorum clamores Tribunalij, in prima illa cum pontificiis *συζητήσια*, passim extitissent: Inspectionem ecclesiarum in tota ditione sua instituit, vt idonej pastores ac doctores populo præficerentur, qui rectè ecclesias de omnibus fidei Christianae capitibus docerent, & obedientiam ac reuerentiam erga magistratus, & studium piæ pacis & tranquillitatis publicæ, in auditorum animis accenderent. Eius visitationis occasione, summa doctrinae certa, de omnibus articulis, ad alendam pietatem, & veri timoris DEI, fidei, obedientiae erga deum & magistratus, dilectionis proximi ædificationem, & consolationem in cruce necessarijs, omissa peregrinarum, & inutilium ecclesiae opinionum & controuersiarum, quæ vel non intelliguntur, vel ad pietatem parum conducunt agitatione; à Philippo, qui vnus ex inspectoribus fuit, Germanicè in libello visitationis Saxonicae comprehensa est. ad quem toties se, velut ad explicatam & salutarem doctrinae utilis & necessariae formam, in tanta primarum disputationum & opinionum varietate & confusione, Philippus ipse postea refert,

Carolus Imp. & Belgarum princeps, Elisabetham, Emanuelis Lusitaniae regis florentissimi, qui amplissimum in India imperium primus constituit, triennio antè defuncti filiam, Ioannis III. Lusitaniae regis sororem in matrimonium ducit, nuptijs Sibyliae die 10. Ianuarij celebratis, ex qua Philippum anno 1527. & Ferdinandum anno 1530. & Mariam Maximiliani II. Imp. coniugem, & Ioannam, Ioannis III. filio, Lusitaniae principi, nuptam suscepit.

Paulò post Franciscum Galliae regem captiuum, promittentem Ducatus Burgundiae & aliarum prouinciarum restitutionem, & iuribus regni Neapolitani, Mediolani, Genuae, Astae, Arelati, Tornaci renunciantem, & duos filios obsides dantem, libertati restituit, & 19. Martij ex Hispaniae finibus dimittit. Gallus liber, à fide & promissis, de Burgundiae restitutione, Carolo datis, planè recedit, & cum Pontifice, Venetis, & Sfortia, nouum foedus, quod Ligam sanctam nominabant, inquit, quo se mutuo, ad Medio-

ad Mediolanense Imperium, Francisco Sfortiæ, & regios filios obsides patri restituendos, & regnum Neapolitanum occupandum, obligabant, Verùm exercitu confœderatorum segnius res gerente, Caroli duces, Bourbonius, Leua, & Vastius, Mediolanum, ciuibus in extremam seruitutem redactis, defenderunt, & arcem Mediolani 24. Iulij à Sfortia deditam receperunt. Vgo Moncada Cæsaris legatus, cum Columnijs, Romam ex improviso die 20. Septemb. noctu patefactis portis ingredientes, Vaticanum spoliant, & Pontificem in mole Adriani circumfessum, inducias pro se & socijs quatuor mensium concedere cogunt. Quæ induciæ omnem victoriæ foederatorum cursum interpolarunt, Interea Georgius à Fronsberg 14000. Germanos, Cæsareanis in Italiam adducit, qui Hispanis adiuncti, altero anno, Duce Burbonio. capta & direpta vrbe Roma, Neapolin deinceps aduersus Gallos defendunt.

Sigismundus Poloniæ rex à senatu Gedanensi inuocatus, ciuium quorundam factiosorum, aduersus Senatum vrbis & ecclesiasticos, prætextu religionis, seditiosè tumultuantium motus, punitis seditionis autoribus, sedauit. Ad hunc, Georgius Pomeraniæ dux, Sigismundi ex sorore nepos, Gedanum, ineunte anno profectus, Lebeburgum & Butouiam præfecturas, Borussis & Polonis finitimas, olim auo illius Erico custodiæ causa commissas, hæreditario iure, ad Pomeraniæ duces transferri obtinuit, ea tamen conditione, vt feuda illa, à Poloniæ regibus recognoscerent, & ad regum Poloniæ societatem & clientelam redirent. Sequenti ætate, Georgius Pom. dux in comitijs Spirensibus, filium Philippum, ætatis annum duodecimum iam ingressum, Ludoico Palatino electori auunculo (vt Peleus Achillem Chironi) omnibus ad gubernationem necessarijs virtutibus & artibus informandum reliquit. Marchicæ vero controuersia exitum in comitijs adhuc nullum inuenire potuit. In Polonia, postremi Masouia Duces, Ioannes & Stanislaus fratres, adolescentis, Conradi filij, paucorum dierum interuallo sine liberis extincti sunt, ac opinio multorum fuit, veneno sublato esse. Quare florentissima illa & opulentissima Masouia prouincia cuius metropolis fuit VVar-sauiam, ad coronam regni Poloniæ, post quadringentos annos tandem reuerfa est.

Boemia & Vngariæ rex Ludoicus, ætate iuuenis, sed consilio iunior, exiguis copijs, Solymano Turcarum Imp. amplissimum exercitum in Vngariam ducenti occurrens, Ioanne de Zapolia, Transyluania Palatino cum robore regni tardius progrediente die 29. Augusti ad Mohacium oppidum, à Turcis circumuentus, & profligatus est. Ipse fugiens equo in palude luctante excussus & submersus est. Solymannus vastatis omnibus, per quas iter habebat, regionibus, Budam vsque peruenit. Ibi circiter tri-duum commorans & nihil præterea conatus, in Thraciam redijt.

Mersburgensem dioecesin, post Adolphum principem Anhaltinum, regere cœpit Vincentius à Sleinitz, antea ecclesiæ Decanus. cuius frugalitatem & industriam œconomicam potius quàm officia episcopi propria, prædicant.

**BRVNSVIGÆ** ante triennium, purioris doctrinæ euangelij femina spargi à paucis pro concione cœperant: quibus grauissimè Senatus, ab vnione seu consistorio ecclesiastico illius vrbis, quod abbas Ægidianus, Decanus ad D. Blasium & Cyriacum, & septem vrbis pastores repræsentabant, incitatus, aduersabatur: ita vt vrbe quosdam eijceret, & publico edicto lectionem librorum Lutheri prohiberet.

Cùm autem pastores ecclesiarum ipsi non concionarentur, & paulatim plures ex Diaconis sincerius docere, & abusus Pontificios taxare, inciperent: populus magno ardore & zelo puriorem doctrinam excipiens, apud Senatum assiduis interpellationibus & precibus instabat, ne libidini pastorum, remoueri ex vrbe & pelli diaconos suos petentiũ, gratificaretur, sed liberam veræ euangelij doctrinæ prædicationem, exemplo vicinæ ciuitatis Magdeburgensis, non impediret. Erat inter delectos ciuium puriorem doctrinam expetentium, **AUTOR** Sanderus, pietate, prudentia, eruditione & facundia præstans, qui publicam ecclesiarum Reformationem institui, iussu communitatis, assiduè flagitabat, & omnem obedientiam Senatui, omnibus in rebus ad boni ciuis officium pertinentibus, nomine ciuium, deferebat.

Tandem igitur Senatus, vnioni prælatorum suorum, de pellendis ex vrbe concionatoribus Lutheranis instanti, respondet, Concionatores illos, non à se, sed ab ipsis pastoribus, docendi laborem defugientibus, vt ipsorum loco docerent, vocatos esse. Non igitur Senatui, sed sibi ipsis hæc incommoda imputari ab eis debere. Nunc verò remoueri eos, vniuersa ciuium communitate invita & aduersante, non posse, nisi se & pastores, & totam vrbem exitiali periculo inuoluere, & funditus perdere velint. Publico igitur decreto libera Euangelij doctrina ciuibus permittitur.

1528.

Sequenti anno D. Ioannes Bugenhagius, pastor Ecclesiæ VVittebergensis, Brunsvigam euocatum, qui pro concione & in schola epistolam ad Romanos & ad Timotheum docens; Ordinationem ecclesiasticam, quæ extat, conscribit, & in decem templis (ad S. Martinum, Catharinam, Andream, Magnum, Vtricum, D. Virginem, Petrum, Michaelem, Ægidium, Leonardum) pios doctores constituit quibus inspectorem supremum, & custodem puræ doctrinæ & ordinis in ecclesia constituti præcipuum, Martinum Gerlitium præficit, eiq; collegam Henricum VVinkelium VVerningrodensem Virum doctum, placidum, moderatum, & in officio fidelem adiungit: qui Halberstadij antea prior cœnobij Ioannitarum, & Templi Martiniani pastor. Cùm Missam celebrare nollet, dimissus VVittebergam se ad Lutherum contulit. Ab eo Brunsvigam missus, fideliter vsq; ad obitum 1550. ecclesiæ seruiuit. Gerlitio verò lenam in Turingiam redeunti Nicolaus Medlerus Theologiæ Doctor successit.

1545.

Christianus Holsatiæ dux, qui, patre Friderico Daniae regnum tenente, patrium ducatum administrabat, primam ecclesiarum inspectionem, & abusuum Pontificiorum emendationem publicam, suscepit, commendata rerum ecclesiasticorum & visitationis cura præcipua Eberardo VVidense Theologiæ doctore, quem Magdeburgâ princeps euocarat: & Hermanno Tastiō, pastori Flensburgensi: quibus ex nobilitate, Ioannes Ranzouius aulae magister, Ioannes Reuentlou & alij adiungebantur. Eodem tempore in Scania etiam Anconæ & sparsim alibi in regno Daniae puræ Euangelij doctrinæ semina spargi cœperunt.

Henricus Dux Brunsvicensis, fodinas metallicas, sylvas, & alia, Goslariensi ciuitati à suis maioribus oppignorata reposcens & pecuniam offerens; cum illi recusarent, varijs modis molestus illis esse occupandis syluis, fodinis, officinis, in quibus venæ excoquantur, &c. cœpit. Quibus de causis à Goslariensibus in Camerae Iudicio accusatus, lata die 15. Maij sententia, spoliatos ante omnia restituere iubetur. Brunsvicensis verò nihilominus in proposito pergit & inter cætera cœnobium Reiffenberg non procul ab vrbe situm, fossis, aggeribus & vallis munit. Cumq; alterum etiam cœnobium montis Georgij vrbi imminens, præsidio & opere munire instituisset, ciues erumpentes, quosdam ex ministris Ducis Brunsv. trucidant, & cœnobium captum incendunt. Goslarienses igitur fractæ pacis publicæ reos, in Iudicio Camerae Dux Br. agit. priorem verò sententiam de Restitutione aduersus ipsum latam, in comitijs Augustæ Cæsar suspendit, ne ad arma partes deuenirent. & in petitorio ac responsorio pariter procedi & simul decidi iubet. Cum autem ob mutatam in vrbe religionem, Goslarienses, Cæsari & Iudicibus Camerae inuisi essent: post quatuordecim annos pendente adhuc priore lite; velut pacis publicæ fractores, solenni sententia proscribuntur. Quam cum exequi Henricus, spretis suspensionibus & interdictis Caroli Cæsaris & Ferdinandi regis, pergeret: Bello ipsi à confœderatis vrbi Goslariæ Principibus, Io: Friderico Saxoniae, Philippo Landgrauio Hassiæ & cæteris illato, tota ditione eiectus est. Sed quinquennio post, per Carolum V. victorem restitutus, pro suo arbitrio & libidine cum Goslariensibus transegit.

1530.

1541.

1542.

Hildesienensis episcopus Ioannes, Saxoniae dux, omnibus ferè prædijs & arcibus superiore bello priuatus, cum lite in curia Romana pendente, capto Pontifice, & Petro Anconitano Cardinale ad quem reuocata erat controuersia, mortuo, non procederetur: & ipse omnium ordinum odia aduersus se, cuius imprudentia, temeritate, superbia, & pertinacia in tantas calamitates diocesis coniecta esset, ardere sciret: nec spes vlla recuperandi amissa appareret: resignato capitularibus & deserto episcopatu, Laoburgam ad fratrem Magnum ducem Saxoniae se contulit, vbi multos adhuc annos superstes, tandem miser & exul extinctus est. Canonici Hildesienenses, potentem aliquem, aut certè gratia & autoritate in aula Imperatoris valentem, cuius patrociniō & ope amissa reciperent, episcopum

1531.

scopum expetentes: **BALDASARVM** Mercelium, **Caroli V. Imp.** vice cancellarium postulant, cui eodem ferè tempore, **Constantiensem** etiam episcopatum, **HVGÒ** à **Landesberg**, qui ob mutatam **Constantiæ** religionem, **Vberlingam** cum vniuerso clero recens secesserat, spontè tradidit. Verùm is, assiduitate occupationum & legationum aulicarum & vitæ breuitate impeditus, semel tantùm in diocesi **Hildesensem** ipse venit, nec amplæ illi expectationi de se ab utroq; collegio **Hildesensi** & **Constantiensi** conceptæ, respondit. Nam vix triennio post, dum ex **Hispania** in **Belgium** proficiscitur **Treueris**, postridiè **pentecostes**, manè equum conscensurus, apoplexia feritur, qua statim extinctus est.

Initio anni **BOEMIÆ** regnum **Ludoici** regis morte, à **Slauica** regum **Poloniæ** stirpe, ad **Austriacam** translatum, & **FERDINANDVS** archidux **Austriæ** **Philippi** filius, **Maximiliani** nepos: **R E X B O E M I Æ** 24. **Februarij** coronatus est. Ut autem, vetus regni **Boemiæ**, cum **Austriæ** archiducatu, coniunctio, aliquantò altius repetita cognoscatur: summatim rem totam ab **Ottocari** **Boemiæ** regis (in cuius matrimonio **Margareta**, **Leopoldi VII. Austriæ** ducis filia, **Friderici**, ultimi ex ea familia soror, fuit) temporibus deductam, ex **Proæmio** **Dubrauij** inferemus. Prior enim familia marchionum & Ducum **Austriæ**, à **LEOPOLDO**, ex ducum **Sueuiæ** stirpe orta, in **Friderico**, **Leopoldi VII.** filio, principe inquieto & turbulento, quem **Fridericus II. Imp.** proscripserat, extincta est anno **Christi 1246**, cuius familiæ seriem breuissimè notatam adiungo.

**LEOPOLDVS** ex familia Ducum **Sueuiæ**, primus **Marchio Austriæ** Anno **Chr. 988.** obiit.

**HENRICVS I.** ⊕ 1018.

Albertus marchio **Austriæ**

**Ernestus** Dux **Sueuiæ.**

**Ernestus** ⊕ 1075.

**Leopoldus** ⊕ 1096.

**Albertus.**

**S. LEOPOLDVS.** Vxor **Agnes**, filia **Henrici III. Imp.** fundator cœnobij **Gloster Neuburg.** ⊕ 1136.

**Leopoldus V. Dux** **Bauariæ** ⊕ 1142.

**HENRICVS I. Dux Austriæ** à **Frid. Barb.** factus, 35. annis. cœnobium **Scottorum** **Viennæ** condidit, ⊕ 1177.

**OTTO** episcopus **Frisingensis** **Histories** scriptor.

**Leopoldus VI. Dux Austriæ & Stiriæ,** muros **Viennæ**, urbem **Ens,** &

**Henricus.**

**Neustadt,**

Neustadt, ædificauit. Richardum  
Angliæ regem cepit.

Fridericus Catholicus

⊕ 1198.

LEOPOLDVS VII, in

Apulia ⊕ 1230.

FRIDERICVS postre-  
mus ex hac familia cæsus an-  
no Christi 1246.

MARGARETA primùm  
Henrico filio Frid. II, Imp,  
nupta, deinde PRIMISLAO  
OTTOCARO Venceslai  
Boëmiæ regis filio, Qui A. C.  
1253, Austriam occupauit.

Electo autem in Rom. Regem Rodolpho Habsurgio, quia in Austria minimè iusto dominatu Bohemus esse videbatur, nec subiectionem & fidem Imperio debitam præstabat, sui officij, cum Rodolphus admonuit: cumq; apud elatum animo regem monitis nihil proficeret, ne quid detrimenti Respub. caperet, iusta aduersus illum arma sumpsit. Sed priusquam armis contenderent, persuasus rex, obseruantia onus sibi imponi patitur, & vt in more est positum, acceptis vexillis, se clientem Imperatoris profiteretur. Ibi Cæsar, vt arctiori necessitudinis vinculo, Austriam (in qua de sententia Imperij, primogenitus Rudolphi, Albertus, Archidux Austriae, Norinbergæ in comitijs, anno Christi 1274. celebratis nominatus, & Austriae præfectus fuerat) cum Boëmia coniungeret: Iuditham, Venceslao filio regis Ottocari despondet, Agnes verò Ottocari filia, Rudolpho II. Imperatoris filio in manum conuenit. Ad hæc Iglauia pactionem conficiunt, vt nullo legitimo hærede in regno Boëmiæ relicto, vel superstitite, ad Rodolphi posteritatem regnum deferatur. Verùm infelix Rex, cum in Boëmiam reuertisset, Bulgaræ mulieris iracundia exagitatus, tanquam graui dedecore se contaminasset, quòd Cæsari subiectum se palàm ostendisset, filiam monasterio includit, & sumptis, paulò post armis, Imperatori bellum mouet, Sed cum secundum Æschyli sententiam, Deus superbix & perfidia vindex sit; in eo bello, non sine graui Imperatoris Rodolphi dolore, quem veris & manifestis indicijs ostendit, Ottocarus trucidatur anno Christi 1278. Sed optimus Cæsar nihil eorum, quæ in rem filij Venceslai essent, qui octo annorum puer erat, prætermisit, & vt rectè educaretur, regnumq; optimè administraretur, singulari fide & voluntate procurauit. Simul ac verò Venceslaus ex ephebis excessit, & regere Boëmos Imperio cœpit, filiam Cæsaris, ciuitate Egra in dotem accepta, & singularibus dignitatum ornamentis auctus, quæ etiam nunc Behemici reges obtinent, in matrimonium duxit.

Caterùm cum demortua Imperatoris filia, Elisabethã vnicã regis Polonię Premislai natam Venceslaus duxisset; Poloni, licet, Vladislau Loctiçũ, præteritis Silesię principib. ad quos regnũ pertinebat, iam elegissent; repudiato

MD, XXVII

tamen Loctico, Venceslaū Boëmum splendida legatione ad gubernationem Poloniae vocant. Adit quidem regnum: verum consecratus, Henrico à Leippa Boëmo, præcipuæ nobilitatis viro, & alijs paucis in administratione absens vsus est, & filio Venceslao ex Polona nato, Hungaricum etiam regnum consilio & armis acquisiuit verum quia sibi ætatem grauem, filium in adolescentia leuitate quadam lubricum, animaduverteret, nec tot regna à rerum imperito luene regi posse videret; Ottoni Bauarico, qui Hungaricum ambiebat, Hungariæ regnum, quasi de manu in manum, cum Coronam eam, quam Hungari Sanctam appellant, in sua potestate haberet, tradit. Moriens verò, filio sedecim annorum, regnum Bohemiæ & Poloniae singularibus verbis commendat. Sed cum adolescens homo, vitæ suæ modum tenere nondum sciret, biennio post Olmutij, ex improviso, à nescio quo adortus, occiditur. Reliquerat verò cum potestate in Boëmia affinem suum, Henricum Carinthiæ ducem, cui sororem Annam, quam Austriaci scriptores Agnetam nominant, in matrimonium dederat. Is igitur extincto Venceslao dominari incipit.

Verum Imperator Albertus, Rodolphi primi filius, memor qua ratione Bohemi ex pactione Iglauensi obstructi, Austriacis essent, Regnum filio Rodolpho iuste & legitime appetebat, & cum Henricus cedere nollet, armis illum è Bohemia expulit, & vt Rodolphus filius occuparet, perfecit. Mortua verò erat Viennæ Rudolphi coniunx, Philippi Franciæ regis filia Blanca. Itaque vt maiori beneuolentia Bohemos sibi deuinciret, Venceslaj senioris viduam relictam in vxorem duxit, verum cum vix integro anno in Bohemia fuisset, vitam nescio quomodo amisit, & ex Austriacis principibus primus Pragæ sepultus est. Henrici verò Carni, deinceps non diuturna fuit gubernatio.

Boëmi enim, illius coniugis sororem Elizabetham, quam inclementius quasi carceri inclusam tractabat, è custodia liberatam, Henrici Imperatoris septimi filio, Ioanni, comiti Lucelburgio, in matrimonium Spiræ collocarunt. Ita rursus neglecta Austriaca familia, in Lucelburgiorum potestate Bohemia fuit.

Verum non multò post, Carolus Imperator quartus, Iohannis regis Bohemiæ filius, Rodolpho in Austriaca familia quarto, viro summo, & Fundatori dicto, (quod is, ea, quæ à patre Alberto secundo, cognomento Sapiente in Academia Viennensi, & summi templi ad Diui Stephani eadem administratione inchoata fuerant, absoluit & perfecit) filiam in matrimonium dedit. Sed minimè diuturna fuit hæc adiunctio. Nam cum Rudolphus socerum Imperatorem singulari splendore equestri in Italiam comitatus esset, Mediolani obiit eiusque cadauer, primum conditorio in æde Diui Stephani, quod sepulchrum ipse Archiducibus construxit, illatum est.

Filius deinde Caroli quarti, Sigismundus, cum fratri Venceslao, qui non modò imperij dignitatem amisit, sed & Bohemiæ regnum, & se suosque

osq; otio & negligentia perdidit, successisset; Archiducem Austriae Albertum quintum, filiae suae Elisabethae maritum, & sibi generum atque successorem in Regnis & Imperio esse voluit. Voluntati huic fortuna quidem respondit, verum minimè diuturna ea fuit. Nam cum ex melopeponum intemperantiore esu dysenteria correptus esset, ea optimum & in familia Austriaca Imperatorem quartum, altero regni anno extinxit, Alba regali is sepultus est.

Ex eo Elizabetha Ladislaum posthumum ad Comarum peperit, cuius tutelam Fridericus tertius singulari fide suscepit, & non modò Diadema Hungariae & Boemiae sibi oblatum respuit, verum Austriam ipsam anno 1453. Ladislao restituit. Hic Fridericus tertius (quem rectius quartum, si Fridericum Pulchrum numeremus, appellare licet) ex Ernesto Archiduce Austriae, matre Cymburga, Ziemouiti Ducis Masouiae ex antiquis. Poloniae regum stirpe, natus est. Res Imperij post Augustum diutissime administravit, & Ladislao adolescente in Bohemia extincto, non modò Austriam totam recuperavit, verum singulari beneficio Dei, ad Oceanum usq; illius iura, per Maximiliani filij, cum Maria Burgundica coniugium extendit. Et si enim Ladislao extincto, Boemi Georgium Pogiebradum & postea Vladislaum Polonum, reges elegerunt: tamen anno 1515. in conuentu trium regum, Maximil. Imp. Sigismundi Poloniae & Vladislai Boemi & Vngarici Viennae pactio de successione Austriacae familiae in Boemia & Vngaria, si Vladislai posteritas mascula extingueretur, communi regum & Senatorum consensu renouata est, cuius vigore Ferdinandus archidux Austriae, Ludoico Vladislai filio, sine liberis extincto, in Boemiae regno successit.

1457.

extincto

1477.

1458.

1471.

Vngarici verò regni proceres, caeso Ludoico, in duas factiones distracti erant, quarum altera, non alienigenam sed Vngarici sanguinis regem expetens, Ioannem Scepusiensem, Stephani filium, Palatinum Transylvaniae, regem nominabat. altera pars sanior, vetera de successione pacta, inter Fridericum III. & Matthiam primum, deinde inter Maximilianum & Vladislaum inita seruans, Ferdinandum eligebat, qui statim missis aduersus Ioannem, duce Casimiro marchione Brandeburgensi copijs, eum profligauit & Idibus Nouembris, Budae coronatus est. Casimirus paulò post Budae dysenteria obiit, relicto vnico filio impubere Alberto quinquenne, & tribus filiabus, Maria, Friderico palatino Simmeriensi, postea electori: Kunigunde, Caroli Budensis coniuge; & Catharina, quae virgo obiit.

Ioannes Cepusensis, rebus desperatis primùm in Poloniam ad Hieronymum à Lasco confugit, qui patrociniò illius suscepto, ad Solymanum Turcarum Imp. profectus, auxilia petit, ac si ipsius viribus in Vngariam restituarur, se Vngariae regnum, Turcae beneficio possessurum, & Turcici Imperatoris clientem & vasallum fore ostendit. Eam conditionem cum audissimè acciperet Solymanus: Turcae hac infelici, duorum regum Christianorum de Pannonia dimicantium, ambitione, in media ferè Germania viscera, attracti sunt. Iaitza etiam, Bosnae arx munitissima, hucusq; ab Vngaris defensa, in Turcarum potestatem hoc tempore venit.

Eadem

## VLTRAIECTINA.

Eadem ætate, qua Ferdinandus Boëmiæ rex, Vngariam inuasit, CAROLVS GELDRIÆ DVX, semper inquietus, & ad omnes occasiones intentus, VLTRAIECTVM urbem, ciuibus & ecclesiasticis iam toto biennio intestinis dissidijs inter se mutuo conflitantibus, & episcopo suo Henrico Palatino seditiosè rebellantibus, inuocatus à factione ciuium potentioris, die 6. Augusti occupat. Inde Transisulanos denudò infestat, & Hagam comitis in Holandia diripit. Itaq; sequenti, anno, Caroli V. Imp. in Belgico locum tenentes, ad quorum opem Episcopus & exules confugerant, pulsus Gelrijs, Traiectum recipiunt, & libertate antiqua priuatum, in Cæsaris Caroli verba iurare, imposita arce cogunt.

Cum autem tota hæc intestinarum dissensionum inter ciues, & aperti tandem belli Traiectini historia, diligenter à Bome-lio descripta extet: ac verè imago sit similium motuum, qui in alijs vrbibus, ijsdem de causis, planè eiusdem modi subinde existunt: & quorum consimiles in hac ipsa vrbe Rostochio, coram vidi; totam illam narrationem hoc loco inserendam duxi.

1562.  
2563.  
1565.

Anno igitur à nato Christo vigesimo quinto supra sesqui millesimum, mense Februario, TRAIECTINORVM ciuitas tumultuari cœpit, in qua tres magistratuum ordines sunt, vnus Ecclesiasticorum, nempe Canonicorum quinque; ecclesiarum, quas collegiatas vocant. secundus Nobilium, tertius eorum, quos ex primoribus plebis in senatum allectos, patritios appellant. Hi communicato inter se consilio, quoties Reipub. vtilitas postulat, in commune decernunt, quidnam potissimum faciendum sit. Erat inter Patritios vir prudens, consilio, solertia, & moderatione nulli in ea Republica secundus, cui nomen Euerardus Soudenbalgus, Hic multis iam annis consul primarius, Rempub. prudenter iusteq; administrarat. Verùm quia gloriam resq; præclaras inuidia comitari solet, intercedebat huic priuata quædam simultas cum nonnullis ex nobilium primatibus, quos eam potissimum ob causam gloriæ suæ æmulos passus est, quòd nobilium ordini non admodum æquus videretur, præsertim cum ex eo ordine aliquot iam pridem ob sua in patrias leges commissa, ciuitate eiecisset, quorum præcipuus erat Gerardus ex Nouicampiorum familia, qui in ea ciuitate arcem nobilitatis sibi vindicant. Hinc illæ lachrymæ. Huius proscriptio ansam præbuit cur malè cuperent Soudenbalgo, bona nobilitatis parte hanc ob causam vehementer succensa commotaq;. Quum autem in libera ciuitate iure aduersus Soudenbalgum palàm nihil agere moliriue poterant, apud sese deliberantes decreuere hominem alia via aggredi, atq; per cuniculos intentare illi vindictam. Communicato itaq; cum Ecclesiasticorum primoribus consilio, datis vicissim dextris, blaterones quosdam è promiscua plebe subornare studuerunt, qui inauspicatum in vulgus rumorem plaustraq; mendaciorum spargant, atq; accusent Soudenbalgum, repetundarum. Multis iam argumentis compertum esse, scilicet, Soudenbalgum ærarium depeculari, Reipublicæ redditus in suum emolumentum conuvertere, & ciuitatem deniq; innumeris exactionibus, accisis, vectigalibus, decumationibus, indies magis magisque grauare atq; incessanter vexare, quibus ta-

bus tamen omnibus non in Reipub. sed in suum commodum pro libito vtatur. Et ne illi in tanto facinore comes deesset, addunt Godefri- dum Vornium virum optimum, qui multo tempore Soudenbalgo in ma- gistratu collega fuerat. Hunc clamitant, vt magistratus, ita & peculij fur- tique comitem extitisse. Hisce sycophantijs cum circumforaneos aliquot instituisent, ipsi haud segnes telam suam exorsi sunt. Suadent vltro ad calumniam propensæ plebi, vt à Soudenbalgo, & Vornio dati acceptiq; ra- tionem exigant, deq; administrata Republica satis faciant. Amplissimam propositam spem esse clamitant, lateq; patere iam dudum fenestram sese ab omnium accisarum, decumationum, atque vectigalium exactiõne vin- dicandi, atque foribus iam instare tempus, quo se in libertatem asserant. Hac vbi passim & clanculo & palam spargerentur, vulgus principio taci- tum nonnihil apud se hac de re submurmurabat, mox tanquã feruescens mare, quod futurum minatur tempestatem palam aduersus duos hosce viros tumultuari æstuarẽq; cœpit, importunis clamoribus, probris, ac mi- nis quatuordecim annorum rationem exigens. Interim latam somnia- bat libertatem intemperans vulgus, cum atrociolem multoq; grauiorẽ sibi ascisceret seruitutem. Hic rumor vbi increbuisse Soudenbal- gus & Vornius subodorati quid nam in se machinarentur quidam, ma- gistratum adeunt, conuocatoq; Ecclesiasticorum atque nobilium ordi- ne, Soudenbalgus in hæc verba proloqui cœpit. Ego (inquiens) optimi viri venerandiq; Senatores, præsentem Rempub. vnã cum collega meo Vornio administraui, atque huius (vt nostis) ciuitatis habenas, aliquot iam annos moderatus sum. Proinde cum singulis annis quibus nos cessi- mus, rationem dati atque accepti coram præsentì Senatu exactè reddideri- mus, non possumus non mirari quãnam A te has nobis excitarit Tragœ- dias, quidne ciuili sibi velit tumultus. Ad sunt tabellæ, quibus præsens no- bis Senatus de benè administrata Repub. abundè gratificatur, nostræq; in reddenda ratione fidei suis syngraphis, etiam ad stipulatur. Hæ si præfra- cto forsitan cuipiam non satisfaciunt, en adsumus subducto rursus calcu- lo, coram cordatissimo Senatu acti Consulatus rationem reddere parati. Atqui tumultuanti passim sine delectu, sine iudicio, plebi satisfacere, non opis est nostræ. Non est nostrarum virium placare furentes, non Hercle ma- gis quàm si coortam maris tempestatem eiulatu vel linguæ plectro sedare conemur. Maximè cum in hoc hominum genere pleriq; stupidiore sint, quàm vt ipsi rectè iudicare queant, & ijdem præfractiores quàm alienæ sen- tentiæ velint accedere. Hac vbi Soudenbalgus liberè satis perorasset, iussus est, vnã cum collega Vornio paulisper è Senatu secedere. Paruit, secessit, tum omnia tentata, omnia sursum atq; deorsum iactata factaq; tandè consul- tatione, quoniã maior pars plerunq; solet vincere minorem, à nobilium or- dine decretum est, vt aliquot è promiscua plebe seligerentur rationem ex- cepturi, nominatis viginti quinq; suæ farinae hominibus, horum arbitrio, omnis rationis censura permittebatur. Nec alia ratione, quicquam esse ra- tum voluere, nisi quod illi suo calculo approbassent. Posteaquam Sou- denbalgus & Vornius hæc inaudissent, infracti animo perstiterè in sen- tentia, esse videlicet sese paratos coram magistratu & quæstoribus æra-  
rij

rij (quos illi Camerarios vocant) de intentata calumnia satisfacere, præter morem autem esse atque ridiculum, imò neque ipsis neque Reip. decorum esse, coram coriarijs, pellionibus, pistoribus, cerdonibus, fabris, cemen-tarijs, fullonibus, textoribus, bubulcis & reliquis id genus proceribus, Senatus arcana pandere, aut rationem velle exigere maximè cum ijdem ob crassam ipforum imperitiam, animique stupiditatem, harum rerum nihil intelligant, neque alij rei vsui fore, quàm vt importunis clamoribus ac strepitu omne negocium turbent, subuertantq; Hoc Soudenbalgi responsum magis adhuc plebis animos exulceravit, vtpote qui spretos se nihiliq; factos ab eo arbitrarentur. Quare facta seditione vniuersa artificum sodalitia in Cœmiterium Diui Iohannis, quod vulgò Campum famis appellant, armata descenderunt. Isthinc mandant Soudenbalgo & Vornio vti quàm primùm sese expediant, administratæque Reip. rationem plebi sine mora reddant, alioqui futurum mox vt vi illud extorqueant. Hoc illi accepto nuncio quoniam violentia iam res omnis gerebatur, verentes ne sæuior aliqua inter ciues cooriretur seditio, quæ non absque sanguinarijs cædibus constitisset, cum inter ciues haud quaquam deessent qui Soudenbalgo & Vornio ex animo benè vellent, maturo prudentique consilio decreuerunt, furori plebis cedere, quem nulla re alia facile placare posses. Duo itaque viri optimè de Repub. meriti ciuitatem vltro egressi, Soudenbalgus ad Transilulanos, Vornius verò Amstelredamum concessit, in hoc multorum clarissimorum virorum tam Græcorum quàm Romanorum exemplum sequuti, Sic olim Alcibiades, sic Phocion, sic Pericles, sic Timoleon, sic Cimon, sic Camillus, Coriolanus, Scipio, Marcellus, Cicero, alij innumeri pro benè administratæ Reip. seruataq; ciuitatis merito, partim exularunt, partim ab ingratis ciuibus morte mulctati sunt. Phocion ille Atheniensium duceretur, obuius ei factus Euphiletus, quo familiariter fuerat vsus, isq; cum lachrymans dixisset, O quàm indigna perpeteris Phocion, At non inopinata, inquit: Hunc enim exitum plerunq; clari viri ex Atheniensium Repub. habuerunt. Alcibiades & ipse Atheniensium princeps, accersitus ex Sicilia ad capitalem causam, seipsum abscondit iudicioque vulgi subtraxit. Cum autem ei dixisset quidam, Non credis patrio iudicio te ipsum, ego ne matris quidem, respondit, ne fortassis pro albo calculo nigrum immittat.

Posteaquàm Soudenbalgus & Vornius ingrata vrbe relicta, vltro in exilium concessissent, bona pars plebis, vt erat armata, Ecclesiasticorum atque nobilium primoribus horum opera res nouas molientibus, qui & ipsi armati erant pariter in ædem Senatoriam aduolarunt. Ibi mox à nouis prætoribus, & à violento Senatu Soudenbalgo & Vornio atrox proscrip-tio intentata est, bona omnia confiscari iussa, nemine reclamante, multis tamen rem indignè ferentibus, neque refragari ausis, ob metum furentis populi, à quo pedibus in eam sententiam itum est. Adhæc ab inauspicato Senatu, grauiore censuræ præscribuntur, Decernunt ne quis forte de proscriptorum mulcta grauius causetur, neue de reditu quisquam post-hac

hac vel mutire audeat, alioqui eadem censura plectendum fore. Interim innumera apud plebem facinora committuntur, quibus absentes conparserunt, quorum præcipuum furti nota erat, quod se iam pridem multis argumentis deprehendisse iactabant. Mandant præterea quotquot vel Consules vel Quæstores ærarij seu camerarij, à tredecim annis fuerunt, quam primùm sese parare ad exhibendam rationem, deque actò iam dudum magistratu ipsis & plebi satisfacere. Iubent ciues bono animo esse, spem libertatis scilicet iam dudum in herba esse. Iam ultra non opus fore exactionibus, cum sua opera, inexhausta magistratus atque Quæstorum ærarij philargyria, nunc in lucem emergat. Hæc res tametsi cordatiores quosque è ciuibus vehementer moueret, & multi taciti apud sese abominandum facinus execrati, stomacharentur, illi tamen haud segnes officio suo functi sunt. Alios namq; ex viris primoribus obtorto (vt aiunt) collo in ius trahebant, alios quod Soudenbalgo & Vornio benè vellent, proscripserunt. Alij è magistratu deturbati, aliorum possessiuncula, præter furti rapacitatisque calumnia, confiscata. Tum cuique quod lubebat animo, idem licebat, ex coniurato res omnis agebatur. Si cui vel priuata similtas cum quoquam incidisset, sinistra macula ceu lutulenta labe asperlus, ciuitate eiciebatur. Porrò vt huiuscemodi tyrannide etiam libentius vterentur, facta confœderatione, datis vicissim dextris quidam communibus animis in Reipub. perniciem conspirarunt. Huius factionis, quam confœderationem placuit appellare, authores extitere, ecclesiasticorum atque nobilium primates, quosdam etiam è ciuium turba sibi asciscientes, quos nouerant ad quoduis facinus facile fore paratos. Horum vis & insolentia cum indies magis magisque inualeceret, atq; passim in omnes sauirent, optimi quiq; ex patricijs ac ciuibus haud dubijs coniecturis augurati quem finem tandem huiusmodi initia portenderent, suis desertis sedibus, in finitima oppida commigrarunt. Hoc facinus adeò confœderatorum animos non perculit, vt insolentius etiam agere posthæc cœperint, non modo in proscriptorum bona, verùm etiam infamiam, in ædes, in clientulos, & in innoxios quosq; tanquam indomitæ feræ grassantes. Soudenbalgi filia clarissima scœmina iam dudum grauida cum indignè ferret patris contumeliam, & illatam vim ab his qui impetu facto in ædes irruerant, manu etiam repellere conata, à quodam calcibus elisa, abortum passa est. Multa in hunc modum indigna memoratu facinora, sub id temporis perpetrata sunt.

Dum hæc Traiecti geruntur, optimus Antistes Henricus Bauarus Dorestati lectulo decumbens, ægrotabat. Verentes autem confœderati, ne à præscriptis apud Antistitem præuenterentur, missis exemplo suæ factionis coryphæis, Dorestatum tendere, principem conuenire, deque negotio quod erat præ manibus certiozem facere iubent. Ad Antistitis colloquium admissi, hanc occasionem calumniandi nacti, præscriptorum errata exaggerant, sua extenuant: Quod facile licuit, nemine eorum

rum narrationi refragante. Eò tantùm suis sycophantijs rem omnem deduxere, vt optimus princeps, cum compertiora per eos non quibat cognoscere, ipsorum sententiæ subscriberet actaque confirmaret. Atque id potissimum accidit partim opera Iacobi de Mynen, qui tùm Episcopalis aulae præfectus erat, quo incentore Confœderatorum factio aliquandiu vsa est, partim quod Confœderatorum legatis vt viris Ecclesiasticis populiq; primoribus (vt est innocentia neuiquam suspicax) haberet fidem. Sic nimirum, sic optimorum principum innocentia ad bonorum perniciem plærunque abutimur, si licentiam tandem in tyrannidem vertimus. Flavius Vopiscus in vita Diui Aureliani Cæsaris, Quæritur, inquit, quænam res malos efficiat principis iam primùm nimia licentia, deinde rerum copia, amici præterea improbi, satellites detestandi, eunuchi auarissimi, aulici vel stulti vel detestabiles, & quod negari non potest, rerum publicarum ignorantia. Colligunt se quatuor vel quinque atq; vnum consilium ad decipiendum Imperatorem faciunt, dicunt quid probandum sit. Imperator qui domi clausus est, vera non nouit, cogitur hoc tantùm scire, quod illi loquuntur. Facit iudices quos fieri non oportet, amouet à Repub. quos debeat obtinere. Quid multa? Vt Diocletianus ipse dicebat, bonus, cautus, & optimus venditur Imperator. Hactenus Vopisci verba recensuimus. Confœderati vbi viderunt suis facinoribus ab Antistite etiam suffragari, cristas erexere, licentius grassati sunt, inque proscriptorum necem semel conspirantes, atrocissima quaqua versum emisertunt syngammata, quibus edicitur ne quis proscriptorum in Traiectinorum diœcesi diutius moretur, alioqui capite plectendus, quicunque tandem reperiatur.

Inter hæc cum plebi viderent se amplissima sua spe frustrari, dataque sibi experirentur à Confœderatis de libertate verba, cum indies grauiori seruitute premerentur, coepere non nihil primùm apud sese hac de re subinurmurare, donec palàm à Confœderatorum factione desciscentes, ipsi inter sese mutuò tumultuari coeperunt. Huius defectionis ansam, rebellandiq; audaciam hi ciues, potissimum præbuisse visi sunt, qui in superiori ciuitatis parte degunt, quos confœderati nouo vocabulo Septiuuadios appellant. Hi primùm aduersus Confœderatos latalia arma sumpserunt, eos mox & reliqua sodalitiolorum cohors sequuta est. Armati itaque in Campum famis conuenerunt, ibi importunis clamoribus, probris, armorumq; strepitu, multa Confœderatis mala imprecati sunt, atrociora etiam interminati, ni suæ parerent voluntati. Hoc vbi Confœderatis compertum esset, cum forent numero inferiores, protinus vnum aut alterum è suis miserunt, qui benignè cum Septiuuadijs exostularent, ac dicerent Confœderatos quidem ad omnem eorum voluntatem paratos esse, tantùm modestè significant quid fieri velint. Multa vltro citroque verba facta, tandem ea lege vtrinque discessum est, vt Ecclesiastici, monastici atq; equestri ordo, commune exactionum, decumationum atq; accisarum onus cum ciuibus identidè ferrent. Equum enim esse vt sicut vnus ciuitatis

iure, ita & communi onere potirentur. Hoc contra immunitatem (vt vocant) Ecclesiasticam decretum, tametsi Confœderatis graue, ac non ferendum videretur, tamen cùm in præsentiarum non alia via poterant elabi, eousque obtemperandum statuere, donec opportunior occasio sese offerret.

Posthæc vbi Antistes ab infirmitate vtcunque conualuisset, concitus Traiectum adiit, accuratius de omnibus quæ inter eos gerebantur cogniturus. Isthic agentem Confœderati, & Septiuuadij certatim conuenire student, quisque suæ causæ patrocinatorus. Tandem cùm Septiuuadij viderent Antistitis animum in Confœderatorum causam magis propensum, rursus arma corripientes in Campum famis coegerunt suos. Ad hos iam tumultuantes ipse Antistes descendens sciscitatus est, quænam tantæ seditionis causa, quis tandem fructus foret, iniquum esse in libera ciuitate se præsentem, leuissimam ob causam tantos ciere tumultus. Septiuuadij è diuerso respondent non leuem esse causam, tanti tumultus, verùm iustam & grauem, quam vsq; adeò labefactari noluerunt, vt etiã dignissima sit quæ Antistitis censura, annuloque comprobetur atque roboretur. Quid iniquum videtur, inquit, si nobis abrogata iam pridem ciuium indulta seu priuilegia restitui cupimus: Quid iustius quàm vt rescissa malè parta immunitate, Ecclesiastici ac reliqui id genus homines paria cum ciuibus onera ferant: Hæc ni Antistes rata prius habeat, superuacaneum esse de deponendis armis verba facere. Antistes itaque diligentius re perpensa, veritus ne hæc procella in maiorem aliquando tempestatem erumperet, iussis quiescere ipospondit se eorum votis propediem assensurum. Cumque id ipsum violentius exigeretur nolens contra aquæ tractum niti, vetera ciuibus indulta restituit, acta confirmauit, decretis subscripsit, quæ tamen omnia postea rescidit atque antiquari iussit, in hoc sequutus nimirum magni Agefilai regis exemplum. Huic enim cùm quispiam aliquando diceret, idemque sæpius repeteret, promisisti, ita me Hercule promisi, inquit, si istud quidem est iustum, sin autem iniustum loquutus sum, non promisi. Cùm idem subdidisset, veruntamen decet reges, si quid capite annuerint, perficere. Non reges magis respondit, quàm illos qui reges adeunt petere iniusta, decet. Hæc metamorphosis vehementer Septiuuadiorum animos exulcerauit, adeo vt ex eo tempore perpetuum aduersus confœderatos odium conceperint: Diçtu mirum est, quàm in mutuas cædes exarserint, tantùm occasio deerat. Nusquam in ea ciuitate tuta quies, nusquam securitas, pax nulla, vbique tumultus, vndiq; discordia. Huc semel omnes Furia confluerant. Frater altercabatur cum fratre, vicinus à vicino dissentiebat, parens cum filio digladiabatur. Artifices qui manuaria opella, temporis tædium fugare solent, quiq; diurno labore victum suæ familiæ suppeditabant, nunc insuetæ armorum curæ gnauiter inuigilant, gladios stringunt, bombardis arcubusque certant, hastam torquent, thoracem induunt, lanceis contisq; congredi tentant. Sacerdotes, proh nefas, quorum est præcipuum officium dissidentes modis omnibus in concordiam redigere,

gere, pacemque etiam suo incommodo conciliare nunc classicum canunt, frigidam suffundunt, ad eadem hortantur, quin & ipsi armati in aciem aduersus suos ciues prodire non sunt veriti.

1526.

Huius perniciosissimæ Tragœdiæ cum nec modus nec finis videretur ullus, eò tandem deuentum est, vt incertam Martis aleam experiri necessum fuerit. Anno itaque vigesimo sexto supra sesquimillesimum, sexto Idus Decembris Confœderati coacto vndique suorum numero magno sese apparatu ad pugnam instruxere. Septiuuadij è diuerso militariter & suos in aciem educere conati, castra iuxta portam, quam Teloneariam vocant, metati sunt, alacres confœderatorum impetum, vt iactabant, excepturi, magna spes, maior vtrisque metus erat. Confœderati belandi arti fidebant, Septiuuadij viribus, cum essent numero non animis multò superiores. Sub vesperam itaque Confœderati suis è castris profiliunt, ingenti animo Septiuuadiorum castra inuadunt, ibi vix dum commissâ pugna, bona pars ciuium metu propemodum examinata, à Septiuuadijs desciiuit, hinc alius aliò delapsus: Reliqui qui subsistebant, vbi se nudos desertosque à socijs viderunt, & ipsa fuga salutis suæ consulere statuerunt. Hunc conflictus ille finem sortitus est, Confœderatis rerum potitis, è quibus vnus perijt vir equestris ordinis, cui nomen erat Assuerus de Sulen, ex Septiuuadijs tres occubuisse narrantur. Die altero magna ciuium pars maximè qui rebellionis autores extiterant, è ciuitate profugerunt. A Confœderatis in multos passim scuitum est, ne ab innoxijs quidem temperatum ita incogitans & imperitum vulgus dum maiorum votis sine delectu obsequitur, dum adulatur partibus, dumque suis nimium indulget affectibus, in suam ipsius perniciem præceps ruit. Vnus erat Soudenbalgus quem equestris ordo verebatur, qui cum patrias leges mordicus tueretur, improbis eorum conatibus perpetuò aduersabatur. Huic eiiciundo dum ciues suam opejam nauant, & ciuitate & libertate exuti sunt. Sic etiam Romanos olim cum suum Camillum ire in exilium compulissent, Gallorum rex Brennus ad internationem usque deleuit, vrbe priuauit, Capitolio multo vix auro redempto. Verum enimvero vt meticulous ac malè sibi conscijs vniuersa sunt suspecta, verentes confœderati, ne contracto auxilio, resumptis viribus Septiuuadij incautos aliquando inuaderent, facta inter se consultatione milites conductitios trecentos sibi conscribi mandarunt, quibus Episcopalis aulæ præfectus aliquot equites adiunxit. Abs violento hoc hominum genere, multa ciues indigna perpelsi sunt. Ecclesiasticorum proceres indignum facinus qui cum symmystis sua solent peragere sacra, nunc satellitio cuncti obambulant, stipatoribus stipendia largiuntur. Ecclesiæ thesauris, quos pauperum ærumnis impartiri oportuit, sceleratum militum genus alitur, Ærarium publicum, quo in Reipub. emolumentum vti mos erat, in Reipub. perniciem exhauritur. Hoc facto omnis Septiuuadijs libertatis spes ablata est. Nulla repugnandi fiducia est reliqua. Hoc solo sese solati

solati sunt, quod haud quaquam ambigerent, nullum violentum fore perpetuum: Interim silentio se contegunt, in meliora sese tempora referuantes.

Porro confœderati vbi neminem suis technis obstrepere, nullum suis conatibus aduersari viderunt, egregium facinus animo meditantes, de creuerunt semel omnium ciuium libertatem, cuius scintillula duntaxat supererat, pessundare. Anno itaq; vigesimo septimo circa hos dies, qui nobis proximam minantur quadragesimam, contemplantes vndiq; quinam hisce suis cœptis potissimum suppetias ferrent, placuit tandem è ditione Iselstenica Bescopiorum auxilia contrahere, quibus capitale semper odium in Traiectinos fuit. Iunctis pariter copijs edicto mandauere Septiuuau dijs vti omnia sodalitorum signa quæ vexilla appellant, ad Episcopalis aulæ præfectum quamprimum ferrent. Dicto paruerunt Septiuuau dij, quibus præterea indictum est, ne conuenticula deinceps aut matutinas consultationes inter se haberent. Omnia deniq; quæ metu adactus Antistes iampridem indulserat, quæq; ex veteri instituto obtinebant, antiquata, atq; irrita fieri voluerunt, multaq; in hunc modum decreta, quæ cum patrijs legibus, ciuiumq; libertate ex diametro pugnare videbantur. Voti compotes facti confœderati Bescopios domum remigrare iusserunt, nec multò post milites conductitios exhausto nuper ærario facere missos.

Interea optimum Præsulem, cum iam confœderatorum insolentia in tyrannidem vergeret, huius calamitatis tædere cœpit, indoluitq; vehementer quod confœderatorum factioni tantum licentiæ indulserat, præsertim cum efficacissimis argumentis illi probaretur, multa indigna Soudenbalgum, Vornium, cæterosq; proscriptos pertulisse. Subodoratus Confœderatorum imposturas, quid iam suis vasfritijs venarentur, haud quaquam vigilantem Antistitem latebat. Diligentius ergo pensitato negotio, quaquaersum tabelliones parato in hoc diplomate misit, Soudenbalgû & reliquos ite exules, dato saluo (vt aiunt) conductu, ad se Dore statû euocans, vt exactius de eorû causis cognosceret. Non hic profecto inconstantie nota aspergendus est optimus Præsul, verum iusticiæ, innocentie, modestieque laudibus, omnibus longè proferendus. Principio namq; cum per Confœderatorum technas, certiora non quibat cognoscere, quam quæ ipsi pro sua libidine vellent, cui ad cumulum erroris accessit aduersa valetudo, mox vbi compertiora scire licuit, vbi data sibi verba conspexit, indoluit, actaq; rescidit. Sic olim Philippus ille Macedo, Machetæ cuiusdam causam iudicans, quoniam esset illo tempore somnolentus, minus accuratè quod iuris foret attendebat, proinde aduersus eum sententiam tulit. Illo autem reclamante, prouocare se iudicium, iratus Philippus, ad quem inquit? Et Machetas, ad te Ipsum rex subdidit, si vigilans quidem attentusq; audieris. Surrexit tunc Philippus. Vbi verò ad se rediisset, nossetq; iniuria Machetam affectum, iudicium quidem non rescidit, at æstimationem litis ipse persoluit. Proinde Atheniensium Ducem Themistoclem ad Symonidem poetam qui iudicium quoddam ab eo iniustum contenderet, dixisse legimus.

mus. Neq; illum bonum poëtam esse posse, si præter modulum numerumq; concineret, neq; se bonum principem, si præter legem iudicaret. Quòd si tanti fecere iusticiam à Dei cognitione alieni, quid nobis faciendum erit, qui vnus veri Dei cultu, quiq; Christi nomenclatura gloriamur & insignimur: An patiemur innocentes quosq; pessum ire, vel ex nostra conniuentia seu oscitantia, ab improbis lycophantis opprimi. Quòd si nostra indulgentia & authoritate abusus quispiam, aduersus patrias leges in optimorū virorum exitium, deliquerit, summopere nobis conandum erit, vt vicissim per nos veteri rescisso iudicio, quod æquum, bonumq; visum fuerit, decernatur. Nemo itaq;, vt diximus, optimum principem hac in caussa Vertumnum quendam aut Proteum retulisse arbitretur, verum vt est vitæ innocentia, integritate, modestiaque suspiciendus, collatis atq; pensculatis diligenter omnibus quod iustum foret semper optasse. Soudenbalgus & reliqui item exules, hunc apud Antistitem fauorem naçti, sine mora Dorestatum sese contulere. Eò posteaquam deuenissent, primum per literas apud Antistitem caussam suam agere iubentur, tandem ad colloquium admissus Soudenbalgus, vt est vir mellitæ facundiæ, se suosq; de intentata calumnia, non absq; multorum admiratione, vindicauit. Hortatur itaq; Antistes exules bono esse animo, spondetq; se propediem auspice Christo curaturum, vt suis sedibus restituantur.

Hæc mutatio dextræ excelsi confœderatorum factionem Traiecti malè habuit. Dictu mirum est, quàm hic inuersus calculus illorum animis displicuit. Iam eos cælum terræ miscere putares. Quamobrem totis exercitis viribus factionis suæ antesignanos Dorestatum mittunt, vt qua possint commodiori via nihil intentatum relinquentes, Soudenbalgo calumniam struant. Actum de nobis est, inquit, si is reuertatur, nil superest, nisi vt suspensio trabem quæramus. Adeo timore trepidant malè sibi conscij, quibus iam pridem volupe fuit optimi principis licentia abuti. Missi vbi Præsulem adiere, rogant vt promissorum memor, non sinat ea quæ olim maturo decreuit consilio ob quorundam impudentiam labefactari & conuelli: Iniquum esse principem virum non præstare, quæ ore, quæ literis, quæq; annulo suo fieri iusserit atq; decreuerit. Adhæc denarrant Confœderatos eo esse animo in Antistitem, quo semper, non oblitteratam esse deniq; veterem fidem, nec tenuiter quidem refriguisse erga eum, amorem, tantum ipsè integrum, sese exhibeat principem. Quibus Antistes, Ego, inquit, vtriusque causam iam dudum inaudiui, deliberato autem meditatoq; accuratius negotio, cum Traiectum venero, quod fuerit iustum, statuam. Hoc accepto responso legati confestim Traiectum contenderunt ad suos, quibus profecto Antistitis responsio, vt malè sibi conscijs, non admodum placuit. Nec abs re, iam enim regnum quoddam possidebant, iam tyrannidem quandam meditabantur, quibus exui molestissimum erat, & quæ tutò etiam nemo facile abdicare posset. Phalaris enim ille Agrigentinarum apud Syculos tyrannus, amico Demoteli consulenti vt imperium abdicaret, hunc in modum rescripsisse fertur. Longè periculosius fore censeo deponere principatum quam

quàm occupare. Et ad summum, ita de tyrannide, quemadmodum de generatione & vita sentiendum est. Neque enim homo si fieri posset, ut antequam nasceretur, quænam mala in vita passurus esset audiret, nasci vnquam voluisset. Neque priuatus qui tyrannidi studeret, si illius intelligeret calamitates, tyrannus potius quàm priuatus esse vellet. Quòd si ante occupatam tyrannidem, eius mihi conditio narrata fuisset, mihi que eam non occupandi consilium dedisses, obtemperassem profectò. Sed cum tyrannus sim, & principatu coactus in multa inciderim, non modò hominum nemo, sed ne Deorum quidem potentissimus, hanc mihi tyrannidem deponendam suaderet. Proinde Dionysius Syracusanus senior, posteaquam in tyrannidis initio obsideretur, insurgentibus aduersus se ciuibus, amici que consulerent, ni vellet superatus captusq; mortem subire, magistratum, imperium que deponere, cum fortè fortuna bouem à coquo iugulatum, confestim que prolapsum intueretur. Nam iniucundum ac tristè est, inquit, nobis metu mortis, quæ tam breuis est, tantum ac tale imperium deferere. Hunc pestiferum affectum etiam Confœderatos induisse apparet, qui omnia etiam extrema experiri maluerunt, quàm dolo affectatum imperium abrogare. Hoc enim futurum augurabantur, si vnus Soudenbalgus ciuitate donaretur. Quare omnem mouere lapidem conati sunt, & palàm & per cuniculos vniuersa tentarunt, ut huic & Vornio via præcluderetur: de reliquorum restitutione, non admodum diligendiandum censuere.

Interea Antistes coacto aliquando numero equitum, quos illi illis stris princeps Florentius Comes Burensis suppeditarat, concitus Traiectum proficiscitur. Confœderati vbi inaudissent principem cum exercitu aduentare, ad arma concurrunt, oclusisque portis ad muros aduolant, emittunt præterea qui cum Antistite expostulent, quidnam inopinatus præter morem sibi velit aduentus, quidne equitum turma portendat. Hæc, inquit, malæ cuiuspiam machinationis suspicionem præse ferunt. Ad quos Antistes, Ego, inquit, votis officioque facturus satis, huc adueni, quod æquum iustumq; visum fuerit, pro nostra virili determinaturus, tantum abest, ut cuiuspiam vel leuissimam inferre iniuriam sit animus. Conscientia mille testes, Et si vobis benè conscia est, non est quod censuram nostram metuatis, sin autem malè, etiam atque etiam consultate, si imperatorem gesserò, imperio parendum esse vobis. Confœderatorum legati hoc accepto responso, iubent Antistitem tantisper operiri, donec hæc magistratui suo denuncient. Secessit itaq; Antistes in monasterium Benedictinorum, cui nomen Oesbrœck: Istinc agenti per internuncium mandant Confœderati, nò se quidem subterfugere censuram, neq; Antistitis improbare voluntatè, verùm hac via non patère illi ingressum. Licere quidè vnà cum familia ingredi, at equites introducere armatos superuacaneum fore. Hoc mandato subiratus Antistes, Dorestatum indignabundus reuersus est. Abeuntem ex Traiectinorū primatibus quidam prosequuti sunt, inter quos erat eximius vir Ghisbertus de Sulen sub id temporis consulem agens

MD, XXVII *primarium. Hi quibus poterant modis principis animum placare studuerunt. Quod cum ob Confœderatorum perfidiam non procederet, Consul Sulenus funesta ciuitate relicta, ad Hollandos concessit.*

1527.

Porrò Confœderati perpenso diligentius facinore quod in Antistitem & in optimos quosq; patrarant, haud quaquam ambigentes hæc in suum ipsorum iugulum aliquando reditura, vltimum statuere præsidium experiri. In vno Gelriæ Duce Carolo spes supererat, is ni suppetias ferat, actum est, inquiunt, de salute nostra. Mittunt itaq; factionis suæ chorum. D. Marcum Vuesium cathedralis Ecclesiæ Canonicum, Huic adiungunt D. Adrianum Renessum, & alterum quendam, eiusdem Ecclesiæ Canonicos. Ne verò claudicaret ternio, claudum addunt Venr dium. Legati properè profecti, Ducem adeunt, supplices legationis suæ negocia pandunt, in quam nassam inciderint, differunt, in duce iam omnem suam spem sitam esse deprædicant, vt afflictis succurrat, vt in præsentiarum opituletur efflagitant, vtpote qui Traiectinorum desperatis etiam rebus, hæctenus patrocinator sit semper. Alioqui sine controuersia pereundum esse. Quod si belligerari, si incertam Martis aleam experiri necessum fuerit, nobis, inquiunt, nummorum satis est, tantum te duce, te imperatore vtamur. Hæc oratio Ducis animum vltro ad bella propensum, nempe qui Herculeis exantlatis laboribus tot iam annos in Mauortia palæstra exercitatus sit, vsq; adeo commouit, sponteq; ( vt aiunt ) currentem incitauit, vt confestim destinatis quadringentis peditibus cum legatis subito ciuitatem occupare iusserit. Postridie pedites & equitum turmam subsequi mandauit, qui cum ab ingressu ciuitatis secluderentur, sub noctem effractis à Confœderatorum factione portis, auulsisq; repagulis, intromissi sunt. Eo pacto Traiectinorum ciuitas, in Gelriorum potestatem redacta est. Hæc sola calamitas Traiectinis deerat, nondum enim completa erat malicia eorum. Hocce sceleratum facinus Confœderatis restabat, vt iustissimè tandem, vltio Diuina desæuaret in impios, quibus ad cumulum damnationis sola supererat perfidia. En ex quanta scintillula, quàm edax flamma, quæ non modò Traiectinos, verumetiam bonam finitimarum regionum partem in vitæ rerumq; discrimen coniecit. En ciuiles discordiæ, intestina odia, priuata similtates, per ditissimorum hominum luxus atq; ambitio quot peperere hominum strages, quantam calamitatum molem inuexerunt? Et vt semel dicam, Extremum adfert exitium qui bellum ciuet, quod omnium vitiorum lernam secum trahere solet. Gelrijs itaq; intra ciuitatem receptis, cum iam vniuersa sursum atq; deorsum iactarentur, cumq; præsentem intentarent omnia mortem, hi ciues qui se eatenus ab omni factione seruarant immunes, protinus è ciuitate aufugerunt, adeo vt vltra mille ciues annumeratis his qui prius exulabant, profugisse memorentur.

Neminem cui vel mica falis sit, latere arbitror, quàm acerbè optimum Antistitem, lerneæ hæc excetra, quæ non nisi Herculeæ claua domanda erat, effecerit. Velit nolit, in suos ciues, velut in sua viscera lætale ferrum

ferrum stringere cogitur. Eò siquidem fœdifragorum imposturis res deuoluta erat, vt nullo remedio huic malo mederi posset, quam vt malo nondo malus quærendus esset euneus, ne sua tandem Cyprio boui deesset mērenda. Cogit itaq; exercitum, tribunos, centuriones conscribi iussit. Contractis autem tribus peditum milibus, equitibus ducentis, in aggere Vardano, loco natura munito, iuxta ostium fluminis quod Traiectinorum (vt diximus) ciuitatem interfuit, castrensē propugnaculum erexit, quod firmissimo ex quadrato cespite vallo intertextis vndiq; trabibus cinxit. Diffiectis deniq; cataractis, fluuij meatum obstruere conatus est. Reliqua item castella, quæ passim in Traiectinorum agro erant, armato milite compleuit, non instrenuam nauans operam, vt ab importandis com meatibus Traiectinis via præcluderetur: Arbitrabatur enim tantam multitudinem, si nihil inferretur, breui fame laboraturam. Quare molas frumentarias quæ iuxta portas erant, immisso igne exussit, pecus omne abegit, suburbana demolitus est: Segetes quæ iamdudum in aruis maturuerant in suorum horrea conuehi iussit. Atq; hæc omnia non prædandi aut sese vlciscendi desiderio præcepit fieri humanissimus Præsul, ab omni vindictæ prædæq; cupiditate alienus, sed conatus est tristibus hisce iniicijs data opera Traiectinorum animos territare, quo maturius funesto malo finis imponeretur.

Interea Carolus Gelriæ dux Transisulanorum regionem iterum intruadere parat, dolo occupata Hassela, oppidulo haud procul à Suuollis, Vltraiectinorum nomine: Haud multo post tempore cepit oppidulum Dorrestato vicinum, cui à præterfluente Rheno, Rhenum nomen est, Diuæ Cuneræ memoria celebre. Traiectinis proinde peditum equitumq; numerum auxit, vberrimè com meatum importauit, in proximos pagos ire frumentatum præcepit, atq; in sua tandem verba iurare compulit. Ciuitatis præfecturam nobili viro Rosumo archistratego suo delegauit. Huius imperio tam ciues quam milites parère, huius arbitrio omnes obtemperare iussit. Aucto autem militum numero, huc enim omnis fermè Gelriorum nobilitas confluxerat, quoniam confœderati exhausto iamdudum arario tantæ multitudini non erant soluendo, decreuerunt ciues grauib; subinde exactiõibus exugere, quin & violentum hoc militum genus non in ædes tantum, verumetiam, ad communem mensam admittere oportuit, nemine contra hæc vel mutire auso.

Transisulani iamdudum pertæsi tanquam Eurypi crebro recurrentis belli, turbata iterum à Gelriæ regione, cum viderent rursus bello sibi decernendum fore, tractato cum Antistite consilio, pensculatis diligenter omnibus, inuictissimo Imperatori Carolo communibus animis sese subdere deliberauerunt. Accitusq; Princeps Florentius Comes Burenfis, nomine Cæsareæ Maiestatis à Transisulanorum Repub. inauguratus est, accepta vnà cum Cæsareanis legibus libertate, fidei sacramentum vicissim stipulati sunt. Belli administratio Clarissimo viro  
Geor-

Georgio Schenck à Taudenburch, Cæsareæ Maiestatis apud Phrysijs vicario, demandata est. Is accepto exercitu gnauiter suo officio functurus, ne ignauia ocioue torperent milites, aliquot menses à bello feriat, mox speculam arctissime à Gelrijs munitam, quæ Campenorum ciuitati imminebat, totis exertis viribus oppugnauit, oppugnata vi cepit, iugulatis ad vnum omnibus. Erat proinde Castrense propugnaculum munitissimum inter Suuollanos atq; Campenos, vtrisque aditum occludens, istuc aduentante Georgio, rebus desperatis, facta extemplo deditio, sese tradidit. Nec multo post tempore mense Martio Hasselam obsidione cinxit, quam post bimestrem obsidionem tandem in deditioem accepit. Interea Gelrij coniunctis copijs, insignem arcem cui nomen est Horstum, obsederunt, quæ vix triduanam obsidionem sustinens, præfecti, vt quidam aiunt, dolo sese deditit. Hanc tamen arcem Gelrij demoliti sunt, lapidum acerruis ad Rhenorum oppidum deportatis. Hinc ad Emssam profectum est, arcem Amerfordiæ proximam, ea ne aduentum quidem, ne dicam impetum Gelriorum passa, repente se tradidit. Tanta erat Præfectorum perfidia. Capta sunt & minutiora aliquot castella, Dornum scilicet, Sconaudia, Mirha, Hamum, quæ sine magnis impensis postmodum Antistes in suam potestatem redegit.

Demum cum bellum præter opinionem protelaretur, atq; indices magis magisque incrudesceret, ratus se viribus ac neruis bellicis inferiorem fore Antistes, cum Imperialis aulæ proceribus magno consilio tractare coepit, quid nam illi hac in re deliberandum, quid faciendum foret. Illi suadent non esse committendum, vt audax & inauditum facinus Traiectinis ac Gelrijs impunè cedat. Hoc malum non suo tantum capiti imminere, verum etiam finitimis vndiq; perniciem minitare. Quare non defuturos, aiunt, qui illi neruos belli suppeditent, tantum ipse fortem infractumq; agat principem. Hac spe animatus Antistes, continuo in Gelrios mouit, Batauiamq; depopulatus est, non modica præda abacta. Insulam quoque Tielanam inuadit, vbi castellum Gelricum, fluuiolo, cui Lingæ nomen est, imminens, obiter oppugnauit, cumq; magnis vtrinque viribus & oppugnaretur, & à præfecto Otthone Scerpenzelio, defenderetur, vt tandem captum, ad vnum omnibus cum præfecto interemptis. Interim rigente bruma, cum milites in hyberna sese reciperent, non nihil à rapinis & sanguinario ludo cessatum est.

Sub vernum tempus, cum mitius cœlum iam dudum ad bella pelleret, Gelrius versutijs ac technis tanquam Mauors ille Homericus sua panoplia armatus, haud ambiguus coniecturis ratus, quid in se & in Traiectinos Cæsareæ aulæ proceres clanculo machinarentur, coadunato peditum exercitu, opulentissimum totius Hollandiæ pagum Comithagam populabundus inuasit, anno vigesimo octauo, nonis Martij Magnam hinc auri, argenti, atq; preciosissimæ suppellectilis vim abstulit. Difficile dictum est, quanta isthinc præda, quam opulenta spolia abducta. Nemo tamen

ex augustissimo Senatorum ordine, pauci ex ciuibus à Gelrijs intercepti sunt. Tanta siquidem auiditate prædæ incubuere, vt omnibus latissimæ fugæ via patuerit. Audacissimi huius facinoris authores atq; duces extiterunt, ex Confœderatis D. Iohannes Huchtenbrochus, Lubertus Vualius, Iodocus Eickius, Michael pistor & alij non nulli factiosorum coryphæi ad quoduis facinus paratissimi. Istis Comithagæ omnia passim tanquam fornicibus spe prædæ arrodentibus, & abstrusiora quæq; scrutantibus, D. Marcus Vuesius, quem Confœderatorum choragum diximus, Christophoro Vuesio fratri epistolam scripsit, dentatis subinde dieterijs scaturientem, ex qua profecto & reliqua tanti viri pro sua factione studia conijcere licet. Grammatophorus cui hanc perferendi prouincia demandata erat, à Vuordenorum præfecto interceptus, cum nihil literarum se ferre testaretur, atq; id ipsum conceptis verbis iterum atq; iterum iuraret iussus nudari, hanc tandem epistolam vestium appendici insutam prodidit. Ea postea Delphos vbi comicia erant principum, deportata, multis tum mali suspicionem, tum calumniandi ansam præbuisse visa est. Citat enim nominatim quibus parcendum, & in quos potissimum sæuiendum sit, Deplorat & ipse suam fortunam, taciteq; stomachatur in Marescallum Rossimum, quod vir Ecclesiasticus, scilicet, ab hac prædandi spe, contra pollicitationem seclusus sit. Siquidem erat iam pridem inter eos decretum, vt & ipse gregiorum militum cohorti admixtus, in Comithaga raræ victoriae tropheum statueret, Adeo non pudet Ecclesiasticos, imò Lymphaticos ad hunc insanire modum.

Hæc iniuria, atq; inopina calamitas, non Hollandos tantum, at Brabantos, Zelandos, Morinos, Picardos, Hannonios, Phrysijs, & vniuersos denique Cæsarianos grauitè affecit, turbauitque. Hanc notam sibi iniustam cuncti ægerrimè tulere. Quare moti ob repentinam suam tanquam æstro perciti, non modo Gelrios, sed maximè Traiectinos, huius mali incentores, totis exertis viribus adoriri parant. Nactos se iam occasionem arbitrati sunt, quo sese de Traiectinis semel ulsciscantur, quorum animus perpetuo in Gelrios propensior fuerit, quàm in Cæsareanos: Interea dum isti res bellicas apparant, dum cogunt exercitum, dum stipendiorum summam adnumerant, Gelrius haud quaquam sui dissimilis, eos milites qui apud Antistitem Dorestati erant, veteri arte in nassam pellexit. Erant enim Dorestati peditum manipuli duo, equites ducenti. Istis in minoribus quæ diximus, castellis expugnandis iam dudum occupatis, Gelrius subornauit impostorem, qui signo ac vestis genere, Cæsareæ Maieft. tabellionem ementiretur, huic addidit comitem, quo maior illi fides adhiberetur sacerdotem quendam. Ad huiusmodi quippe facinorosa hoc hominum genere hodie abutuntur plerique vt qui olim pacis præcones, nunc prodicionis conciliatores fiant. Personatis histrionibus, commentitiam epistolam in manus tradidit, qua Antistitem commonefacit, vt confestim vniuersum suum exercitum ad se Dorestatum conuocet, præsto enim esse duo millia Cæsareanorum militum, superiorem Batauiæ partem

partem adoriri parata. Quare seriò hortatur, vigilanter operam dare, vt quàm primum exoriri viderit apud Batauos, incendij flammam, quod aduentus signum ac tessera foret, suos iuberet ad vnum omnes transmisso Rheno, ad se aduolare, quò coniunctis copijs, licentius omnem liceat Batauiam pro voto populari. Antistes vt est nimium credulus, & ab omni prorsus doli suspicione alienus, impostoribus fidem habuit, conuocatumq; exercitum iussit sese curare, vt expediti, dato signo, sine mora transfretare possent. Gelrius qui omnem clanculò exercitum in ea loca deduxerat, vbi in insidijs commodè delitescere possint, sub vesperam signum dare iubet, exortaq; incendij flamma, Dorestatanos, nihil mali suspicantes exciuit. Qui cùm certatim transmisso Rheno in locum designatum venissent, insidijs circumuenti, vniuersi aut trucidati sunt aut intercepti, paucissimis fugâ delapsis.

Post hæc Cæsareani, coacto vndiq; exercitu, quatuor millia peditum in aggere Vartano confedere iusserunt, quibus mandatum est sedulò aduigilare, ne qua via Traiectinis com meatus importarentur, neue eruptione aliquando facta Hollandos rursus inuaderent. Reliquum exercitum in Brabantia apud Busciducenses statuerunt, qui Gelrios à Brabantis propellerent. Interim Florentius Comes Burensis, cui à Cæsarea Maiestate totius belli summa demandata erat, bombardas, arietes, vineas, pluteos, scallas, secures, phalaricas, harpagones, ligones, & reliqua id genus belli instrumenta apparare cœpit. Quarum rerum tantam coëgit copiam, vt nunquam tam ingens, tamq; violenta tormentorum bellicorum vis hisce in regionibus visa sit. Exactis igitur hoc in negotio duobus fermè mensibus, assumpto exercitu Brabantico, mense Maio in Vardam applicuit, vbi lustrato omni tam peditum quàm equitum exercitu, relictis duobus in Varda peditum manipulis, properè Amorsfordiam ad Antistitem Henricum profectus est, communicatoq; cum illo consilio, arcem munitissimam Emissam postridie obsidione cinxit, quam die tertia valida militum manu expugnauit. Hinc cum omni exercitu ad Hattumum Gelriæ oppidum, flumini cui Isulæ nomen est, imminens, mouit. Ad huius obsidionem Clarissimus vir Georgius Schenck cum exercitu Transisulano, transmissis flumine se quoq; contulit. Oppidulo Hattumo adhærebat arx, totius Gelriæ nominatissima, adeo valido murorum ambitu cincta, vt à multis inexpugnabilis diceretur. Hanc vbi tormentis bellicis vndiq; pulsassent, Cæsareani impetu facto oppugnauerunt. Quibus cùm hi qui in arce erant, fortiter resisterent, spe sua frustrati ab oppugnatione repulsi sunt, quingentis fermè ex suis interemptis. Die altero cum Cæsareani ad oppugnationem arcis expeditius sese rursus accingerent, bombardisq; muros quaterent, Hattomi veriti sese viribus tandem inferiores fore, neq; succedaneis oppugnationibus posse tandem resistere, sese dederunt. Hæc res præter multorum opinionem, ingentem Gelrijs metum incussit, adeò vt hi qui in castello erant modis omnibus munitissimo, cui Altena nomen est, prope Dauentriam soli metu perculsi, atq; propemodum exanimati, exusto

exusto castello aufugerent, nemine persequente, quæ res Dauentrianos magno metu soluit, adeò vt ex seruitute sese in libertatem denuo esse vocatos arbitrarentur, tantam violentiam à militibus Altenaijs perpessi erant. Proinde & qui in arce erant prope Nerdenum cui Hulkenstenum nomen est, incensa arce, fugam nullo urgente iniere. Tantum omnibus metum & Hattomæ arcis expugnatio, & Comitis Florentij præsentia incusserat, vt non abs re mihi dixisse videatur, qui dixit se malle ceruorum agmen duce Leone, quàm Leonum ceruo duce. Post hoc comes dispositis Hattumi diligenter omnibus, vniuersam exercitus vim, ad alterum Gelriæ oppidum, Oceano Septentrionali adiacens, cui Harderuicum nomen est, applicuit, quod vix quatuordecim dierum obsidionem sustinens, sese in manus Comitis omnibus saluis tradidit, die videlicet vltima mensis Iunij. Est & alterum Gelriæ oppidulum, Harderuico vicinum, quod Elburga dicitur, hoc antequam ad Harderuicum exercitus moueretur, vltro sese dedit. Tanta erat fama mansuetudinis ac benignitatis principis Florentij, quem omnibus verè didicisse constabat, parcere subiectis & debellare superbos.

Interea Godefridus Vornius cum Antistite qui Amorsfordiæ trecentos equites in omnem euentum paratos habebat, tractare cœpit, illiq; suggerere, se iam dudum inuenisse viam, qua sine magnis adeò impensis Traiectinorum ciuitatem, liceret in Antistitis potestatem redigere: Esse enim in Traiectinorum suburbio quod vulgò Vuerdam vocant, viros aliquot quibus turò fidere posset, qui suam hac in re operam strenuè nauare parati sint, modò equitum peditumq; exercitus illi pareant. Hoc cum Antistiti summo opere probaretur, Vornius acceptis equitibus qui Amorsfordiæ erant, aduocatisq; duobus peditum manipulis qui in aggere Vardano confedebant, quibus D. Gulielmus Turca præfectus erat, exposito quidnam in animo decreuisset, prima die mensis Iulij, sub ipsam auroram ad Traiectinorum ciuitatem clanculò admouentes, sub virgultis atq; segetibus, in insidijs delituerunt. Suburbani verò Vuerdeni, qui Antistiti operam suam hac in re sponderant, eius portæ custodi sub attestatione sacramenti ante aliquot dies rem omnem indicarant, atq; machinationis suæ seriem omnem patefecerant. Itaq; inclarescente iam die cum Turca ac Vornius milites aliquot ex latibulis ad portas pedetentim ire præcepissent, atq; subinde plures mitterent. Gelrij qui in superiori portæ loco erant, vbi viderunt ignotos aduentare milites, portario acclamauere, vt sine mora portas seris occluderet, Qui cum responderet, vt erat pridie edoctus, nihil esse periculi, ex Gelrijs hosce esse milites, atq; ipsos adeo qui prædandi causa sub ipsam noctem erant egressi, illiq; imperiosius etiam cum minis urgere niterentur, vt portas obseraret, vnus ex Vuerdenis mota manu, aduentantes Antistitis milites quàm ocysimè omnes ad portam aduolare iussit. Istis itaq; certatim in portas prorumpentibus, & aliquot iam ciuitatem etiamnum ingressis, Gelrij qui in superioribus portæ locis manebant, ingentem ligneam cratem, quæ inter duos muros portæ adhæret, sublata

## VLTRAIECTINA.

rectè in terram dimiserunt. Hoc facto cum vtrisque & intromissis & introire festinantibus viam præclusissent, Vuerdeni atque aliquot etiam ex ciuibus huius facinoris conscij, securibus & ascijs, quas in hunc euentum parauerant, duas è crate trabes vtrinque præsciderunt, atq; eo modo ligneam cratem hastis & contis in sublime extollentes, equitibus ac reliquo perditum exercitui ingrediundi viam patefecerunt. Exorto ciuitatis clamore Gelrij & Confœderati tumultuante arma corripientes, hosti obuiam progressi sunt. Ancipiti, vtrinque Marte aliquandiu certatum est. Verum quoniam magna hostium vis iamdudum in ciuitatem irruperat, & bona ciuium pars ad eos quoq; descisceret, verentes Gelrij ne ab equitibus circumuenirentur, pedetentim terga dedere factaq; tandem eruptione è porta Telonaria fuga salutis suæ consulere. Quadraginta in eo conflictu ex Gelrij oppetierunt, inter quos erat vir bellicis artibus insignis Guilielmus Gentus, qui pridem in Bataua complures ex Dorostatanis sua manu iugularat: & alter quidam Gelrij militum tribunus, vulgò vocatus Dobbelsfeyn. Die altera Henricus dictus subulcus ex latibulis interceptus, in morem pecudum ab exulibus in frustra concisus est. Tantus erat exulum aduersus Confœderatos furor. Capti sunt autem ex Gelrij generosus D. Christophorus Comes de Mourfa, cui post Rossumum Traiectinæ ciuitatis præfectura obuenerat, D. Vualrauius Vuardenburgus, atque Doctor Guinandus Arnhemus, Gelrijæ ducis Consiliarius. Ex Confœderatis verò sexaginta capti referuntur, inter quos insigniores erant, ex Ecclesiasticis D. Georgius Solmius Decanus Basilicæ Diui Petri, M. Godefridus Campanus Canonicus S. Ioannis quondam Officialis (vt vocant) Traiectinus, D. Venradius, D. Iacobus Gentus, D. Iacobus Crollius, Canonici diuæ Mariæ D. Martinus Leuuenbergus, D. Ioannes Realis, Cathedralis Ecclesiæ Canonici, M. Arnoldus Amerongius, Canonicus Diui Petri. Ex nobilibus atque Patricijs, D. Ioannes Huchtenbrochus, eques auratus, Arnoldus Renessus de Vulnem, Ghisbertus de Ha, Ioannes Vuickus, Cornelius Martssennus Godfridus Regius prætor, Gerardus Feitus, Fridericus Rineueldius, Iacobus Verematus, Guilielmus Knyffus, Cornelius Roius. Ex plebeijs Iodocus Eickius Confœderatorum choragus, Cornelius Haccus, Iacobus Blomius, Nicolaus Pellio, Petrus vulgò dictus Bedueruereker, & alij nonnulli qui Confœderatorum factioni sese immiscuerant. Reliqui cum Gelrij aufugerunt, Vniuersa proinde Confœderatorum bona, ædes atque possessiunculæ militibus in prædam datæ sunt. Opimus hinc prouentus & militum prædæ, & Antistitis fisco accreuit, omnibus affatim ditatis. Istis itaque rerum potitis, Gelrij qui à Traiectinis profugerant, ubi ad Renorum vsque oppidum excurrissent, suamq; Tragœdiam commilitonibus, qui Reni erant denarrassent, territi & ipsi conualatis protinus omnibus, pariter in Gelrijam relicto oppido demigrarunt. Atq; eo modo Renorum oppidum demum in Antistitis potestatem sine cæde cuiuspiam deuenit.

Post hæc Antistes Traiectum veniens, Comitem Florentium eò accessit, qui cum Præsuli quid nam illi hoc in negotio faciendum quid sit Reip. utile

utile foret, consulisset. Post quadriduum ad exercitum qui in Velua eius præstolabatur aduentum, reuersus est. Ipsis itaque Idibus Iulij Antistes quinque ex Confœderatis scilicet Godefridum Regium prætorem Traiectinæ ciuitatis Gisbertum de Ha, Cornelium Hackum, Iacobum Blomium & Nicolaum Pellionem capite plecti iussit. Die item altera 17. scilicet Kalend. Augusti, Loesdrechenus quidam, transfuga patibulo in medio ciuitatis affixus est, 12. proinde Kalend. Augusti septem ex confœderatis decollati sunt, scilicet Ioannes de VVick, Cornelius de Martssen, Gerardus Feitus, Goilielmus Knyff, Iodocus. Eickius Petrus Bedueruuercker, atque Cornelius Koius,

Proinde & duos ex ecclesiasticis quos Dorestatum iam pridem vixerat, scilicet M. Godefridum, quem diximus officialem, & Venradium, culleo insutos Neptuno litauit, prima videlicet die Octobris sub noctem. Reliqui qui aut Traiecti aut Dorestati ex confœderatis captiui detinebantur, ex pacis confœderatione absoluti sunt.

Interea (vbi comes Florentius frustra Tielam Gelriæ oppidum obfidione tentasset) comitia principum Gorichi habita sunt, vbi solida pax inter Augustissimum Cæsarem Carolum & Gelriæ ducem, atque ipsos deniq; Traiectinos, mediocribus conditionibus firmata est, restitutis Gelrio oppidis, quæ illi iam dudum comes ademerat, & vicissim promittente se mortuo sine hæredibus, omnes ditiones suas in Domus Burgundicæ potestatem fore.

Soluto autem Gorichi Principum conuentu, comes Hogenstratanus, Cæsareæ Maiest. apud Hollandos Vicarium, cum suis sese Traiectum contulit. Vbi cum nouis magistratum auspicijs ex more instituisset, ciues omnes (posteaquam Henricus Antistes ipsos à sacramento quod ei iam pridem præstiterant, absoluisset) in Cæsaris verba iurare compulsi: ac ne seditiosis tumultibus vt antea Rempublicam turbarent, ceruicibus eorum Arcem imposuit, cui à Pace nomen dedit. Ipseq; Cæsareæ Maiestatis nomine, à Traiectinis inauguratus est. Atque eo modo ordinatis diligenter omnibus, bonam militum partem exauctoratam missam fecit, pacem depredicauit, ciuesque in quiete agere iussit.

Henrico episcopo in patriam reuerso, vbi VVormatiensem & Frisingensem ecclesiam deinceps rexit: Caroli V. autoritate, VVilelmus de Enchuordia Cardinalis & episcopus Dertusensis in Hispania absens, episcopi Traiectini titulo ornatus est, cui Gregorius comes Egmondanus anno 1535. successit. Hunc Fridericus, Georgij Schenckij à Tautenburg. filius, anno 1560. secutus est. Eodem anno in hanc lucem primum editi sunt V L R I C V S dux Megapol. Alberti filius, die 5. Martij, H. 2. M. 35. & M A X I M I L I A N V S II. postea Romanorum Imp. die 2. Augusti, cum ante semestre pater Ferdinandus Boemiæ Rex die Matthiæ coronatus fuisset (Te CeChl Insignl exornant FerDnanDe corona Regni

at sVCCeffor post tibi nat Vs erat) & PHILIPPVS Caroli V. Imp. filius, die 21. Maij, cum paulò ante CLEMENS VII, pontifex, rupta fide Cæsareanis superiore anno data, denuò se ad Gallorum & Venetorum, maritimis & terrestribus copijs regnum Neapolitanum oppugnantium, foedus adiungit: Quare exercitus Cæsareanus, ex Germanis à Georgio Fronsbergo recens in Italiam ductis, & veteranis Hispanorum cohortibus, constans; duce Carolo Borbonio, ad defensionem regni Neapolitani proficiscens, urbem Romam die 6. Maij de improviso adortus capit, & nullum in ea vrbe diripienda & deprædanda, immanis petulantia & libidinis exemplum prætermittens, totos ferè decem menses in ea grassatus est.

Pontifex dedita Cæsareanis arce Angelica, & omnibus suæ ditionis urbibus, mense Decembri demum, iubente Cæsare, ex custodia dimissus, & in integrum restitutus est cum Gallia rex, Anglo foederatus, exercitum Odeho Foixio Lautrechio duce, ad liberandum Pontificem, & regnum Neapolitanum denuò inuadendum, in Italiam misisset, & iam Regium Lepidi vsq; progressus esset.

Conditiones & historiam liberati ex carcere arcis Angelicæ, Pontificis; Italicus scriptor Fr. Guicciardinus, his verbis exponit. Tandem vltima die Octobris, post multam agitationem Romæ concordia cum Heteriarcha, & Serenonio, Vgonis, proregis Neapolitani, qui post ratam habuit, nomine, in hunc modum est contracta; ne Pontifex Cæsari in Mediolanensibus & Neapolitanis rebus aduersaretur: pecuniam in Hispania sacri belli causa collectam, quam Cruciatum vocant, & sacrorum vectigalium, in omnibus ipsius regnis decumas Cæsari concederet: fidei suæ pignora Pontifex, Ostiam & ciuitatem veterem, iam ante ab Andrea Auria relictas, Cæsaris potestati permetteret: eidemque ciuitatem castellanam traderet, in quam cum Marius Peruscius fisci procurator, occultissimo Pontificis, etsi contrarium simularet, mandato, eius arcem esset ingressus, Cæsareanos admittere recusarat: Foroliuiensem arcem pariter eidem traderet, & Hyppolitum Alexandrumque nepotes suos obsides daret; dum verò illi Parmam venirent, Pisanum, Triultium, & Galdium Cardinales, quos in regnum Neapolitanum duxerunt; Germanis statim sexaginta & septem, Hispanis triginta quinque millia aureorum illico persolueret; ea lege, vt eum cum omnibus Cardinalibus dimitterent: Ipse verò Roma & arce exiret, atque vbi Oruietum, Spoletum aut Perusiam in columnis peruenisset, liber diceretur; & quindecim diebus postquam Roma discelsisset, tantundem pecuniæ Germanis persolueret, reliquum verò deinde, quod cum prima pecunia, trium millium & quingentorum auri pondò excedebat, Germanis & Hispanis, parata portione intra menses tres repræsenteret: quæ vt facere posset Pontifex, quo se è carcere liberaret, ad ea remedia decurrit, ad quæ, ne custodiæ traderetur, confugere noluerat, nimirum, vt Cardinales pecunia crearet: nam aliquot tanto honore indignos precio creauit; in reliquam summam decumas in regno Neapoli-

Neapolitano, & ecclesiæ bona abalienandi facultatem concessit; ita vt Christi vicario concedente (tam profunda sunt diuina iudicia) ea quæ diuino cultui erant consecrata, ad Hæreticorum vsum & alimenta conuerterentur, quibus rationibus cum solutionem suis temporibus constabiliuisset & confirmasset, Cesium & Vrsinum cardinales, quo magis militib; cautum esset, obsides dedit: qui à Cardinali columna Grotta ferratam ducti fuerunt. Cùmq; omnia transacta essent, constitutumq; vt nona die Decembris Hispani ipsum in tutum locum deducerent, ipse ob infestum in se, vt exploratum habebat, Vgonis animum & quamuis aliam ob causam, quæ impedimento esse posset, aliquam mutationem metuens; prioris noctis initio, clam mercatoris more indutus, arce egressus, à Ludoico Gonzaga Cæsaris milite, qui ipsum in Pratis, cum magna sclopetariorum cohorte expectabat, Monteflascionem vsq; deductus fuit, vbi peditatu ferè omni dimisso, Ludoicus ipse, eum Oruietum, quam ciuitatem noctu sine vilo Cardinalium comitatu est ingressus, deduxit.

Est autem hoc exemplum certè memorabile, & cui simile fortasse nunquam ab eo tempore, quo ecclesia Romana potentiam est adepta, fuit: vt pontifex de tantæ potentia & venerationis deiectus gradu, Romam amissa, & omni imperio in hostium potestatem redacto, in carcere custodiretur: idemq; paucorum mensium spacio, in libertatem, & amissum Imperium restitutus, breuissimo tempore in pristinam amplitudinem potentiamq; rediret: tanta fuit pontificatus apud Christianos principes maiestas, atq; apud omnes veneratio.

Ezardus, Frisiam orientalis comes, Vlrici filius, princeps ingenio, magnitudine animi, industria, & rebus gestis præstans, qui arces Stichausen & Fredeburg ditioni suæ adiecit, & nouem annos vrbs Groningæ; & Butia-  
darum dominus fuit è vita emigravit, relictis ex Elisabetha, Ioannis Ritber-  
gensis comitis filia, Ottonis sorore quatuor filiabus, & duobus filijs, E-  
NONE, qui in gubernatione patri successit, & Ioanne, qui Caroli Cæsaris auspicijs in Belgico militans, Valkenburgensis provincie præfectus fuit, primogenitus verò Ezardi Vlricus, qui aliquot annos Caroli Cæsaris auxilium secutus est, ante patrem vitam excessit.

1528.

ab 1506.

1514.

Henricus Dux Brunsvicensis, Caroli Cæsaris stipendijs conductus, vt nutantem in Italia Cæsarearum partium fortunam nouis copiarum viribus confirmaret, & obsessis Neapoli, ab Odetto Foixio Lautrecho Gallorum duce, Cæsareanis, opem ferret; viginti signa peditum, & sexcentos equites, mense Maio in Italiam duxit, cuius aduentu cognito, Antonius Leua, qui Mediolanum nomine cæsaris tuebatur, trans Abduam ad eius colloquium venit: eumq; quod itinera Neapolim versus impedita ab hostibus tenerentur, ad Laudem Pompeiam oppugnandam 20. Iunij deduxit. Qua tormentis, quæ simul aduexerat, verberata, & aliquot imprefionibus irritò conatu factis, cum stipendia militibus soluere Antonius Le-

## NEAPOLIS OBSESSA.

ua recusaret, & iam lues pestilens in ipsius legiones atrociter grassari inciperet; hortante etiam & instigante Antonio Leua, qui collegam potentiorum locum Imperij & rapinarum apud se retinere nollet, rebus infectis, & magnam bellici apparatus partem, & equos, intumescens vngulis relinquens, exiguæ precio diuendens, in Saxoniam redijt. Cùm in Italia inter ceteros duces ASCANIVM à CRamm cui librum de Vitæ genere Militari an Deo placeat? Lutherus dedicauit: lue extinctum reliquisset,

Cæsareani interea, Neapoli, exeunte Aprili terra mariq; à Gallis obsideri cœpti, etsi à Philippino Auria nauali prælio ad Capreas victi, præcipuis ducibus, Prorege Vgone Moncada, & Cæsare Feramusca cæsis, & Alfonso Vastio, Ascanio & Camillo Columnis, Gobbo, Serenonio &c. captis, planè de successu defensionis pleriq; mortales desperarent: tamen Philiberti principis Auraniæ virtute, ac DEO imprimis pro Cæsare pugnante, & pestilenti lue Gallicum exercitum & ipsum Lautrechum die 16. Augusti absumente, illustrem victoriam, gloriose defensa Neapoli, & toto regno recuperato, adepti sunt, quam Andreæ Auria etiam à rege Gallorum ad Cæsarem defectio & comætuum importatio permessa, adiuuit, qui paulò post Genuam quoq; patriam suam, Gallicæ classis Sauonam secedentis negligentia, ex Gallorum regis potestate liberatam, Cæsaris patrocínio subiecit.

Sic mirabiliter DEUS, Carolum ad quem opprimendum toties summa ferè totius Europæ potentia conspirauerat (nam & illius anni initio; Gallia & Angliæ reges denuò ei bellum per feciales denunciarant) protexit, & non solum in Neapolitano regno, sed Insubria etiam, nouum Gallorum exercitum Francisco Burbonio, S. Pauli comite ab Antonio Leua capto, deleuit, & rebus Gallorum prorsus in Italia fractis & deletis, pacem vtrò & supplices, Papa, Gallus, dux Mediolanensis, & huic confœderati Veneti & Florentini optarunt; quæ sequenti anno petentibus plerisque data est.

Philippus Hafsia princeps, conspiracy cuiusdam, aduersus Ducem Saxonie electorem & ipsum propter Lutheri causam à quibusdam Principibus Vratislaviae per legatos factæ, famâ commotus, exercitum conscripsit: eumq; edito coniurationis exemplo, in oram Franconia duxit, bellum cum episcopis vicinis, Moguntino, VVurtzburgensi & Bambergensi gesturus, nisi promitterent, nihil se aduersus ipsum & electorem moturos esse. Cùm autem, & episcopi illi, & Georgius Dux Saxonie, Hessi socer, & alij Principes conspiracy insimulati, publicis scriptis se excusarent, & commentitium fœderis illius Diploma esse affirmarent; cunctantius progredi cœpit Landgravius: & interuentu Richardi Treuiri & Ludouici Palatini, conditiones pacis vtrinque acceptæ sunt. Saxonie dux, vt ostenderet nihil se aliud quam pacem voluisse, etsi paratus erat, & tot iniurijs irritatus, ne stipendium quidem in conditionibus flagitauit. Landgravius verò egentior, 60000 à Moguntino 40000, à VVurtzburgensi, 20000 à Bambergensi in belli impensas accepit. Otto à P A C K, Iuris doctor, Georgij Saxo-

Saxonix ducis consiliarius, qui exemplum commentitij fœderis Landgrauio exhibuerat, & se archetypum vidisse asseuerarat, cum ad causam dicendam apud multorum principum legatos, qui in Hassiam, eius rei gratia missi erant, sisteretur: probare indicium a se factum idoneis documentis non potuit. Sed tamen non prorsus de nihilo fuisse hoc indicium multi iudicarunt. ac in his Lutherus etiam, aliquot aduersus ducem Georgium libellis editis, eius meminit, ac totus de arcanis & furto sublatis literis Lutheri liber, quem Tom. XII. operum illius VVitebergæ inseruerunt, occasione priuatæ cuiusdam epistolæ Lutheri ad VVenceslaum Lyncium de hoc fœdere scriptæ, natus est. Quæ ad Georgium Saxonix ducem perlata, is ad electorem Saxonix Ioannem eam mittit, & quæstionem in Lutherum decerni postulat & literas valdè minaces addit. Sic Maxima de nihilo historia hoc anno nata est. cuius vt argumentum legentibus illos Lutheri libros *πολεμικὸς* notum sit: exemplum epistolæ Lutheri, ad VVenceslaum Lyncum, ecclesiasten Noribergensem, satis violenter scriptæ, adiungo.

Gratiam & pacem &c. Fœdus istud principum impiorum, quod ipsi negant, vides quantos motus mouerit. Sed ego Ducis Georgij frigidissimam excusationem ferè pro confessione interpretor: Sed negent, exculent, fingant, refingant, ego sciens scio, non esse fœdus istud merum nihil: aut Chimæram: licet monstrum sit monstruosum satis. Deinde orbis nouit, illos animo, facto, edicto, studio pertinacissimo hætenus talia publicè tentasse & fecisse, & adhuc facere: Extinctum enim volunt Euangelium. Sed quid hæc ad te? qui absque dubio certus de his omnibus es tantum vt scias, neq; nos istis credere impijs, licet pacem offeramus, optemus, demus, Deus confundet, istū *μωυβόλατον μωυρον*, Qui sicut Moab, plus audet, quàm possit: & non secundum vires suas superbit, sicut semper fecit. Orabimus contra istos homicidas, atq; hætenus sit eis indultum, si denuò aliquid moliti fuerint, orabimus Deum. Deinde monebimus principes, vt absque misericordia perdantur, quandoquidem sanguisugæ insatiabiles quiescere nolunt, nisi Germaniam sanguine madere sentiant.

Nos iam in Prophetis vernaculæ donandis sudamus. Deus, Quantum & quàm molestum opus, Hebraicos scriptores, cogere Germanicè loqui, quàm resistunt, hebraicitatem suam relinquere nolunt, & barbariem germanicam imitari, tanq; si Philomela cuculum cogatur, deserta elegantissima melodia vnisonam illius vocem detestans, imitari. Vale & ora pro nobis, Dominica post Barnabæ. M. D. XXVIII. Huius epistolæ patrocinium planè Rhetoricum suscepit Lutherus in eo quem dixi libro, de literis arcanis furto sublatis, aduersus Georgium Saxonix ducem edito.

Henricus Angliæ Rex interea, de Catharina vxore, Caroli matertera, ex qua heredem masculum rex nullum suscipiebat, dimittenda cogitabat, conscientiam prætexens, quod incestam cum fratris vxore consuetudinem tot annos habuisset. Ideoq; id matrimoniū irritum pronuciari à Clemente P. P. petebat. Ambianum etiam, Cardinalem Eboracensem, ad Francisci Gallix regis colloquium mittebat, qui de illius sorore secretò ageret.

M. D.  
XXVIII.

Consulebantur Academiae in tota Gallia & Italia, an cum fratris vxore contractum matrimonium dissoluendum esset. Pontifex vt moram interponeret, nec Caesarem denuo a se alienaret, negocium iure tractari volebat, ideoque Card. Campegium in Angliam misit, qui cum Cardinale Eboracense perpetuo Pontificis per Angliam legato, causam cognosceret, eiq; bullam decretalem, qua prius matrimonium irritum occultissimè declararat, cum huiusmodi mandato dederat, vt ea regi & Eboracensi ostensa, diceret, se finito iudiciali processu, quem in tanta rei magnitudine & infamia, si secus quam iure ageret, ad se redundatura, omnino praecedere oporteat; eam promulgandi potestatem habere. Hac enim ratione eos pacatiore animo iudicij moram toleraturos rebatur. Mandauerat autem P. P. vt iudicium quantum posset protraheret, nec bullam illam, nisi a se denuo iuberetur, traderet.

Inchoato in Anglia iudiciali processu, Catharina, ab Eboracense, leuissimo homine, ad ipsum Pontificem se prouocare ostendit, & Caesar apud Clementem instat, vt Romae causam ipse cognosceret. Clemens diploma, quo irritum matrimonium declarat, Campegium non promulgare, sed igni statim tradere iubet, & causam ad se reuocat. Eboracensis, cum regem puellae nobili in Gyneceo oculum adiecisse sagaciter animaduertisset, occultè literis & nuncijs Clementem monet, vt diuortij iudicium extrahat. Henricus cognito Pontificis de bulla decretali cremanda mandato; & clandestinis Eboracensis molitionibus ex legato quem Romae habebat, perspectis; concepta indignatione, ex summo dignitatis & opum fastigio illum deiectum, Eboraci viuere, ac postea inde captiuum duci Londinum iubet. Vbi in itinere, animi mœrore, & supplicij imminentis metu, vel hausto sponte veneno extinctus est, exemplo illustri confirmans, aulicos regum ministros, calculis arithmeticis similes esse, qui pro collocantis principis arbitrio, alias centum millia, alias vix teruncium valeant.

Cum autem definitio causae in Romana curia diutius differretur: Rex non expectato Clementis iudicio, per speciem Iuris, a nouo Cantuariensi episcopo, Thoma Crammero, quem Guilelmo V Varamo, Erasmi patrono, recens Rex substituerat, & Stephano Vintoniensi, reginam aliquoties citari, & non comparentem subito lata diuortij sententia, a se seiungi curans, ANNAM, filiam Thomae Bulleyne, vicecomitis Richefordiae ex Gyneceo duxit, ex qua Elisabetham filiam nostra aetate regnantem procreauit. Verum ad tempora, quae in manibus sunt, in Saxoniam redeo, in qua Erico Duci Brunsvicensi & Elisabethae, Ioachimi I. Brandeb. natae, filius ERICVS junior, die Laurentij: & Alberto Duci Megapolitano filius Georgius die 22. Febr. H. I. M. 20, nati sunt, Bremæ Schola publica in cœnobio Dominicano inchoata est.

M. D. XXIX.

Ducum Pomeraniae cum marchionibus controuersiae tandem compositae sunt. Etsi enim Georgius Saxoniae dux, Henricus Megapolitanus, & Brunsvicensis, conuentum ea de causa Iutterboci instituerant: & Ferdinandus postea Pragam, & iterum Ratisbonam, partes euocabat: tamen ir-

ritae

ritæ actiones omnes fuerunt, donec intercessoribus Erico & Henrico Ducibus Brunsvicensibus, Grimnicij sic transactum fuit, Ne Marchio vel ipsius hæredes vlla ratione deinceps, Pomeraniæ Duces, feudi collationem à Cæsare petentes, aut sessionem in Senatu imperij competentem occupantes, impediunt. Vicissim vt de successione in Pomeraniæ ducatu vacante, Marchioni certius cautum sit, licere ei, quotiescunq; Imp. Ducibus Pomeraniæ feudum conferet, in signum simultaneæ Investituræ, vexillum vnâ præhendere. Præterea quotiescunq; Ducibus Pomeraniæ Homagium à subditis præstatur, adesse semper Brandeburgicos consiliarios debere, quibus nomine Marchionis, promittant Pomeraniæ ordines, si Ducum Pomeraniæ posteritas mascula extingatur, se Electori Brandeburgico, tanquam vero & hæreditario domino parere velle. Pro Margaritæ Friderici II. el. Br. filiæ, Ducis Bugslai coniugis dote, & bonis mobilibus, 50000 fl. dux Georgius soluat, & electoris marchionis Ioachimi filiam Margaritam, cum dote 20000, in vxorem accipiat. Sic æterna pax & amicitia inter Marchiones & Pomeranos sancta sit. Hanc conuentionem Carolus V. Imp. postea confirmauit, quæ huc vsq; seruata est.

Ernestus dux Luneburgensis, SOPHIAM, Henrici ducis Megapolitani filiam in matrimonium ducit ex qua Franciscus Otto, Fridericus, Henricus, & V Vilhelmus nostro tempore patriam gubernans, & sex filiæ nate sunt. Otto Henricus palatinus Ruperti filius, Susannam Bauaram, Casimiri Brandeb. relictam viduam, coniugem sibi iunxit 16, Octobris.

Franciscus MINDÆ episcopus, Dux Brunsvicensis, apud fratrem Henricum, in Guelforum arce decessit 29. Nouembris. Quo adhuc viuente, Albertus Niseus, aliquot annis, puram euangelij doctrinam, modestè & sedatè, in templo D. Mariæ, Mindæ docuerat, nec in externis ritibus vsitatis quidquam mutarat. Mortuo autem episcopo, triginta ex ciuibus delecti, Nicolaum Cragium ex vicino Erici comitis Hoiensis oppido Stoltena, ad ecclesiæ constitutionem euocant. Is Zelum veræ Religionis ardentem præse ferens, in omnibus templis, Cathedrali excepto, docet, & veteres ritus vbiq; subito abolet, & in Canonicos ac Monachos, omnibus concionibus ex suggesto fulgurat & fulminat. Qua subita mutatione, & concionum nouarum acerbitate, & populi concitati fremitu & minis, Canonici territi ex vrbe fugiunt, & in Cameræ iudicio vrbem accusant, eoq; rem post aliquot annos deducunt, vt Imperiali Banno Mindenses subijcerentur.

Cùm autem Nicolaum Cragium omnia immoderatè agentem Senatus ipse tandem eijceret: de consilio Vrbanus Regij GERARDUS Omichius eò vocatus & paulò post Vrbanus ipse aliquandiu in ea ecclesia docuit.

In Vere, comitia Spiræ frequētissima habita sunt, in quib, superioris conuentus Spirensis decretū, vt in causa religionis ita se gerat singuli ordines, vt DEO & Cæsareæ Maiestati rationē reddere possint, abrogatū est & Vormariense editum de religione, qui hætenus seruassent deinceps etiā seruare: Cinglia-

1535.

1526.

M.D.,XXIX.

Cinglianam doctrinam pariter abominari; Missam retinere; cæteri qui mutassent, nihil innouare vsq; ad concilium, nec plures sibi adiungere iubebantur. Huic Edicto Saxonix Dux elector Ioannes, Georgius Brandenburgicus, Philippus Landgravius Hafsix, & alij principes Protestationem solennem opposuerunt, Vnde PROTESTANTIVM status multis annis appellati sunt.

Dum hæc comitia celebrantur, Ioannes Cepusiensis Transylvanix Palatinus quem à parte procerum, Vngariæ regem electum, & à Ferdinandi copijs profligatum, in Pannoniam aufugisse supra diximus, cum ad Solymannj Turcici Imp. patrocinium confugisset, ac, si armis illius in Vngariam restitueretur, se ipsius clientem & beneficiarium fidelem fore, & tributum annuum de Vngaria in recognitionem Dominij soluturum esse promisisset: patrocinium à Turcis petatum, vberius & maius, quam sperarat, obtinuit. Solymannus enim ipse, cum ingentibus copijs, eum in Vngariam reduxit, ac Budæ regem constituit. Inde in Austriam progressus, Viennam Idibus Septembris obsidione cinxit, ac ingenti terrore vniuersam Germaniam compleuit. Sed defendente Viennam strenuè Philippo Palatino, Ruperti filio, & nouis Imperij exercitibus in Austriam descendentibus Turca medio Octobri obsidione soluta in Thraciam redijt.

V Vildeshufium, oppidum V Westphaliæ ad Huntam fl. collegio ecclesiæ à V Vigberto V Videkindi magni filio fundatæ, & illius sepulchro insigne; Fridericus Monasteriensis episcopus, ob nescio quam rebellionem, Consule capitis supplicio affecto, & muris ac munitioibus oppidi omnibus dirutis, in pagi formam redegit.

In extremis V Westphaliæ finibus, Transifulana prouincia, cuius Dauentria, Suolla & Campi, vrbes præcipuæ sunt; Traiectensi diocesi prius coniuncta, cum defensionem ab episcopo aduersus Geldrum hostem vicinum & perpetuis bellis finitimos infestantem habere non posset, superiore anno, Cæsari Carolo, Belgarum principi se subiecerat. Transifulanorum exemplum, Carolo Geldrò à Burgundis victo & Vltraiectina diocesi ad domus Burgundicæ ditionum societatem aggregata; hoc anno Groningensis etiam Frisix vrbs pulcherrima (quæ Geldrum patronum aliquot annos agnouerat) cum agro adiacente, & Trenta ac Duenta regiones, secutæ sunt. Ita septendecim prouincias, in vnum Belgici Imperij corpus coagmentatas, Carolus coniunxit, Brabantiam, Luxenburgum, Limburgum & cohærentes vltra Mosam regiones, Flandriam & Artesiam, Hannoniam, Namurcum, Mechliniam, Hollandiam, Selandiam, Frisiam, Vltraiectum, Transifulanam, Groningam, Insulas, Valencenas, Tornacum & quæ postremò his accessit, GELDRIAM. In his Flandria & Artesia Gallix regis Dominium supremum antea agnoscebant, Sed pace cum Gallo, hac ætate, Cameraci, die 7. Augusti facta, Franciscus Gallix rex omni iure, quod in Flandriam, Artesiam, Tornacum & alia quadam loca habue-

habuerat, Carolo cecit, ac, vt filios obsides ex Hispania reciperet vicies centum millia aureorum Carolo persoluit. Burbonio defuncto honorem, & hæredibus illius, ac Philiberto Aurania duci bona publicata se redditurum promittit.

Carolus, cum Gallo & Pontifice pace facta, Genuam in Italia die 12. Augusti appulit Bononiam initio Nouembris ad Pontificem venit vbi aliquot menses, de Italia, tot annorum bellis perturbata & adflicta, in pristinam tranquillitatem restituenda, & reducendis Florentiam Mediceis, & Francisco Sfortia in Ducatum Mediolanensem collocando, & Mutina ac Regio Lepidi Ferrariensi permittendo; & Venetorum cum Cæsare, ac religionis in Germania controuersijs componendis, & Caroli Imperatoris coronatione, actum est.

In Frisia orientali, ENNO, Ezardi filius Embdæ imperans, iam ab anno superiore, omnibus, Pontificios abusus taxantibus, Cinglianis, Anabaptistis & Lutheranis asylum Embdæ aperuerat: Hoc vero anno, cum reliquæ Frisix partes: Groningensis sub Carolo Geldriæ Duce: occidentalis sub Caroli V. Imp. præfecto Georgio Schenk à Tautenburg, satis tranquillæ essent; difficilibus bellis, hac occasione, primum implicatus est Bogo seu Boing ab Oldersum, Leueræ præfectus, qui V Vagrios, Ostringios, & Rustingios Frisios, comitis Embdensis auspicijs regebat, die 24. Aprilis ab Ennone defecit: & ditionem totam legitimæ hæredi MARIÆ, Edonis filix, quæ ex tribus sororibus iam sola superstes erat, restituit. ac vt defensionem aduersus vicinum Frisix comitem haberet, Caroli V. Imp. aulæ Burgundicæ, regionem illam, addicto tributo annuo tuendam subiecit. Cum igitur Enno fremens è vestigio collectis copijs, arcem Ieuerensem obsidere instituisset, literis Caroli V. Imp. minacibus territus à proposito desistit, & in vicinum Esensem dominum Baldasarum, Heronis Omkij & Irngardis Aldenburghensis filium, quem Burgundis inuisum esse sciebat, omnem iracundiæ suæ impetum conuertit ac V Vitmunda statim occupata, Esenam exeunte Iunio obsidet, quæ vsq; ad festum Michaëlis defensa, tandem à Baldasaro Ennoni dedita est.


Baldasarus exul ad Carolum Geldriæ ducem qui Groningam Frisix metropolin adhuc tenebat, confugit ac se ipsius & successorum illius clientem fidem perpetuo futurum esse ostendit, si ab eo, aduersus vicinum Frisix orientalis comitem, quem alioquin Geldrus oderat, in amissum patrium monium restituatur & defendatur. Geldrus cupidè conditionem accipit, & sequentibus annis aliquoties auxilia Baldasaro, comitis ditionem vastanti, adiungit, ac tandem misso Martino Rossemo Duce cum 4000. exercitu <sup>1533. 14. Octo.</sup> comitis Ennonis copias, quadruplo maiores, ad Iemmegam profligat, & cursum victoriæ vrgens, totam orientalem Frisiam peruagatus, munitissimam arcem Gretam seu Gretzilam occupat. Baldasarum in amissam ditionem restituit, & patrocinio suo deinceps defendit. Cumq; Groningensibus, <sup>1534. 20. Iann.</sup> ob negata sibi in Transmasana bellum gerenti, mensura 16000. amicorum stipendia petita Geldrus infensus esset: cum comite Ennone iam humiliato, cuius opera in Groningensibus vindicandis se vti posse sperabat, tolerabilibus conditionibus transegit, vt reddita Baldasaro V Vitmunda. Gretam reciperet, & Geldriæ ducis amicus esset. Sed nouam hanc Groningensis Dominij mutationem postea suo loco indicabo.

M. D. XXX,

Anno 1530. incipiente, Mindensi ad Visurgin diœcesi, Episcopus, FRANCISCVS A VVALDEC, Philippi filius, princeps pius, sapiens, iustus, clemens ac humanus, & non sœuiens in pios euangelij ministros & auditores, præesse cœpit: cuius optimi & laudatissimi principis, cùm nostri temporis comitibus cognationem, subiecta Genealogiæ pars ostendit.

Henricus,

VOLRADVS I. comes à VValdec.



Carolus Cæsar, BONONIAE, à Clemente Pontifice, Imperij corona, die natali suo, 24. Febr. absentibus Germanis principibus, accepta: cùm ad Concilium indicendū Pontificē diligentissimè per Mercurinum Cancellarium frustra hortatus esset, in Germaniā ad comitia Augustæ indicta iter instituit. In ea profectioe, Mercurinus Gattinaria vir sapiens & grauis & qui perpetuus autor moderationis Carolo in his religionis cōtrouersijs, non vi & sanguine, sed legitimi Concilij autoritate dirimendis fuerat; Oeniponte die 4. Iunij obiit, cùm paulò antè Pontifex ei Cardinalium dignitatem, ac vt vulgò putabatur, venenum lentum & tabificum dedisset. Augustæ in comitijs frequentissimis, IOANNES Dux Saxonæ elector cum filio Ioanne Friderico: GEORGIVS marchio Brandeb. Friderici filius: ERNESTUS & FRANCISCUS Fratres, Duces Luneburgenses, Henrici & Margaritæ sororis Ioannis Saxonæ electoris Filij: PHILIPPUS Landgrauius Hafsia ex sorore primæ vxoris Ioannis Sax. el. Megapolitanæ natus: VVolfgangus princeps ab Anhalt, cuius soror, altera Ioannis coniunx fuerat, & Senatus duarum ciuitatum Imperij Noribergæ & Reutlingæ: CONFSSIONEM FIDEI, Carolo V. Imp. die 25. Iunij exhibuerunt, quæ AVGVSTANA vulgò appellata, omnium in Germania, Dania, Suecia, & alijs quibusdam gentibus ecclesiarum, quæ à Pontifice Romano disceserunt, commune Symbolum deinceps fuit & in omnium manibus extat. Huic à Pontificijs Theologis opposita confutatio, die 3. Augusti, in corona principum lecta est, cuius exemplum petente ele. Saxonæ & cæteris confefsionis illius socijs; Principes quidam intercedentes, amicam Tractationem

tionem de concordia inter Pontificios & Lutheranos restituenda inchoant. qua exeunte Mense, finita, Carolus moderatum Decretum ex epistolis Erasmi exhibetur sed non recipitur Apologia 22. Septembris & postridie princeps discedit, sicut alibi Seriem Deliberationum & Actorum de Religione in comitijs illis Augustanis, cum Confessio primùm exhibita est, integram prolixè exposuimus, 26. Iulij. Georgio & Barnimo fratribus Pomeraniæ Ducibus, & VValtero à Cronberg ordinis Teutonici magistro, feuda ditionum suarum solenni ritu ab Imp. collata sunt.

**L V B E C A**, inter omnes Saxoniae inferioris ciuitates liberas, ferè postrema, emendationem Pontificiae Religionis & ministerij publicam admisit, cum superioribus annis singulari vigilantia & intentione, omnia mutationum semina & scintillas primùm gliscentes, extinguere Senatus & Canonici conati fuissent, ac biennio antè, tres concionatores, qui taxare quosdam abusus cœperant, M. Andream VVilhelmi, pastorem ad S. Ægidium, Ioannem VValhofium, & Michaellem Frundium, vrbe eiecissent, & Postillam aliosq; Lutheri libros, per bibliopolam quendam inuectos, publicè in foro per carnificem cremari iussissent. Collocauerat eo anno Fridericus Daniæ Rex in oppido Oldesloa, pastorem grauitè refutantem errores & abusus Pontificios, quem ciues Lubecâ egredientes magna auiditate & concursu docentem audiuerunt. Cumq; Petro Frimersheimio ex Belgico recens elapso, & vocationem in vineam Christi expectanti, pastor docendi locum sæpè præberet: Ciues Lubecenses ardenti desiderio & siti purioris doctrinæ, & Petri illius in vrbem ducendi accenduntur. Accidit autem Anno 1529, mense Augusto, vt Senatus, communitati ciuium, præteritis bellis Rempub. magno ære alieno oppressam exponeret, & nouis tributis leuari ærarij inopiam à ciuibus flagitaret. Ciues cum noua onera sibi subeunda esse viderent, Vicissim hac occasione facultatem audiendi Euangelij liberam à Senatu in aliquot templis flagitandam esse iudicant, & 48. ciues ex suo corpore Senatui adiungunt, qui de rationibus & medijs colligendæ pecuniæ vnâ cum Senatu deliberarent, & Religionis negocium simul vrgerent. Petunt igitur a Senatu sinceros Euangelij præcones & Ecclesiæ ministros consentientes cum pastoribus Hamburgi, Brunsvigæ, VVismariæ docentes, in templis constitui, Verùm nihil impetrant. Cum autem die 11. Decembris communitatem ciuium Senatus conuocasset, vt articulos de rationibus contribuendæ pecuniæ cum 48. viris deliberatos, audirent & comprobarent: nullos articulos audire, nec pecuniam extra ordinem contribuere ciues voluerunt, nisi eieciti ante biennium ministri revocarentur, & libera audiendi Euangelij facultas ciuibus concederetur. Senatus multis verbis deducere ciues ab hoc proposito conatur, eosq; concilij intra sesquiannum indicendi, vel saltem comitorum Augustæ proximo anno indictorum Determinationem expectare iubet. Pericula etiam amplificat quæ ciuibus in terris Cæsaris Caroli V. cui molestissima hæc mutatio futura sit, negociantibus accidere possent, ac tum quidem re infecta ciuium conuentum

dimittit. Tandem ineunte anno 1530. vt ciuium animos offensos sibi reconciliaret M. Andream V Vilhelmi & Ioannem V Valhoff reuocatos, præsentibus delectis ciuibus, die 7. Ianuarij conducit, & hunc in S. Mariæ, illum ad D. Petri piè docere, & ad pacem ac concordiam ciuium tuendam conciones dirigere iubet: Hic verò Canonorum, Monachorum, & complicum furijs exarserat atro felle dolor, qui in concionibus publicis & sermonibus priuatis, nihil præter seductores, & hæreticos, Impostores, sacrilegos, ferro & igne delendos sonabant. Ciues reprimi hanc maledicentiam, & disputationem ex verbo Dei coram Senatu institui, & non probantibus sua ex verbo Dei, silentium imponi à senatu petunt. Collegium Canonorum his ciuium postulatis per Senatum ad eos delatis, recusant disputationem, & literas ab Henrico Duce Brunsvicensi ad Senatum & communitatem conficiunt, quibus se defensionem collegij, à maioribus suis fundati, suscepturum, ostendebat. Postridiè Calendas Aprilis, ciues quorum multi prioribus diebus in area templi cathedralis concurrentes, coërceri sacrificulorum, & Monachorum criminationes petiuerant, à Senatu in curiam conuocati impetrant, vt Pontificijs clamatoribus & monachis, quod disputationem recusassent, suggestu deinceps interdicatur. Ne quis deinceps ad concionandi munus, nisi à Senatu & sinceris concionatoribus & delectis ciuibus receptus admittatur. Vt volentibus Sacramento sub vtraque specie vti in templo D. Ægidij concessum sit, Vt ceremoniæ veteres in templis & monasterijs vsque ad exitum comitorum seruentur, in quibus si non componatur causa Religionis, Noribergensis Reipub. exemplum Lubecenses etiam sequantur. Si quid inter Senatum & ciues offensionum hæctenus Religionis causa extitit: id sempiterna obliuione obruatur. Quibus à senatu comprobatis, ciues summa alacritate articulos de rationibus pecuniæ extra ordinem ad soluenda Reipub. debita colligendæ prælegi audiuerunt, & prompto animo subierunt. Eodem tempore, 64. ciues, ex tota communitate elegerunt, qui in colligenda ciuium ex contributione pecunia & alijs causis ad publicam Reipub. vtilitatem spectantibus, ac præcipuè in doctrina Euangelij & legitimo Sacramentorum vsu publicè instaurando, Senatui adiumento essent. Ex his duodecim viri, vnà cum duobus Senatoribus Conrado V Vibbikind & Henrico Castorp. & Secretario M. Lamberto Beker, pridie Palmarum, Senatus nomine, pastoribus & in monasterijs significarunt, vt tantisper à suggestu abstineant, donec alia à Senatu mandata accipiant.

Sic Euangelij concionatores soli suggestus omnes occuparunt, & Dominica Misericordias Domini primam Germanicam Missam in templo S. Ægidij celebrarunt, Die 27. Iunij Missæ pontificiæ, cantiones & ceremoniæ in Monasterijs: & die Visitationis Mariæ etiam in templo cathedrali desierunt. Initio Octobris mandatum Cæsareæ Mtatis. Senatui & ciuibus redditum est, quo 64. ciues officium spontè assumptum depone: tota communitas doctrinam Lutheranam abijcere: Senatus, veteres ceremoniæ

ceremonias in summo templo & cæteris & in monasterijs restituere iubebantur. Quod si Senatus, obedientiam debitam à ciuibus obtinere solus non posset; Archiepiscopum Bremensem, Ducem Brunsvicensem, Episcopum Lubecensem, Ducem Saxonix, Marchionem Brand. & alios aduocarent, 64. parère mandato & se abdicere volebant, verùm Senatus rogatu tandem in officio manserunt, & centum viri ex reliqua ciuium communitate eis adiuncti sunt, qui in negocijs ad Religionem & Rempub. pertinentibus Senatui adessent.

Die 28. Octobris Ioannes Bugenhagius Pomeranus VVitebergâ euocatus, ordinem concionum & rituum in templis scripto complexus est, & communem Scholam in cœnobio D. Catharinæ instituit, cuius Rector primus Hermannus Buscoducensis: Corrector Erasmus Sarcerius Rostochio euocatus fuit, ptochodochion etiã in cœnobio D. Ioannis inchoatū est.

Sequenti anno ineunte omnium præteritarum offensionum *à punitia* inter Senatum & ciues delectos 18. Februarij sancita, & concordia restituta est, cum Senatus promitteret, se præsentem formam doctrinæ & rituum in ecclesijs, à Pomerano descriptam, defensuros esse, verùm hanc *à punitia* mox noua Tragedia priore tristior excepit vt sequenti anno memorabimus.

**L V N E B V R G Æ** prima Pontificiæ religionis emendatio inchoata, & purioris doctrinæ semina spargi, & cœna Domini sub vtraque specie porrigi cœpit in templo D. Nicolai à Friderico Henningo, & Henrico Ottone, quorum exemplum in alijs templis Hartuuiicus Ekenbergius, Ioannes Lampadius & alij sequebantur. Cum autem magno studio, feruore ac zelo hi docerent, ac in Senatu virum veræ religionis amore & grauitate ac zelo præstantem Hieronymum VVitzendorffium patronum haberent: & ciues pietatis ac doctrinæ sinceræ studiosi: ministerium Euangelij, vt Lubecæ & Hamburgi liberum permitti à senatu assiduè flagitarent: Senatus tandem M. Stephanum Kempium, ad primam ecclesiarum constitutionem Hamburgâ euocat, qui prima præsentis ordinis ecclesiæ fundamenta iecit. Sequenti anno Vrbanum Regium ab Ernesto duce Luneburgensi Augusta recens adductum, sibi aliquantisper concedi flagitat. Is biennium Luneburgæ commoratus, & Hospitio Henrici VVitzendorffij, fratris Hieronymi vsus, inter varia Pontificijs, Colero in primis præposito ad D. Ioannem certamina officio sibi commissio fideliter fungitur, & ecclesiam puritate doctrinæ, populi frequentia, discipline sanctitate & rituum grauitate florentem & tranquillam, successoris suo Paulo de Rhoda tradit. cui post aliquot annos Stettinam reuocato, Senatus de consilio Urbani syndicum vrbis Christophorum Hegendorffium substituit, quo statim defuncto, FRIDERICVS Henningus, quem primùm mutandæ religionis pontificiæ autorem in vrbe fuisse diximus, deinceps vsque ad annum 1563. ecclesia Luneburgensi semper Dei beneficio tranquillæ & florenti præfuit.

Hermannus T V L I C H I V S, natione VVestphalus, pietate ingenio & doctrina præstans, qui VVitebergæ multos annos Luthero familiaris & carus, & Academiæ illius anno 1525. Rector fuerat, & cui captiuitatem

## BREMENSIA,

Babyloniam Lutherus dedicauerat: primus studiorum doctrinæ, in schola Luneburgensi, post factam religionis emendationem, Rector fuit ab anno 1535. vsque ad 1540. cuius anni mense Iulio die 28. in celestem scholam translatus est. Is Lucam Lofsium fidelem & felicem pueritiæ instituendæ magistrum, collegam habuit, qui annos amplius quinquaginta studijs & moribus teneræ ætatis in schola illa formandis vtilissimè seruiuit, *πολλὰ τε ποσὶν ἔδαν ποίειν εἶπε χρίσμα μεγάλα χάρις αὐτῷ.*

**GOTTINGÆ**, in Erici senioris Ducis Brunsvicensis ditio-  
ne, prima religionis emendatio facta est, evocata ex Brunsvicensi ecclesia Henrico VVincelio, qui doctrinæ & rituum certo ordine constituto, & doctoribus; sinceris Ioanne Isermanno, Ioanne Sutelio & alijs, quinque patrocijjs præfectis, Brunsvigam redijt.

**BREMÆ** Respublica & ecclesiæ, mediocri tranquillitate & pace, sub patrocinio Coss. Meineri à Borcken, Danielis à Büren, Ioannis Trupij, Martini ab Heienborch, & Syndici Doctoris Ioannis *von der Wieß* / viri optimi, & religionis veræ studiosissimi, fruebantur. Pastoribus ecclesiarum Iacobo præposito ad D. Virginem: Ioanne Amsterodamo ad S. Martinum, Ludero Hofenio ad S. Ansgarium: Martino Sagittario ad S. Stephanum: Gerardo Osnabruggenfi ad S. Rembertum, Hermano Coco ad S. Michaelem. Hanc tranquillitatem invidens honestissimæ Reipublicæ diabolus, intestinam diffensionem & seditionem ciuium atrocem accendit, non religionis prætextu, sed ob pascua publica, ab archiepiscopo Hartvigo olim ciuibus attributa, quorum campos plurimos, & communitate & publicis ciuium vsibus alienatos, per priuatos homines & sacerdotes teneri, tanquam propria & hæreditaria bona ciues querebantur. Petunt igitur à Senatu, vt singuli campos illos possidentes, & documenta & probationes juris sui certas proferrent. Id cum mandante Senatu plerique fecissent, ciues non contenti, vetustiora documenta, quo iure illi, qui ante ducentos aut plures annos pascua illa vendidissent, aut ecclesijs donassent, primùm domini illorum facti essent? requirebant. Senatus ad delectos ex omnibus ordinibus ac ipsis ciuibus arbitros, deinde ad vicinos principes, & ciuitates neutri parti addictos, controuersiam iudicandam defert, Quos omnes seditiosi recusant, & literas de pascuis publicis ab archiepiscopo Hartuico communitati datas, iudicis officio fungi debere contendunt. His disputationibus hyemè consumpta, sequentis anni mense Majo vir nobilis, Rodolphus à Bardevisch, commendator innocens furenti seditiosæ multitudinis impetu, cum quinque ministris, immaniter trucidatus est. Causa odij adeo truculenti aduersus commendatorem suscepti fuerat, quod literas penes se habere diceretur, ex quibus iura communitatis ciuium, in recuperandis pascuorum campis, per sacerdotes & alios detentis, defendi & confirmari possent. Has cum flagitanti vulgo non exhibuisset, veteres iræ, aduersus commendatorem

A C.

1159.

1531.

tores, ob ciues quosdam ipsius causa captos & prædia quædam exusta, M.D.XXXI,  
 recruduerunt, & in immensum auctæ & cumulata sunt. Habuerat  
 enim ministrum nobilem commendator Rodolphum à Darbholt, qui ex  
 amico hostis factus, cum alia ratione vlcisci se non posset, ciues vrbs Bre-  
 mæ, in qua ille habitabat, comprehensos abduxit, & in Vihland & Nie-  
 land pagos aliquot direptos exussit, vt hac violentia ciues Bremenses ad-  
 uersus commendatorem incitaret, & quæ flagitabat ab eo obtineret. Etsi  
 autem hostis ille, V Vildeshusij postea captus & supplicio affectus est: ta-  
 men iræ vulgi Bremensis denuò irritatæ, sæuiores multò exandescabant.  
 Cum enim vocatus in curiam, vt ciuibus de promissis ab eo literis, sed non  
 exhibitis, responderet; ipse non comparuisset: digressi ex curia ciues sum-  
 ptis armis in ædes commendatoris irruunt. Quo in fastigium templi ædi-  
 bus contigui, cum septem familiaribus digressi, ciues templum circum-  
 sident & oppugnant. Syndicus & Senatores aliquot, communi Senatus  
 nomine multitudinem furentem placare student, & commendatorem  
 spontè dudentem se, vita & bonis violentè non spoliari, sed in custodiam  
 dari & iure aduersus eum procedi frustra petunt, nam horū admonitioni-  
 bus, spretis, furiosi, quidam ex vulgo sæuiente nebulones, sub tectum tem-  
 pli penetrantes, commendatorem cum quatuor ministris interfectum, te-  
 cto templi perforato in cœmiterium deiciunt. Inde curiam illius ingressi,  
 omnia conclauia & arcas perfringunt ac diripiunt, totamque noctem in  
 ædibus velut re, benè gesta potando consumunt.

Manè duos ex latronibus præcipuos Senatus comprehendi & in custo-  
 diam duci iubet. Sed hos eadè die ciues minis rursus extorquent, & com-  
 muni omnium consilio, quæ accidissent, perpetrata esse, nec quenquã præ-  
 cæteris eximi aut reum haberi oportere, profitentur. Canonicis etiam  
 eadem die denunciant, vt spontè campos pascuis adiacentes cedant. Finem  
 enim se huic controuersia de pascuis tandem imponi velle. Cedunt igitur  
 Canonici, intercedente Senatu, tantisper, donec iure vel amicè causa com-  
 ponatur. Quadraginta igitur ciues, ne toties communitatem totam con-  
 uenire opus esset, ad solam hanc causam de pascuis tractandam, à paro-  
 chijs delecti sunt, qui paulatim fines mandati excedentes plura non neces-  
 saria mouerunt.

Interea Henricus dux Brunsvicensis archiepiscopi frater ad conuen-  
 tum ordinum diœcesis Bremensis ipse Basdalum venit, vbi euocatos ex *28. Augusti.*  
 Senatu & 40. ciues, ad obedientiam archiepiscopo debitam, ad æquitatem  
 & iustitiam erga Canonicos, in possessione camporum & pascuorum non  
 turbandos, frustra hortatur.

Mense Nouembri petunt à Senatu XL. ciues, collegium Canonico-  
 rum in curiam vocari, quod de grauissimis rebus ad communitatis ciuium  
 & totius vrbs commodum spectantibus, alloqui vellent. Cum autem Se-  
 natus, cui indicare postulata sua ciues recusabant, citare in curiam Cano-  
 nicos,

M. D. XXXI.

20. Nouemb.

nicos, utpote Iurisdictioni suæ non subiectos, honestè se posse negaret: XL. ex suis aliquot ad Seniores, absente Decano mittunt, & Capitulum conuocari seuerissimè flagitant. Admissi post aliquot dies, petunt à Capitulo, ut literas & instrumenta sua, de campis & pascuis suis, civium campo finitimis videnda & legenda ciuibus exhibeant, & miseræ communitati sua restituant. Id nisi facerent, commendatoris fatum eos manere. Redire etiam domum nautas egentes, eorumq; seruos nauales, qui exorto tumultu visuri essent quid singuli in cistis reconditum haberent. Hac inconsiderata & minaci oratione, canonici territi cum re deliberata se benignè responsuros dixissent, statim ex vrbe discedunt. Senatus etiam & ecclesiæ ministri & mercatorum seniores & nauæ offensi, palàm displicere sibi hanc XL. virorum petulantiam ostendunt.

Verùm hi plebem vniuersam præstigijs publici boni & civium commoda augendi dementatam tenentes; postridie Cal. Ianuarij conuocata in aream templi cathedralis plebe, 64 ciues sibi ex reliqua communitate adiungi, atq; ita C III. viros deligi curant, qui non tantum de pascuis, sed in vniuersum de omnibus negocijs ad publicam vrbis vtilitatem pertinentibus, cum Senatu statuunt. Hos confirmari autoritate & sigillo Senatus, grauissimè initio dissuadentis ac refragantis, tandem obtinuerunt. Postea Seniores collegij Mercatorum in ordinem redactos, æquali cum cæteris ciuibus autoritate in Republica versari, & quæ custodiebant collegij sui vasa argentea, literas, domum, & alia tradere cogunt. Negociantibus modum frumenti & mercium euendarum præscribunt, cistas communes, in quas omnes ciuitatis redditus colligi volebant ordinant. Interea Nobilitas diocesis se ad tentandam compositionem dissidiorum inter Canonicos & ciues offerunt. Quam simpliciter 104. viri recusant. & paulò post, impias Canonorum Missas, aliosq; ritus idolatricos, in templo Canonorum summo aboleri, & pios Euangelij Doctores in eo collocari à Senatu flagitant & obtinent, vt postea exponam.

**LVBECÆ** cum sancitâ die 18. Februarij inter Senatum & ciues præteritarum offensionum obliuione, omnia salua, & omnium ordinum concordia restituta videretur: ecce duo consules supremi, Nicolaus Bromsen, eques auratus & Hermannus Plonnies, extrinsecè displicere sibi præsentem Reipub. statum ostendentes, pridie Paschæ ex vrbe discedunt. Id cum communi Senatus consilio factum esse ciues suspicarentur, indignantes, & secum agi existimantes, deposito Senatu veteri, Pontificijs, vt videbatur, nimium addictis, novos Senatores & Consules elegerunt, quam mutationem longa & tristis tela bellorum & aliarum calamitatum publicarum secuta est. quæ vix tandem quinquennio post, reuocatis consulibus antiquis, & restituto veteri Senatu, nouis omnibus dimissis, & ciuium sexaginta Antisenatu iterum remoto, vt postea audiemus, sedatæ sunt.

Initio anni Ferdinandus, Caroli frater, Rex Romanorum Colonia electus & Aquisgrani coronatus est. Quam electionem, viuo Imp. contra tenorem

tenorem aureæ bullæ factam, Saxonæ electoris patris mandato, Ioannes Fridericus Dux Saxonæ Coloniam profectus, opposita protestatione oppugnauit, nec prius ratam habuit, quam Spiræ in Comitijs anni 1544. res composita est.

Maria soror Caroli & Ferdinandi, Ludoici Vngariæ regis vidua, Belgici gubernatrix, à Carolo in locum Margaritæ amicitæ subrogata est.

Fuit hic annus alioquin in tota ferè Europa tranquillus: sed apparuit Cometa *noyviæ* mense Augusto in occasu, Solem in cardine à  $\alpha$  vsque ad  $\alpha$  prægrediens.

Hamburgi, ineunte Quadragesima Conuentus Oratorum Caroli V. Friderici Regis Daniæ, Senatus Luneburgensis, & aliorum habitus est, agentium de medijs & conditionibus Christierni regis Daniæ restituendi. Cùm autem nihil concludi potuisset: Christiernus proximo autumno, viginti quatuor Nauibus ad bellum optimè armatis in Daniã cursum direxit. Sed tempestatibus classe adflicta, Anslouie in Norvvegia appulit, & arcem Aggershusen irritò euentu tota hyeme obsedit. Interea rex Fridericus, & regni senatus, Lubecensium auxilia ex fœdere petunt, ac promittunt non se Hollandis deinceps nauigationem in mare Balthicum tanta frequentia permissuros esse. Lubecenses igitur quatuor naues, viris armisq; instructas Haffniam mittunt, vnde primo vere, adiunctis Rostochiensium & Sundensium nauibus & regia classe, Anslouiam tetenderunt, Amiralio & Duce exercitus summo, Canuto Guldenstern electo Othonensi qui paulò post (cùm vtrinque commeatum inopia exercitus laborarent) actionem de pace cum Christierno in hanc sententiam instituit, vt promisso Regis Friderici nomine, saluo commeatu, Christiernus ad Fridericum patrum nauigaret, & coràm de conditionibus pacis cum eo transiret. Quæ, si displicerent, liberum ei esset, quò vellet ex regno discedere. Christiernum igitur receptum in nauem Canutus Haffniam ducit, vbi statim iussu regis Friderici in custodiam Sunderburgum ablegatur mense Augusto anni 1532. eadem ferè hora, qua filius Ioannes, in comitatu Caroli V. Ratisbonæ in fata concessit.

1532.

Postridie Pentecostes, BALDASAR episcopus Hildesienfis, ex Hispania in Belgicum proficiscens, cùm Treueris manè equum conscensurus esset, apoplexia subito extinctus, & in æde S. Simeonis adscripto tali elogio, humatus est. Rdis. D. Balthafari Mercklin à VValekirch D. G. Episcopo Constantiensi, & Administratori Hildesheymenti: sub Carolo V. imperij Vicecancellario, & duorum Cæsarum aulas per Germaniam, & Hispanias & Italiam multis annis sequuto: obeundis concilijs Imperij, & amplissimis legationibus, luris vtriusq; scientia, consilio, rerum gerendarum prudentia, & authoritate singulari, tum cæteris artibus grauissimis, amplissimos honores adepto: tandem iniquissimis fatis erepto: liberalissimo & in omni fortuna modestissimo, pientissimoq; consanguineo & Mœcenati suo incomparabili: &c. vixit annis 52.

Hildesij in Saxonia,  
Otto.

M.D.XXXI.

Ottonem comitem Schovvenburgensem, Iodoci filium, Adolphi & Antonij Archiepiscoporum, postea, Colonienfium fratrem, presentium comitem, Adolphi, Hermanni & Antonij patrem, tunc collegij præpositum, Baldasari substituerunt, qui sex annos, confirmatione à Romano Pontifice non accepta nec petita, reliquias dioceseos illius administravit.

In POMERANIA, post Georgium, ineunte ætate anni 1531, extinctum, Barnimus frater, V Wolfgangum Neugardensem 50. equitibus comitatum, Heidelbergam mittit, ut Philippum, Georgij fratris filium unicum, qui apud auunculum electorem Palatinum Ludoicum educabatur, in patriam reduceret. Ipse interea publicam itinerum securitatem & pacem restituens, prædonum nobilium, in vltiore Pomerania aliquot iam annis impunè grassantium, arces ac prædia occupat, & ipsos latrones ac eorum receptores deprehensos supplicio afficit. In quibus peruestigandis & extirpandis præcipuè fidelem & felicem ipsi operam & toti Reipub: ac posteritati salutarem Iohannes Bercovv, Belgardensis, & Zabelius vom Wolde, Nouostetinenfis præfecti, præstiterunt. Postea cum Philippo fratris filio, in patriam reuerso, ditionem diuisit, ac sorte ipsi Stettinum, & vltior Pomerania; Philippo V Volgastum ac principatus Rugiæ, à Viadro & Sueuo, quem *die Sueina* nominant, vsque ad Rekenisfam obuēnit. Edita est autem de Illustrissimo & optimo principe PHILIPPO Duce Pomeraniæ, oratio, quæ imaginem officiorum ac virtutum boni & laudati principis, in Ecclesia, Scholis, politica gubernatione, & priuata vita, in coniugio & Oeconomia, rectè gubernandis & tuendis, continet.

1524.

V Vilhelmus marchio Brandeburgensis, Friderici Anbacensis filius, Alberti Borussie Ducis frater Liuoniã primùm ingressus est, coadiutor ut nominant, & successor archiepiscopi Rigensis futurus. Cum enim Thomas, (quem Ioanni Blankenfeldio successisse, & hortatu magistri ordinis V Valteri à Plettenberg cum Erico Brunsvicensi antea postulato transegisse diximus) Lubecã reuersus, factã ab Erico cessionẽ, magistro ordinis per literas significaret, & promissam restitutionem urgeret: ac ille qui solus dominari in Liuonia cupiebat, surdis auribus postulata ipsius præteriret: archiepiscopus se delusum animaduertens, apud Cameræ iudicium & in comitijs Spirensibus 1529. & Augustanis 1530. à Ferdinando & Carolo mandata de archiepiscopo in urbem recipiendo impetrat. Quibus cum nihil proficeret: tandem ad Borussie ducem Albertum proficiscitur, & communitatis cum eo consilij, fratrem Ducis V Vilelmum marchionem Brandeburgensem, canonicum Colonienfem & Moguntinum, coadiutorem eligit. Quo negotio confecto, in archiepiscopatum, vrbe tamen Riga exclusus, redit. V Vilelmus, à fratre Alberto comitatu mediocri instructus, Plettenbergo non impediẽte sequitur, ac sex arcium reuditibus à Thoma archiepiscopo sibi attributis fruitur. Sperans igitur Thomas, se coadiutoris, in amplissima Germaniæ principum familia nati, autoritate & potentia, Ri-

ria, Rigenses ad restituendam archiepiscopo iurisdictionem in vrbe compellere posse, serio ab illis iuramentum subiectionis debitum flagitat. Id se praestituros esse ipsi, velut politico magistratui supremo, recipiunt, verum in ecclesijs suis, nullam se ipsius iurisdictionem agnituros ostendunt. Cum autem archiepiscopus iurisdictiones, quas coniunctas in Vrbe hactenus habuisset, separari nollet: Rigenses foederi principum Germanicorum, quod Euangelij titulo ad mutuam defensionem inter se Smalcaldiae inierant, se adiungunt, atq; ita archiepiscopi sui minas & iudicij Camerae mandata declinant.

IVLiana, Bothonis comitis Stolbergensis filia, priore marito Philippo comite ab Hana, (A. C. 1529.) defuncto; nubit VVILELMO comiti a Nassau, cui (1533, 14. Aprilis) VVILELMVM Principem Vraniae qui nostra aetate Belgici confusiones aduersus Philippum Hispaniae Regem varijs fortunae vicibus sustinuit; Item IOANNEM, Ludovicum, Adolphum &c. procreauit.

Ludoica Francisci Galliae regis mater, Philippi Bressi Sabaudiae Ducis filia, Caroli Soror, in fata concelsit mense Octobri, cuius die vndecima OCCVbVlt patris belLator CingLIYs ense, Et pressa est armis gens popVLosa IVis: anno aetatis 48. & paulo post Ioannes Oecolampadius aetatis 49. Basileae Calendis Decembris.

Goslariensem ecclesiam turbabant doctium dissidia, cum Henricus quidam Kniggus in aede Stephani & Ioannes Gravvertus, D. Amandi collega, ipso connivente, Cinglij dogma populo commendarent. Reuocatus igitur Amsdorfus coram Senatu causam cognoscit, cumq; duobus illis ex vrbe dimissis D. Amandus statim moreretur: Kniggij locum Antonius Corvinus, Superintendentis vero officium M. Paulus Rhode adepti sunt. Qui tamen ambo cum pijs & salutaribus eorum consilijs ad ministrorum & ecclesiae commodum pertinentibus Senatus non pareret, vertente anno, hic Luneburgam, ille VVitzenhusium ad Visurgin discesserunt.

1532.

PRincipio anni, inter electorem Saxoniae, coniunctosq; illi religionis professione principes, & Carolum Caesarem, Palatinus Ludovicus, & Albertus Moguntinus, Pacificationem Suinfurti instituunt, cui principes intercessores ipsi, & Ioannes Fridericus dux Saxoniae, Franciscus dux Luneburgensis, VVolfgangus Anhalдинus &c. interfuerunt. Pax mense Iulio, Dei beneficio, Noribergae conclusa, & secunda Augusti Ratisbonae a Caesare confirmata est, quae vsq; ad bellum Germanicum anni 1546. durauit. Cum autem crebra Pacificationis huius Noribergensis, in sequentium annorum tractationibus mentio fiat: exemplum hoc loco, vna cum Caes. Mtis. confirmatione, Ratisbonae data, adscribendum duxi.

M.D.XXXI.

DEI gratia nos Albertus, sacrae Romanae Ecclesiae, tituli S. Petri ad vincula, Presbyter Cardinalis, Legatus natus, Moguntinus ac Magdeburg. Archiepiscopus, Archicancellarius, & primas per Germaniam, Administrator Halberstadenensis, Marggravius Brandenburgensis &c. Et Ludovicus Palatinus Rheni

## PAX NORIBERGENSIS.

Rheni Dux Bauariæ, Sacri Romani Imperij Archidapifer, ambo electores, fatemur & publicè testatum facimus hisce literis. Cùm inter inuictissimum Principem ac Dominum, Carolum, Romanum Imperatorem semper Augustum &c. Dominum nostrum clementissimum ex vna parte, & illustrissimos Principes, nostros caros agnatos & consanguineos, D. Iohannem ducem Saxonix, Electorem &c. & Ioannem Fridericum eius filium, D. Georgium Marggrauium Brandenburgensem, D. Philippum, Ernestum & Franciscum, fratres & agnatos, Duces Brunsvicenses, Principem Vvolfgangum ad Anhalt, Gebhardum & Albertum, comites in Mansfelt, Et ciuitates Argentinam, Norinbergam, Constantiam, Vlmam, Bibrachium, Isnam, Reutlingam, Eslingam, Memmingam, Lindam, Hailbrun, Halim Sueuorum, Kempten, Vueyffenburgum, Vuinshemiam, Lubecam, Brunsvigam, Magdeburgam, Bremam, Goslariam, Einbecam, Gottingiam, Northusiam, & Hamburgam ex altera parte; propter causam religionis controuersia extiterit, cuius rei gratia in Comitijs Imperialibus antea habitis, multæ & variæ deliberationes susceptæ & tentatæ sunt, vt istiusmodi Controuersia & disceptatio ad aliquam æquam concordiam redigeretur: Quod quidem hæctenus fieri non potuit: Nosq; pro conseruanda pace & concordia publica, in Imperio, & præcipuè, vt communi Christiani nominis hosti, Turcæ videlicet, eò melius & acrius resisti, eiusq; crudelissimi conatus aduersus Christianum sanguinem, & imprimis Germanicæ nationis suscepti, auerti possint, fidelissimo & optimo animo, ac consilio, partes nostras interponendas putauimus. Ac permissu Cæsareæ Maiestatis, nobisq; , eius rei gratia concessi mandati, instructionis & commissionis, & de prædictorum nostrorum consanguineorum ac agnatorum, eorumq; coniunctorum consensu, primùm Suinfordix, postea hic Norinbergæ, varias amicabilis Compositionis vias tentauimus. Et quoniam causa controuersæ religionis, multis laboribus frustra susceptis, non potuit ad aliquam concordiam reduci; ad animum reuocauimus, id quod res est, non posse crudelitati & Tyrannidi Turcicæ, validius resisti, quam si in Imperio, communis ac firma pax constituatur.

Pro qua re apud eius Maiestatem cum debita reuerentia intercessimus & impetrauimus, vt ipsius Maiestas, tanquam supremum caput Imperij, ex singulari animi propensione erga pacem & tranquillitatem publicam, tandem clementer consenserit, vt communis ac publica pax, inter ipsius Maiestatem, & omnes Status Imperij Germanicæ nationis, tam Ecclesiasticos quam seculares Constituatur & firmetur vsq; ad generale, liberum, Christianum Concilium, quemadmodum de hoc in Comitijs Imperialibus Norinbergæ decretum est, Vel si id non procedat, ad hoc vsq; tempus, donec communes Status Imperij, ad locum commodum iterum conuocentur & conscribantur, vt infra in peculiari articulo, ea de re, cautum est.

Ita videlicet, vt interea temporis vsq; ad prædictum Concilium, vel quo sta.

quo status Imperij iterum conuenerint, & aliter deliberauerint, nemo propter religionis, vel vllam aliã causam, alteri bellum indicat, inferat, ipsumque spoliaret, capiat, inuadat, obsideat, neque ad hæc facienda, per se, vel per alium, cuiquam inferuiat, arces, vrbes, oppida, castella, pagos, villas vel prædia, insidijs occupet, aut contra voluntatem alterius violenter adimat, dolente malo, incendijs; vel alia ratione, alteri damnum det. Neque vllis istiusmodi machinatoribus, consilio, auxilio vel alio modo opem ferat, neque eos sciens hospitio excipiat, victum, potum aut receptum præbeat, aut toleret. Sed vnusquisque alterum vera amicitia & Christiana caritate complectatur.

Quam pacem publicam iam descriptam, Cæs. Maie. vniuersis Imperij ordinibus publicari & annunciari curauit, & sub expressa, graui, & formidabili pœna, seruandam mandauit, sequens benignè operam daturam esse promisit, vt prædictum concilium, intra dimidium annum indicatur, & deinde intra vnum annum inchoetur. Si verò fieri non posset, vt hoc casu communes Status Imperij, iterum ad locum commodum vocentur & conscribantur, ad deliberandum, quid in posterum, tum de Concilio, tum de alijs rebus necessarijs, agendum & statuendum sit.

Ad hæc Cæsarea Maiestas, vt talis pax publica eò certius & stabilius conseruari posset, benignè consensit ac promisit, quod omnes processus iudiciales, in causis religionis, qui per ipsius Maiest. Fiscalem & alios, contra Electorem Saxonie & eius coniunctos, inchoati essent, aut deinceps inchoarentur, inhibere, abrogare & suspendere velit, vsque ad futurum Concilium, vel si hoc non procedat, vsque ad vltiorem deliberationem prædictorum Statuum Imperij, quorum quidem omnium, ipsius Maiestas cautionem ad manus nostras transmittere ac tradere velit.

Vicissim verò agnati & consanguinei nostri, Saxonie Elector, Duces Luneburgenses & alij eorum coniuncti, promiserunt, se quoque hanc publicam pacificationem constanter & bona fide seruaturos, neque in huius præiudicium quicquam suscepturos esse, quodque Cæsareæ Maiestati debitam reuerentiam & obedientiam præstare, & conuenientem opem ac auxilium contra Turcam, sicut hoc per communes Status Imperij decretum est, non grauatim conferre velint, prorsus ad eum modum, quemadmodum de his omnibus, in suo quodam responso, quod nobis scriptum reddi curaerunt, clarè expressum est.

In quo quidè & hoc continetur, quod verbis quibusdam in postrema Cæsareæ Maiestatis commissione & articulis adpositis, grauari videantur, nosque rogarunt, vt hoc per nostram legationem ad Cæsaream Maiestatem referre & diligenter operam dare velimus, vt eorum verborum commoda mutatio impetretur, quod quidem nos facturos amanter & benignè polliciti sumus. Ac præterea, quod instare & urgere velimus, vt supra dicta cautio, cuius nos exemplum Cæsareæ Maiestati misimus, primo quoque tempore absoluat & nobis reddatur. Et quicquid à Cæsareæ Maiestate nos obtinuerimus, aut responsi acceperimus, id nos absque vlla cunctatione Principi Electori Saxonie literis significabimus, debetque illud ipsum quod Cæsareæ Maiestas vltra hæc concesserit aut ratum habuerit,

## PAX NORIBERGENSIS.

habuerit, perinde firmum esse, ac si hisce literis insertum & comprehensum foret, Sin autem Cæsarea Maiestas, præter hæc nihil amplius concedere, neq; mutationem aliquam admittere voluerit, nihilominus hæc tractatio valida & firma maneat, eidemq; sine vlla exceptione, cauillatione, aut dolo malo, standum erit.

Et quanquam illustris Principis, Domini Philippi Landgrauij Hassiæ etc. Oratores, Ioannes Ficinus ab Liechtenau Cancellarius, Sigismundus à Beyneburg, præses ad Visurgim, Ioannes Vualterus Doctor, hisce negocijs interfuerunt, tamen iidem nobis indicarunt, quod hoc tempore non sit in ipsorum potestate aut mandatis, in hanc tractationem consentire & concludere, Eiusque rei causas, grauamina perscripta nobis exhibuerunt, ac rogarunt, vt de his Cæsa. Ma. certiozem reddere velimus, Quod quidem nos facturos promissimus, Verum nihilominus & hoc illi addiderunt, quod hæc negocia & tractationem, ad prædictum nostrum cognatum Landgrauium Hassiæ &c. qua possent diligentia, relaturi essent, nihil dubitantes, quin is suum quoq; animum & sententiam, de his rebus, declaraturus sit,

In signum & testimonium horum omnium, nos ambo Electores supradicti, nostra sigilla his litteris appendi curauimus, & Dei beneficio nos Ioannes Fridericus Dux Saxonix &c. patris nostri Principis Electoris Saxonix, & nostro nomine. Et nos Franciscus Dux Brunsvicensis & Luneburgensis nomine agnati nostri Ducis Philippi Brunsvicensis. Ac nos Oratores & mandatarij, nempe, nomine Marchionis Georgij Brandeburgensis, V Wolfgangus Christophorus à V Visentau præfectus in Schuabach & Sebastianus Heller Doctor, Nominè Ducis Ernesti Brunsvicensis & Luneburgensis, Ioannes à V Vick Doctor, Nominè Principis V Wolfgangi ad Anhalt, & Item Comitum Gebhardi & Alberti à Mansfelt, Ioannes Ruelius Doctor,

Nomine ciuitatis Argentinensis, Iacobus Sturmius & Iacobus Maier, Nominè ciuitatis Noribergensis, Bernhardus Baumgartner, & Leonhardus Schultes, hiq; cum mandatis ciuitatum Hallis Sueuorum, Heilbrun, V Vinsheim & V Vissenburgij, Nominè Lubecensium, Andreas Stolp Secretarius, cum mandato ciuitatis Hamburgensis, Nominè ciuitatis Constantiensis Conradus Zuick, & Sebastianus Geisbergk, Nominè ciuitatis Ulmenensis Georgius Besserer duumuir, & Hieronymus Schleicher, & hi cum mandatis ciuitatis Magdeburgensis, Leonhardus Mertz Doctor & Syndicus, Nominè ciuitatis Bremensis, supra dictus Ioannes à V Vick Doctor, Nominè ciuitatis Brunsvicensis Theodoricus Brutenus Secretarius, & is cum mandatis ciuitatis Goslariensis, Gottingiæ & Einbecæ, Nominè ciuitatis Northusianæ, Benedictus Pauli Doctor, Nominè ciuitatis Eislingensis Bernhardus Mazbeck, Nominè ciuitatis Reutlingensis Iustus V Veys duumuir, Nominè ciuitatis Memmingensis Ioannes Keller duumuir, Nominè

mine ciuitatis Lindaensis, Antonius Hunle, Nomine ciuitatis Bibracensis, Christophorus Greter duumuir, Nomine ciuitatis Kempten, Henricus Seltenhan, Fatemur quod supradicta tractatio seu pacificatio, de consensu & voluntate nostra facta & inita sit, Quam quidem nos, nostro & dominorum ac superiorum nostrorum nomine, scientes & consentientes, recepimus, promittimusque nostro & ipsorum nomine, nos hanc semper ratam & firmam habituros & conseruatuos, neq; vlllo modo contra hanc obligationem venturos esse. In signum & testimonium horum, nos Ioannes Fridericus, patris nostri & nostro, ac item iam nominatarum ciuitatum, Oratorum, ac mandatariorum nomine, sigillum nostrum, iuxta prædictorum duorum Electorum sigilla, his literis appendimus, quæ datæ sunt Norinbergæ, feria tertia post Mariæ Magdalena festum, Anno Domini D. M. XX XII.

**CÆSAREA CONFIRMATIO SEV CAVTIO PACIS PVBLICÆ.** NOS CAROLVS Dei gratia Imperator Romanus semper Augustus &c. Fatemur & testatum facimus hisce literis. Quoniam reuerendo in Deo Patri, & illustribus, Alberto Sacræ Rom. Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Archiepiscopo Moguntino & Magdeburgensi, ac Ludouico Palatino Rheni, Duci Bauariæ &c. nostris amicis, cognatis & Electoribus, inter nos & Principem Electorem Saxonie & eiusdem filium, ac Georgium Marggrauium Brandeburgensem &c. & ipsorum coniunctos, comites & Ciuitates in controuersia religionis amicabiliter partes suas interponendi & tractandi potestatem, benignè concessimus, vigore nostri mandati, & instructionis, eis hanc ob causam à nobis exhibitæ, ipsiq; toties eam rem, primùm Suinfordie, deinde Norinbergæ tentarunt, Tandem eò deuentum esse, quod nos, vt supremum caput imperij, prædictis nostris amicis, cognatis & Electoribus Moguntino & Palatino, consensimus, vt publicam stabilemque pacem, inter nos & omnes status sacri Imperij Germanicę nationis, Ecclesiasticos & seculares faciant, vsq; ad generale, liberum & Christianum concilium, quemadmodum de eo in comitijs Norinbergensibus decretum est, aut si hoc non procedat, eo vsq; donec vniuersi status Imperij iterum conscribantur, sicut ea de re paulò post peculiari articulo cauetur.

Ita videlicet, quod infra hoc tempus Synodi, vel quo status imperij, vt iam dictum est, iterum conueniant, & aliter deliberent, nemo propter religionis, aut vllam aliam causam, alteri bellum indicat, inferat, ipsumue spoliet, capiat, inuadat, aut obsideat, neque ad hæc facienda per se vel per alium, cuiquam inserviat, arces, vrbes, oppida, castella, pagos, villas, vel prædia insidijs occupet, vel contra voluntatem alterius violenter eripiat, dolòue malo, incendijs vel alia ratione alteri damnum det, neq; vllis istiusmodi machinatoribus, consilio, auxilio, vel alio modo opem ferat, neque eos sciens & intelligens hospitio excipiat, victum, potum, aut receptum præbeat aut toleret, sed vnusquisque alterum vera amicitia & Christiano amore complectatur. Quam pacem publicam iam descriptam,

## PAX NORIBERGENSIS.

nos Imperator, vniuersis ordinibus Imperij publicanus, annunciamus & sub expressa, graui, ac non contemnenda poena, seruandam mandamus, volumusque benignè operam dare, vt prædicta Synodus intra dimidium annum indicatur, & postea intra vnum annum inchoetur. Si verò hoc non fiet, tunc iterum communes status Imperij in locum commodum vocentur & conscribantur, ad deliberandum, quid in posterum, tum de Concilio, tum de alijs rebus necessarijs, agendum & statuendum sit. Nos itaque, vt eò firmiter & certius talis publica & communis pax prædicta conseruetur, clementer consensimus & promisimus, nos curaturos, vt omnes processus iudiciales, ad causas religionis seu fidei spectantes, per nostrum Fiscalem, & alios contra Electorem Saxoniae, & ipsius coniunctos, qui vel iam essent inchoati, vel deinceps inchoandi suspendantur, vsq; ad futurum Concilium, vel si id non sit processurum, vsq; ad vltiorem deliberationem prædictorum statuum Imperij. Et si Elector Saxoniae cum suis coniunctis vniuersis aut singulis, ab vlllo, quisquis is sit, in ius vocetur, tunc ipse vel sui coniuncti, nos, si in Imperio Germanicæ Nationis tunc temporis erimus, aut nobis absentibus, eum quem nostro loco cum mandatis in his negocijs constituerimus, requirant, & in quibus grauentur, exponant. Eoque casu debemus & volumus, nos, & nobis absentibus locum nostrum tenens, & Commissarij nostri, qui à nobis ad hoc expressum mandatum habeant, tales processus iudiciales inhibere & abrogare, vt supra dictum est, sicut etiam nos iam ex autoritate ac plenitudine Maiestatis Cæsareæ, & vera scientia, nunc vt tunc, & tunc vt nunc, eos inhibemus, suspendimus & abrogamus vigore & virtute harum literarum. Et si vltra hoc ab vlllo iudice aut iudicio processum, actitatum, aut vlla lata sententia fuerit, id in vniuersum & sigillatim nullum, irritum & inualidum esse debet, & eum, eosue, contra quos talis processus instituetur, aut sententia feretur, nequaquam obliget aut teneat, vlllo modo aut ratione. Sine dolo malo. Et in signum ac testimonium horum, sigillum &c. Ratisbonæ 1532.

Interea dum de Pace, Suinfurti & Noribergæ agitur: Comitia Ratisbonæ à Calendis Martij cœperant, in quibus, de Concilio, de Iudicij Camerae reformatione, de Solymano Turcico Imperatore, qui cum exercitu ea æstate ad Austriæ fines accessit, depellendo: consultatum est. Ac Cæsar ipse, cum exercitu, omnium quos vnquam habuit florentissimo (omnes enim Europæ Principes, Gallo & Anglo & Polono exceptis) auxilia miserant. Viennam vsque descendit. Statim autem redeunte in Thraciam & fugiente Solymano, Cæsaris fortunam metuente, Cæsar etiam dimisso exercitu in Italia hybernauit, ac primum Mantuæ, deinde Bononiæ apud Clementem Pontificem fuit, vbi de Concilio indicendo, & pace Italiæ tuenda actum est.

Monasteriensem Principatum, cum Fridericus comes à VVeda, mense Martio resignasset, ERICVS Dux Brunsvicensis, in Grubenhagen, Alberti filius, Philippi frater, qui iam 24. annos Osnabruggeri & Pad. diocesi præfuerat, vocatus, sed ob mortem statim secutam, non introductus est. FRANCISCVM igitur, comitem à VValdec, Philippi senioris filium, Volradi II. patrum, clementem & bonum Principem, mense Iunio, Episcopum Monasterienses & Osnabruggeres eligunt, cuius gubernatio, ob religionis dissidia & exortos inde motus ac seditiones magnorum periculorum, curarum & laborum plena, primis aliquot annis fuit: Anabaptistis, urbem Monasterium occupantibus, & eiectis veteribus incolis, regnum Sionis novum in ea constituentibus. Quam magnam cum difficultate diutius biennio ferè obsessam, armis & fame tandem expugnauit. Quæ Historia vnà cum præcipuorum errorum ab Anabaptistis sparsorum refutatione Tomo II. Lutheri Germanico, aliquot scriptis exposita, & lib. 10. Sleidani breuiter compræhensa extat.

**P A D E B O R N E N S E M** dicecesin, Erico Duce Brunsvicensi, Grubenhagio, extincto, HERMANNVS comes à VVeda, Colonienfis archiepiscopus, Princeps natura bonus & beneficus, & Pontificiæ religionis eo tempore Zelator, administrare cœpit. Cœperant in vrbe Padeborna liberius se in ecclesiasticorum vita impuriore & abusibus quibusdam taxandis ciues exerere, & Lutheri Odas Germanicas canere anno 1527. Cum igitur in conuiuio Vernali, quod more ibi vsitato celebrari solet, ministri Canonicorum, choreas cum ciuium vxoribus & filiabus ducere liberius & inuerecundius viderentur: iuuenes ciues offensi, eos obiurgant, & ex chorea digressi in templum, occupato choro, perludibrium cantiones sacrificulorum imitantur, & libros lacerant. Huic petulantia, episcopus non immeritò grauissimè indignatus, urbem bis mille aureis multat, & immunitatibus quibusdam priuat, & Senatum ac ciues eò adigit, vt nunquam se Lutheranam Religionem admittere in urbem vel le, promitterent. Sed mortuo Erico, ciues, duobus templis, Euangelicos ministros, Iacobum Musingum & Christophorum Danum præficiunt. Canonici, vt auertere hanc mutationem religionis, & damna ipsis inde emeritura, possent: potente episcopo sibi opus esse iudicabant. Itaq; Hermannum Coloniensem archiepiscopum hac conditione postulabant, vt Lutheranismum, in urbem iam inuectum, aboleret.

Hermannus mille equitibus & Georgio Duce Brunsvicense, Adolpho Schauburgense coadiutore suo, Simone Lippiense & Ottone Ritbergen- se, & aliorum comitum ac nobilium manu comitatus, Padebornam die Dionysij ingreditur & iuramentum fidelitatis à Senatu & ciuibus sumit. Quo accepto, statim tres concionatores novos compræhendi, eosq; curru impositos, addito præsidio, Arnsbergam duci iubet. Cum autem caelo pluuioso, milites custodes, relicta via regia lutosiore, semi-

1532.

tam sequerentur, auriga aberrans, in pagum vrbi Susato parentem peruenit, vbi à ciuibus Susatensibus agniti pastores Susatum ducuntur. Auriga cum curru vacuo dimittitur. Reposcenti autem episcopo captiuos, & ni redderentur, graua minanti, Senatus Susatensis, Pastores captiuos in sua vrbe Iuri sistendos esse episcopo & alijs, eos accusare volentibus, ostendit. Sic diuinitus pij doctores conseruati sunt.

Padebornæ, Episcopus Hermannus, velut discessurus, conuocat ciues in hortum Benedictinorum, hospitio suo contiguum. Ciues instans periculum præfagientes, consilium à Senatu petunt. Consules eo tempore purioris doctrinæ hostes, & Canonicorum amici, hortantur vt eant. Episcopum nihil moliri hostile, tantùm clementer ciuibus valedicturum esse. Dum ciues in hortum illum muris vndique septum inermes se conferunt, armati, equites, forum, præcipuas plateas, & portas occupant. In Horto cœnobij interea, Episcopus, proluxa oratione, suam erga Senatum & ciues illius vrbis beneuolentiam & fidem, & sollicitudinem de præsenti & æterna illorum salute, & pace ac tranquillitate vrbis tuenda, declarat: Quam seditiosorum quorundam, & DEO ac ecclesiæ rebellium ciuium contumacia & petulantia turbatam se restituere ac conseruare, rebelles verò illos se officij ratione punire velle, ostendit. Deinde ex charta legi nomina ciuium Euangelio fauentium, & hos in carceres rectà abduci. cæteros domum redire, ac vt obedientes & pacis publicæ amantes deceat, quietos sua agere; & omnem à se beneuolentiam expectare iubet.

Post aliquot dies instinctu Canonicorum, quibus gratificari initio Gubernationis episcopus cupiebat, captiui ciues, in forum producti sunt, vt extremo supplicio afficerentur. Ibi carnifex, qui vsitato in illis locis more, capitalem sententiam pronunciare solet, multò canonicis mitior ac melior, aduersus innocentes, & nihil capitale meritos, ferre sententiam recusat, & gladium, quem in fontes ac flagitiosos, non in homines probos ac integros stringere debeat, Magistratui reddit. Interea matronæ ac virgines in foro eiulantes, passis palmis coram Episcopo ex curia cum suis prospectante, procidentes deprecantur: ac consiliarij quidam ipsi, pro miseris intercedunt.

Episcopus igitur, in custodiam, sedecim illos, ex faucibus mortis liberatos, reduci iubet: ac postea motus misericordia, vitam eis donat, & pecunia multatos, integrum annum captiuos in suis ædibus manere: Pontificiam verò religionem in omnibus templis restitutam, vnicam & solam deinceps seruari mandat. Hic Padebornensis illius Tragœdiæ exitus fuit.

Die Palmarum, in Templo cathedrali vrbis BREMÆ, Missa & cæteræ cantiones & ceremoniæ Pontificiæ, celebrari desierunt. In ea vrbe iam decennium ferè propagationem euangelij strenuè noui ecclesiastæ cum collegis urgebant, & in Senatu, autoritate Meineri à Borken, Danielis à Beuren senioris coss. Conradi Kenkelij, Henrici Esichij, Theodori Meier & aliorum senatorum defendebantur. Archiepiscopus fremens &

& indignans non tantum quod religionem & ritus vsitatos mutassent, verum etiam quod urbem ipso invito munirent, & cœnobium Paulinum suburbanum ea de causa destruxissent, horribiliter urbi minitabatur. Verum ecclesiæ ministri nihilominus constanter docere, & Senatus ac ciues urbem aggeribus ac fossis circumuallare pergebant, & se ad rationem factorum in iure reddendam offerebant. Sic aliquot annis fluentibus, canonici, in summo templo nihilominus adhuc sacra sua Pontificio more seruabant, donec alijs de causis mota in vrbe seditione & trucidato superiore anno commendatore Rodolpho Bardeuischio, & ciuibus primum 40, deinde 104. senatui in gubernatione adiunctis, cum multa hi petulantè & seditiosè aduersus Senatus voluntatem patrarent tandem sacrificulorum in templo cathedrali cantiones, Missas & alios ritus impios aboleri, & à sinceris euangelij ministris veram doctrinam in eo doceri, & pios Psalmos cani flagitant.

Senatus grauissimè hoc institutum dissuadet, nec vllam sibi jurisdictionem aut potestatem esse in archiepiscopi templo aliquid constituendi, demonstrat, rogat ne Pacificationem, Suinfordi, inter Euangelicos & Pontificios ordines, inchoatam, non necessaria Templi cathedralis occupatione, violent, aut perturbent, nec occasionem Henrico Duci Brunsvic, archiepiscopi fratri, ad Ratisbonensia comitia iam profecto, præbeant, nouas, aduersus ciuitatem Bremensem coram imperio, querelas instituendi. Satis multa ciues templa habere in quibus purè euangelion doceatur, vt non necesse sit archiepiscopi & Canonicorum voluntates nouis offensionibus exacerbare, admonent de periculis quæ ciuitati & priuatis, mercaturæ causa peregrinantibus, inde existere possint. Addunt se Ernesti Ducis Luneburgensis & Doctoris Urbani Regij consilium expetiuisse, qui dissuaserint. nec vllam ciuitatem aliam Euangelion amplexam, ne Magdeburgenses quidem aut Brunsvicenses canonicorum templa occupasse.

Ciuium orator, respondens, Senatus pusillanitatem, & languorem in verbo DEI promouendo, reprehendit, nec homines aut pericula magis, quàm DEVM timenda esse disputat, cum iuxta Prophetam plures nobiscum sint, quàm cum hostibus, Nec se Doctoris Urbani Regij, vel alterius consilium in hac causa requirere, cum pater cœlestis IESVM CHRISTVM doctorem ipsis dederit, & audiri præceperit. Denuò igitur 104. viros Senatum rogare, vt Euangelium in Templo cathedrali sinant doceri, nec velle communitatem ciuium id sibi negari concludunt.

Tandem itaque Senatu assentiente, Decretum fit ex ciuium voluntate, quod Ministerio statim significatur. Dominica igitur Palmarum, Iacobum præpositum, ecclesiæ Superintendentem, in templum cathedrale ad suggestum deducunt, qui euangelion Dominicæ, de Pompa ingressus Christi, & eiectione ementium & vendentium ex templo, quod cum præsentia actione prorsus congruere videbatur, pro concione exposuit, & sequentibus diebus Palsionis Christi historiam explicauit. Ante concionem, ciues, chorum ingressi libros canonicorum claudunt, ac vt deinceps

## SEDITIONO BREMENSIS.

sileant, & ceremonias suas omittant sacrificuli mandant. Sic Missæ & ritus Pontificij in templo cathedrali Bremæ primùm intermissi, in hodiernum vsq; diem non sunt restituti.

Sabbatho post Paschæ, 104. viri placere communitati ciuium ostendunt, vt Domus & cauponæ pascuis ciuium contiguæ & aliæ extra vrbe[m] destruantur, & Pascuorum limites à ciuib[us] præscripti definiantur, & redditus ex campis & agris alienatis in commune ararium referantur. Cumq; Senatus non posse se assentiri ostenderet, vt cuiquam quod suum esset, aut tranquilla possessione teneret, ante cognitionem causæ, & iuris processu legitimo non seruato, eriperetur: Centum viri contra ex Senatu quærunt, An ferre possit Senatus, vt 104. viri dictos campos & pascua, saluo cuiusq; iure, statim occupent, & in Reipublicæ vsus conuertant? An Senatus suo nomine denunciare velit, vt intra diem certum quilibet literas & documenta, de prædictis bonis sua producat, Non obtemperans, post illum diem non amplius audiat, & bonis careat? Tertio, si quid inde damni aut periculi existat An Senatus eandem cum communitate sortem subire velit? Respondet Senatus, hæc postulata omni iuri diuino & humano, omni æquitati, suis iuramentis & obligationibus scriptis aduersari, Nec Senatum vltius pascuorum causam cum ciuib[us] tuendam nisi iure vel amica transactione, suscepisse. Intra has iuris & æquitatis metas si se contineant ciues, Senatum eis coniunctissimum fore, Vim verò iniustam se nec probare nec adiuuare posse. Cùm enim iustitiæ se custodes fore iurauerint, orare ciues, ne à se ea petant, quæ nisi periuri & scelerati haberi velint, præstare non possint.

Centumviri his auditis irati & frementes, communitatem ciuium conuocari petunt, & plerique indignantes ex curia discedunt. Postridie cùm intelligerent Consules hoc agi à centumuiris, vt coacta plebe furente, Senatum in curia tantisper detineant, & cogant, donec articulos ciuium assensu suo comprobent & confirment: eadem die circa vesperam ex vrbe alius aliâ porta egressus, pleriq; verò ineunte nocte nauiculam conscendunt, & secundo Visurgi in arcem Bederkeffe, ciuitati subiectam, conueniunt.

Hinc accuratis & grauibus literis seorsim ad singulas parochias scriptis sui discessus causas necessarias exponunt, & ad publicam patriæ salutem & tranquillitatem, remotis seditionum ducibus, constituendam, ciues hortantur. Hæ cum in singularum parochiarum conuentibus legerentur, & sanorum ciuium, ac pastorum imprimis, qui iam toto biennio seditionum molitiones publicè taxauerant, & de obedientia legitimo senatui præstanda, & seditionum pœnis diuinis monuerant, grauissimæ cohortationes accederent: tandem decretum maioris partis ciuium, de reuocandis Coss. & senatoribus, qui discesserant & abolendo 104. ciuium antisenatu, factum est. Reuersi igitur initio Septembris Consules & senatus collectis secretò optimis ciuib[us] & alijs armatis, certo die clausis portis, tres duces seditionis in vincula conijci curant. Eo animaduerso, pleriq; ex 104. viris aufugiunt, ex his vnus & viginti latrocinij in Commendatorem admissi, postea accusati perpetuò ex vrbe excluduntur. Alij aliquot captiui capite pœnas luerunt. Talem Seditio illa triennalis exitum tandem sortita est.

Albertus Marchio Brand, qui militum Teutonicorum Borussiae Magisterium in Ducatum hereditarium conuerterat: eaq; de causa à reliquo ordine, qui nouum Magistrum seu Principem ordinis VValtherum à Cronberg statim elegerat: corà Cæsare & Camera iudicio accusatus erat: cum Cæsar in comitijs Augustanis Transactionem cum Poloniae rege, uelut in detrimentum Imperij factam, die 14. Nouembris rescidisset, nec tamen ille pareret: tandem à Camera iudicio, solenni ritu subditi promulgata sententia, proscribitus est. Etsi autem varia, aduersus ducem Borussiae Albertum, à VValthero Cronbergo, in singulis imperij conuentibus executionem flagitante, tentata sunt: & successor VValteri VVolfgangus solenni ceremonia, collatis ipsi Borussiae magistratus insignibus, à Cæsare Carolo Spiræ 1544. inauguratus est: tamen in possessione ducatus Borussiae, sub Poloniae regis patrocinio Albertus toto uitæ tempore, ad annum 1568. permanfit, eamq; ad hæredes transmiffit.

1530.

In Saxonia superiore, optimus Princeps, & veræ pietatis ac sinceræ Euangelij doctrinæ cultor & confessor constantissimus, & Ecclesiæ Nutritius singularis, ac verè pater patriæ, IOANNES, dux Saxonie elector, sedecima Augusti anno ætatis 63. (natus est enim 1469. 29. Iunii) rebus humanis exemptus est Sueuiciae, cum Paulò ante filium successorem Ioannem Fridericum, in Franconia Coburgi aliquandiu habitaturum à se dimiffisset. Huic humato, laudationem funebrem Philippus Melanthon dixit, eamq; post aliquot annos retextam denuo edidit, quæ illustre Boni Principis exemplum continens omnium cognitione dignissima est. Eodem anno fororius Ioannis, Henricus Dux Luneburgensis, Lutetia Parisiorum in exilio mortuus est. Vnde corporis exuuiæ Cellam Saxonum pia filiorum cura relatae sunt.

ERNESTVS, comes Mansfeldensis, Alberti filius, Guntheri nepos, qui Helderungæ sedem aulae habuit, mense Maio in viuis esse desijt, cum 22. liberorum parens fuisset, ex quibus filij virtute, vel officijs ac dignitatibus, vel rebus gestis celebres fuerunt: ERNESTUS Decanus Magd. PHILIPPUS locum tenens Cardinalis Moguntini in Salinis, pater Hugonis & Brunonis, qui nunc Bornsteri habitat: IOANNES GEORGIUS minister Electoris Sax. apud quem Dresdæ 1579. obiit; pater sedecim liberorum, & in his AGNETÆ coniugis Gebhardi Truchsesij arch. Colonienfis, PETERVS ERNESTUS Gubernator ducatus Lützenburgensis, cuius in Belgicis & Gallicis sequentium annorum historijs mentio crebra extat, IOANNES GEBHARDVS archiepiscopus Colonienfis obiit 1562. Ioann. Hoierus in Artern, decem liberos reliquit. Io. Albertus in Arnstein, totidem: Ioannes Ernestus &c. Margareta Ioachimi I. marchionis Brand. filia, Georgij Pomerani vidua, iuuenula, Ioanni Principi Anbaldino, Ernesti filio nupsit, ex qua Carolus anno 1534. 24. Nouembris, Ioachimus Ernestus (qui solus hoc tempore superest) 1536. 21. Octobris, Bernhardus 1540. nati sunt.

Eodem ferè tempore non procul ab Oeniponte conspecta sunt hæc *Φαινόμενα* in cælo, Camelus progrediens extra duos montes, & respectans circum illos montes, & circa Camelum vndique flamma erat: Deinde prodibat Lupus extra duos montes & respectans, & vomens, sed non erat circa montes Flamma. Tertio loco erat Leo progrediens, & stabat in ipso aditu cataphractus vir, Leonem blandè contrectans vna manu, altera Leo ei pedem porrigebat, quasi ipse quoque blandiens. Quarto loco stabat Aquila in vno colle pedem vnum habens, altero pede videbatur petere viri collum, nec attingere. Hoc prodigium ideo annoto, quod in Philippi orationibus alicubi illius mentio fit. Cometa etiam mense Septembri duabus ante solis exortum horis, conspectus est, radijs inter meridiem & occasum longo spacio porrectis, & Ancona, Piceni vrbs, maris Adriatici portu commodissimo ornata, in Pontificis Romani, cuius socii pius & fœderata solummodò erat, Imperium & potestatem tota peruenit.

M. D.  
XXXIII.

Cùm ex Italia Cæsar in Hispaniam traiecisset: Legati Pontificis Clementis & Cæsaris Caroli: deliberata vtriusque, de Synodo ad Ioannem Fridericum Saxoniam ducem electorem & ceteros detulerunt. Hos Vindictiam appropinquantes, Magnus dux Megapolit. adolescens, Henrici filius, qui tum in aula Saxonis amirani, viuebat, latina oratione, mense Iulio, excepit. Quo mense iterum cometa mane in ☿ solem præcedens apparuit. Qui geminos ☽ & ♀. quadraginta illis diebus, quibus conspici potuit, peragravit. Secuta est mors Friderici Daniæ regis optimi & pacifici, cuius quatuor filij, & tres filia superstites fuerunt: CRISTIANVS III. Daniæ rex: ADOLPHVS natus 1526. & Fridericus, natus 1529. Holsatiæ duces: & Dorothea nata 1504. Alberti Borussiae ducis vxor: Elisabeta, nata 1524. quæ Magno & Ulrico Ducibus Megapolitanis postea nupsit, & Dorothea I. Christophori Megapolitani coniunx.

1525.  
1543.  
1556.  
1573.

Lubecenses, vt Hollandorū antea insolitas in mare Balthicum nauigationes, quibus merces ex regno Sueciæ, Liuania, Borussia: Lubecam antea, velut ad statum Orientalis maris emporium deferebantur, in Belgicū auertebant, eaq; de causa regem Christiernum in Noruuegiã reduxerant: impedire & excludere possent: Georgium VVollenveuerum, qui Paulò ante Senator, & intra mensem consul factus fuerat, Haffniã mittunt petitum à Senatu regni auxilia, aduersus Hollandos paulò antè promissa. Cùm autè post aliquot hebdomadarum tractationes, Senatus regni, tandem ob regis Friderici obitū, nihil hoc tempore in ea re constitui posse, ostenderet: Lubecani nihilominus cum fœderatis ciuitatibus, classem aduersus Hollandos in occidentalem Oceanum mittunt: & militibus classarijs, Marcum Meier capitaneum præficiunt, qui superiore anno, Lubecensium pedites ad expeditionem Turcicam, à Carolo V. & toto Imperio in Vngariam susceptam, duxerat, cùm antea faber ferrarius Hamburgæ fuisset, & iam annos aliquot militiam secutus esset. Nunc verò aduersus Hollandos  
in mari

in mari Britannico bellum gerens, cum in Britannia alicubi appulisset, primum captus, deinde libertati restitutus & à rege Henrico VIII. equestri dignitate & donis ornatus, Lubecam redijt, vbi consulis Georgij V Volenveveri viri facundi, & intelligentis, sed *ιδιοεξαρτωντος*, & suo ingenio ac industria spretis Senatus auctoritate & collegarum sententijs freti, animo occupato, fax belli cum Hollatis & regno Daniæ, cum quo totos decem annos ciuitas Pacem & foedus habuerat, & tristium, quæ secutæ sunt calamitatum, autor fuit.

Inter Ernestum ducem Luneburgensem, & Senatum vrbis Luneburg, de iure patronatus cœnobij D. Michaelis, intra muros vrbis Luneburg, siti, acris disceptatio fuit. Cùm enim principum Luneburgensium antecessor, Hermanus Billingus, Saxonix dux, ab Ottone I. creatus, cœnobium illud in monte Calcario, vnà cum arce fundarit: ad se pertinere proprietatem & tutelam monasterij omniumq; illius bonorum, princeps contendit. Qui cum vitam Monasticam, & abusus Missæ, aliosq; cultus impios cum verbo Dei pugnantes, in sua ditione tolerare non debeat ad se transferre bonorum cœnobij illius administrationem, & Abbati priori ac monachis, dum viuerent, de victu sufficienti & honesto providere instituit. Senatus Luneburgensis è contra, se veros & proprietarios cœnobij illius patronos affirmabant, quod cœnobium illud Arce annexum, Arce legitimo bello capta, funditus destructum, in alio vrbis loco, ipsi suo sumptu reedificassent, & dotassent, & iam accedente præscriptione ultra hominum ac centum annorum memoriam, & ipsius Principis & hæredum eius patientia & consensu tacito, lus patronatus monasterij illius, omniūq; eiusdem bonorum intra & extra muros contentorum possedissent. Ideoq; se ad defensionem & protectionem eorum obligatos esse, ac si necessitas vel utilitas Reipublicæ exigeret, Monasterium non principi, sed ciuitati ad contribuendum teneri. Quod item non liceat principi vigore Regalium, huiusmodi bona in alios vsus transferre aut confiscare vt vacantia, cum ipsi proprium fiscum in ciuitate habeant & ab ipsis bona ista manerint. Et quia fide jurata monasterio obligati sint & Imp. Sigismundi & Friderici III. literis ac recenti etiam Caroli V. mandato, tueri ac defendere monasterium ac bona illius omnia iubeantur non posse absq; infamia se monasterij defensionem deserere.

Cùm autem princeps nihilo minus seuerè vrgeret: & hi ad Imp. & cameræ iudicium provocarent tandem ita transactum est, vt Abbas Herbortus de Holle, & collegæ monasterij, vitiosis cultibus abolitis, eandem cum tota principis ditione & ciuitate Luneburgensi religionem emendatam deinceps amplecterentur, & scholam pietatis & bonarum literarū in cœnobio fouerent, ac vicissim bonis & redditibus suis nondū accisis fruerentur.

HOXARIÆ ad Visurgin, propè Corbeia, primus Euangelij doctrinæ femina sparfit, & Pontificios abusus publicè taxauit Ioannes V vimenstedius, qui in Ioannitarū monasterio Halberstadij ante octennium euangelion aliquot annis docens, & consideratè ac modestè vicia & abusus Pontificios taxans cum Eucharistiâ sub vtraq; specie distribuere publicè conaretur ab officiali & præfecto episcopi vrbe eiectus V Vittebergâ ad Lutherū se contulerat, à quo Einbeccam missus est, vnde hostium veræ doctrine, in senatu  
& or-

& ordine patritiorum improbitate, petulantia & fame eiectum, se publico scripto queritur. Sed Hoxariâ quoque discedens deinde Quedlinburgum, postea Goslariam se contulit, vbi doctrina salutari & vita doctrinæ respondente ecclesiam ædificauit.

**BREMÆ** compressa seditione, & restituta Senatui Bremensi pristina authoritate, & domestica Reipublicæ pace; collegium canonicorum templi cathedralis, redditum in urbem, & sua sibi sacra, & Missas ac cæteros ritus Pontificijs vsitatos seruandi facultatem restitui petit. Reuersionem in urbem ad pristinas dignitates, bona & redditus, quos in vrbe habebant omnes, prolixè eis Senatus concedit, & defensionem aduersus iniurias promittit. Sed Missæ ac Ceremoniarum cum verbo DEIPUGNANTIUM instaurationem, se bona conscientia permittere non posse ostendit. Cumque Canonici cum archiepiscopo vehementer ac imperiosè instarent, ad Ioan. Fridericum Electorem Saxonix, & Ernestum ducem Luneburgensem, & cæteros Augustanæ confess. nomine confœderatos, Senatus decurrit, & Theologorum VVittebergenis ac Marpurgenis exquirat consilium. Theologi respondent, Cùm senatus Urbis nullam in Canonicos templi cathedralis Iurisdictionem habeat, iustè non posse senatum vi alienis subditis, ea in re, imperare, nisi amica transactione & allegatis grauibus causis, & metu nouæ seditionis, canonicos moueant, vt sua spontè à proposito desistant. Sed Electoris Saxonix & Ducis Ernesti, nomine omnium confœderatorum, intercessione, hoc tandem à capitulo metropolitane impetratum est, vt suæ securitatis, quæ nouis seditionibus turbari denuò facillè posset, rationem habentes, ceremoniarum suarum instaurationem deinceps etiam aliquantisper quiescere sinerent, donec in nationali vel generali Synodo hæ Religionis controuersix componerentur. Ita hoc anno cum canonicis templi metropolitani, & sequenti etiam cum archiepiscopo Duce Brunsvicensi & Luneburgensi Christophoro transactum est, cui pompa solenni urbem ingredienti, & priuilegia ac immunitates urbis omnes à prioribus concessas confirmanti, Senatus ac ciues iuramentum solitum præstiterunt, Archiepiscopum in urbem comitatus est Antonius comes Oldenburgensis.

Excursus  
1534.

Eodem anno, Liber de doctrina & omnibus ministrorum officijs, & ritibus Ecclesiæ Bremensis, à Iohanne Amsterodamo scriptus, & Iohannis Pomerani pastoris VVittebergenis præfatione comprobatus, publicè editus est: & additum Senatus mandatum de Anabaptistis & Sacramentarijs in vrbe non ferendis, vt grassantibus in vicina vrbe Monasterio Anabaptistis & Zuinglianis, publicè constaret, de tota Euangelij doctrina, & Sacramentis Baptismi ac cœnæ Domini, Bremensis Ecclesiæ ministros & auditores, rectè sentire, eosq; ab omnibus seditiosis & fanaticis opinionibus alienos esse.

Nocte, Natalem Christi (ordientem annum 1533.) secuta, Monasterienses, in oppidum vicinum Telget, vbi totius diocesis ordines & in

his Ca-

his Canonici, qui paulò antè ob mutatam in vrbe Religionem, & templa aliquot tumultuosius à ciuibus occupata, ex vrbe discesserant, ab episcopo, ad deliberationem de ratione componendi motus in vrbe excitatos. euocati, conuenerant; eruptionem faciunt, & plerosq; captiuos in urbem cum tripudio die Stephani inuehunt. de quibus redimendis, & pace restituenda & confirmanda, cum aliquoties frustra actum esset: tandem Illustrissimæ Hassiæ Principis Philippi intercessione, controuersia sedata & literis vtrinq; obsignatis, 10. Februarij sic compositæ sunt, vt captiuus dimissis, ciues in Canonicorum collegijs nihil innouarent: in reliquis sex templis, Lamberti, Ludgeri, Ægidij, Transaquas, Martini & Seruatij, quæ occupauerant, doctrinam Augustanæ confess. modestè docerent, & obedientiam episcopo debitam reuerenter præstarent. Sed vix confecta hæc Transactio, à ciuibus inquietis statim violata est, Anabaptistæ enim in urbem irrepentes, Bernardum Rotmannum, ac Hermannum Stapredium, concionatores præcipuos, ac cæteris facundiores, in sententiam suam adduxerunt. Instituta autem coràm Senatu Disputatione, die 17. Augusti, cum Rotmannus palàm se Anabaptistis adiungeret; è contra Ioannes Glandorpius, Buschius, Brixius Nordanus & alij euidenter eos refutarent: Senatus publico decreto discedere Anabaptistas ex vrbe iubet, Sed spreto hoc edicto tandem eò impietatis & dementiæ multi ciues deueniunt, vt palàm Anabaptismum profiterentur ac defenderent, & partes suas, in dies singulos, ignotorum hominum ex vicinis gentibus confluxu, auerent.

In extrema Frisiæ Orientalis versus ortum prouincia, I E V E R N, E D O ditionis Dominus, liberorum suorum, Christophori, & trium filiarum patrocinium & tutelam, vicino Frisiæ Orientalis comiti Ennoni, Ezardi I. filio commendauerat. Is verò, cum non longo post patrem intervallo, Christophorus etiam filius obiisset; ditionem totam veluti sibi ac suis hæreditariam deinceps futuram, occupat. Filiabus Edonis superstibus in arcem Ieuerensem, tanquam in carcerem conclusis. Quibus cum nec de coniugio prospiceret, nec alimenta vitæ honesta præberet: duæ sorores Anna & Dorothea brevè mœrore animi extinctæ sunt. Tertia verò M A R I A, Boingi Oldersenij paterni amici consilio, aula Burgundicæ, si ab ea restituatur, Dominio directo se & ditionem à patre relictam subiicit. Itaque autoritate Caroli V. & paterni illius amici opera & fide, Maria ex carcere liberata, ditionem Ieuerensem deinceps quadraginta adhuc annos virgo, prudenter, iustè & tranquillè gubernauit, & ecclesias passim in suo territorio piè constituit.

Seriem majorum ipsius hoc ordine recensent.

E D O V Vimmeke, Capitaneus Frisiorum Russtringiæ, Ostringiæ, V Vagriæ, conditor arcis Ieueræ.

Frouua filia vnica, nupta Luboni Butiadarum duci.

Hajo Harles, Dominus in Ieuer.

Thanno.

## ELISAB. ANGLIÆ REG NASCITVR.

Thanno.

EDO VVimmeke vxor Heilvvigis filia Gerardi soror Io.  
annis comitis Aldeburgici nupta 1498. ex qua nati.

Christophorus,	Anna,	MARIA,	Dorothea.
		Domina in	
		Ieuern.	

Gerardus comes Oldeburgensis,

Hero Om- meke.	Irmgardis	Ioannes	Heilvvigis	— Edo VVimme- meke. (ke.
BALDASAR	ANTONIVS	co-	MARIA	domina
Dominus in ESENS.	mes	Oldeburgensis,	Ieuerensis,	

Hamburgenses Canonici, sententiam in iudicio Camerae aduersus Senatum de restitutione in integrum obtinuerunt, & Executoriales sub poena 500. marcarum auri, 12. Septembris, Senatui insinuatae sunt.


Seuerinus Dux Saxoniae adolescens, Henrici filius, Mauricij & Augusti frater, cum Oeniponte regis Ferdinandi filijs adiunctus educaretur, VI. idus Octobris obiit, quo mense Clemens VI. cum Francisco Galliae rege Massyliae congressus, patris sui Laurentij magni proneptem Catharinam Mediceam, Laurentij Ducis Urbini filiam, Henrico Francisci filio postea regi, in matrimonium tradit.

Elifabetha, Angliae, nostra aetate, regina die 8. Septembris in lucem edita est: cum mater Anna Boleina 29. Maij Regina coronata esset. Ericus XIII, Sueciae rex patre Gustavo rege, matre Catharina Magni Saxoniae Ducis filia Idibus Decembris; V Vilelmus Vraniae Princeps, patre V Vilelmo, matre Iuliana, Bothonis Stolbergensis filia, 14. Aprilis nati sunt. Magdalena, Georgij Saxoniae ducis filia, Ioachimi II. marchionis Brandeb. coniunx, filium Paulum enixa, 29. Decembris partus doloribus superata obiit: mater Alberti II. & Georgij gemellorum in cunis extinctorum; Ioannis Georgij nunc electoris Brand. 1525. nati & Friderici arch. Magdeb. anno 1530.

Eodem mense Decembri, omnium ferè Principum Saxoniae, Ioannis Friderici electoris, Henrici ducis Brunsvicensis, Ernesti ducis Luneburgensis. Alberti ducis Borussiae, Alberti Ducis Megapolitani, Ioannis Cliuiae, Philippi Hassiae Principis, Francisci episcopi Monasteriensis & aliorum legati, Christophoro Duci VVirtebergensi adolescenti, restitutionem patris VVrici exulis & sui, in Ducatum VVirtebergensem ante quindecim annos a foedere Sueuico sibi ereptum & regi Ferdinando traditum, in conuentu sociorum foederis Sueuici & Caesaris ac Ferdinandi oratorum

torum, petenti, Augustæ astiterunt. Gallia etiam rex, rogatu Christophori, & auunculorum ipsius, VVilelmi & Ludouici ducum Bauariae, Guilelmum Langæum Oratorem eò miserat, qui duabus grauissimis orationibus, VVlricum patrem, quod grauissimas sui delicti pœnas, totos jam quindecim annos exul dependisset, ac Christophorum filium planè innocentem, ducatu patrio indignissimè priuatum, in pristinam dignitatem & statum restitui flagitabat. Inter causas, cur patrocinium innocentis & exulis susciperet, affinitatem quoque cum illo suam, & Christophori cum Casare ac Ferdinando sanguinis propinquitatem allegauit, quæ ex subiecta Genealogia apparet.

Fridericus III. Imp.



Cum autem amica illa tractatione obtineri restitutio à Ferdinando non potuisset, VVilelmus Bauariae Dux, qui Christophorum, ex sorore nepotem, potius quam patrem saluum ac florentem esse cupiebat, & supremus fœderis Sueuici capitaneus erat: hoc primùm agit, ne denuò fœdus illud, quod alioquin eo anno exibat, in plures annos prorogaretur, sed statim dissoluatur, deinde, cum nullam rationem recuperandi amissam ducatus VVirtebergensis Possessionem nisi in armis superesse videret: communicato cum Gallico præcipuè legato, & alijs Christophori amicis, consilio, de pecunia ad bellum mutua à rege Francisco petenda cum Langeo agunt. Is verò, ne Pacem Cameracensem cum Casare initam violare rex videretur, hanc rationem inuenit, vt Montispelicardi comitatum dux VVirteb. regi 120000 coronatis venderet, sic tamen vt redhibitionis conditio apponeretur. Rex Montispelicardi possessionem accepta, Ceruxium illi præfecit. Pecuniâ acceptâ Dux VVirtebergensis exercitum conscribit, cuius auxilijs, sequenti vere in patrium ducatum reductus est, vt sequenti anno exponam, Cuius initio Hamburgi conuentus legatorum aulae Burgundicæ, quorum Georgius de Austria Maximiliani nothus, episcopus Brixensis & Maximilianus Transylvanus, ad quem sunt Erasmi epistolæ, principes erant; & ciuitatum Vandalicarum, cæterarumque maritimarum fuit; in quo quadriennij induciæ, inter Hollandos & littoris Balthici ciuitates, mense Martio sancitæ sunt. Ad hunc conuentum, Cos. Lubecensis cum suo equite Thrasonico Marco Meiero, inusitata ciuitatibus pompa, cataphracti, præcinentibus tubis Hamburgam ingressi erant, sed paulò post, rebus aliter, quam ipsi volebant, in tractatione cadentibus, cum à cæteris ciuitatibus electionem Christiani III. Dania regis probari & adiutum iri

M. D. intelligerent: clam elapsi, Lubecam redierunt, vbi vacatione aliquot Senatoribus data, & nouis suo arbitrio allectis, Senatum denuo mutarunt.

xx xiiii

Interea Christophorus comes Aldenburghensis, Iohannis filius, & captiui regis sobrinus, communicatis cum consule Lubecensi consilijs, comitatus 4000. peditibus, Albim traicit, & publico scripto se expeditionem in Daniam ad liberandum regem Christiernum contra fidem datam à Danis biennio ante custodia traditum) & regno restituendum suscepisse, profitetur. Scribit etiam ad Senatum & communitatem Lubecensem, petens comitatum & auxilia, quæ, consule VVollenvvebero hortante, ob non præstitam à Danis aduersus Hollandos opem, & quod episcopos Danos, ne euangelion subditis & vicinis eriperent, impediendos diceret, facile impetrauit: 60 ciuibus & centum viris totius communitatis nomine applaudentibus.

Transit igitur ad Christophorum Oldeburghensem Marcus Meier, ac vt Christianum Holsatiæ Ducem, quem à proceribus Danicis regem expeti intellexerant, distinerent, arcem Holsatiæ Tritou ad Billenam fl. die Ascensionis Domini, deinde Vtinum episcopi arcem, occupant & Segebergæ obsidionem moluntur, & rapinis ac incendijs passim grassantur. Interea dum Christianus Holsatiæ dux bellum aduersus Lubecenses apparat: Christophorus Oldenburghensis ex Draui ostio in Selandiam traicit: cumq; se captiui regis (quem ciues oppidorum Daniæ, quibus semper magis quam nobilibus fauisse existimabatur, amabant) liberandi ac restituendi causa, venire profiteretur, ab Hafniensibus, nomine captiui regis, in urbem & arcem regiam receptus est.

Christianus die 21. Iunij Dramundam occupat, inde aliquoties mutatis castris, tandem Drauo ad Premesmolam ponte iuncto, occurrentes ciues die 10. Octob. cædit & profligat & omnia infesta ad urbem reddit. Tandem ab Henrico Duce Megapolitano & ciuitatum Vandalicarum legatis, Lubecam profectis, Pax cum Holsatis, excepto Daniæ regno, mense Nouembri facta est. Consul Georgius VVollenvveber, & Marcus Meier, in Daniam profecti, consilia belli cum Aldeburghense contulerunt, & arx VVardenburg in finibus Sueciæ, à Marco occupata est. Eodem anno Rostochij communitas ciuium, à Lubecensibus sollicitata, & per Ioannem Oldendorpium Syndicum Lubec. ad belli Danici societatem inuitata inuito & dehörtante Senatu, Lubecensibus se adiunxit, & 60. viros ex suo corpore delegit, qui cum Senatu Rempublicam administrarent.

Interea Philippus, Dux Brunsvicensis in Grubenhagen Alberti filius agnitam Euangelij veritatem publicè profiteri, & abusus Pontificios in ecclesijs, suæ ditioni subiectis, vbiq; abolere cœpit, euocato ad Reformationem instituendam Nicolao Amsdorffio, qui tum parœcias in reliquo ducatu, tum collegia Canonorum duo Einbecka, ad D. Alexandrum, & D. Virginem, institutis pastoribus puram Euangelij doctrinam sonantibus, emendat, inter quos Ernesto Burmeistero, quem

quem cum D. Godscalco Croppio, prima Einbeccensis ecclesiæ euangelicæ fundamenta iecisse supra diximus, viro docto, facundo, & in collegijs Romæ, Bononiæ, Florentiæ, Colonia olim versato, & in aula Philippi hæctenus euangelion docenti, partem inspectionis ecclesiarum commendat.

H A N N O V E R Æ, etiam sub ditione Erici Ducis Brunsvicensis, emendatio Religionis Pontificiæ publica, quantumvis dissuadente Senatu & Principe in ecclesijs facta est. Etsi enim superiore anno, cum ciuicum communitas, sinceram euangelij doctrinam in vicina ditione Luneburgensi, & vrbe Brunsvicensi, publicè sonantem, sibi etiam concedi supples flagitasset, & assidue ac vehementer vsisset, Senatus cum Syndico & pastoribus aliquot vrbe excefferat, tamen Delecti ex patriciorum ordine noui Senatores, communicatis cum vicinis vrbibus ac Ernesto duce Luneburgico, consilij, ex Brunsvicensi vrbe, Authorem Sanderum, virum prudentem, doctum ac facundum euocant, cui Syndici munus commendant. Consul præcipuus erat ANTONIUS à Barkhusen, cuius pietatem & zelum religionis veræ restituendæ singularem fuisse Urbani Regij scripta testantur, de cuius consilio, Rodolphum Mylium, qui Heruordia studia doctrinarum olim rexerat, inspectorem ecclesiæ præfecit, adiuncto collega Georgio Scarabeo, qui primus semina veræ Euangelij doctrinæ, summa cum modestia, fide, diligentia, & grauitate, aliquot annis sparserat.

1533.

14. Sep.

1524.

Interea Ericus princeps profugorum Coss. & Senatorum querelis inflammatus, itinera & importationem in vrbem aliquot menses claudit, Ciues ex vicina Ernesti ducis Luneb. ditione com meatibus adiuti, munitiones vrbis reficiunt, donec tandem principum aliquot & vicinarum ciuitatum intercessione, persoluta principi 8000. aureorum mulcta, Princeps placatus, & profugi Senatores priuati in vrbem redierunt (mense Augusto) Rebus pacatis, Urbanus Regius Cellâ Saxonum euocatus ordinationem ecclesiæ Hannouerensis, quæ extat, conscripsit, & deinceps, dum vixit, consilij suis ecclesiam rexit,

1535.

Mense Maio, Philippus Hafsia Princeps, Vlricum ducem VVirtebergensem, cuius soror Maria, Henrico duci Brunsvicensi nupta erat, in patrium Ducatum reduxit, quem antea tenuerat Rex Romanorum Ferdinandus, traditum sibi à Sueuico foedere, quod anno 1519. Vlricum eiecerat. Enituit autem virtus Landgrauij egregiè, & in rebus bello gestis, & in moderatione, qua in victoria vsus est. Habuit enim exercitum in ducatu VVirtebergensi rex Ferdinandus, duce Philippo Palatino, Ruperti filio, cum quo Landgravius statim in aditu ditionis conflictit. Eo exercitu dissipato victor postea omnia occupauit munitissimas arces, quas intra paucos dies recepit. Cavit summa diligentia, ne vsquam recepti ac dediti vlla afficerentur iniuria. Disciplinam militarem seuerè conseruauit, prohibuit fruges in agris conculcari, aut pabulationi-

## LAND. HASSIÆ RESTITVIT DVC. VVIRT.

bus absumi, & quoniam mota erant arma contra Regem Ferdinandum, vt res iterum deduceretur ad otium, Princeps Moguntinus & dux Saxoniae Georgius Landgravius focer de conditionibus pacis egerunt cum Ferdinando vt ducatum VVirtebergensem relinqueret duci VVirtebergenfi, verum ita, vt feudi Dominum Ferdinandum ipsiusque haeredes, VVirtebergenfis agnosceret. Hac conditione impetrata, Hesus dimisit exercitum & Pax restituta est. Et cum Ferdinandus Rex æquitate sua laudem meritus est, qui de ducatus VVirtebergenfis vsufructu cedere maluit, quam in Germania maius bellum excitare: tunc Landgrauij moderatio visa est memorabilis; qui cum optimè paratus esset, & occupare plura posset, tamen maluit ab armis discedere, quam videri aliena appetere, fuitque contentus amici ducis restitutione. Dum hæc à Landgrauio aguntur socrus ipsius Barbara Georgij Saxoniae ducis coniunx, Casimiri Poloniae regis filia è viuis discedit.

Aduersus Henricum VIII. Angliæ regem, qui factò cum priore coniuge Catharina, Ferdinandi Regis Hispaniæ filia, fratris Arturi adolescentis 14. annorum olim relicta vidua diuortio, Annam Thomæ Buleini equitis Angliæ filiam duxerat. Clemens VII. Pontifex solennem sententiam, qua prius coniugium legitimum, & diuortium irritum, pronunciat, his verbis conceptam, in consistorio promulgauit. **CLEMENS PAPA VII.** Christi nomine inuocato, in throno Iusticiæ pro tribunali sedentes, & solum DEVM præ oculis habentes, per hanc nostram definitiuam sententiam, quam de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Ecclesiæ Rom. Cardinalium, consistorialiter coram nobis congregatorum consilio & assensu ferimus, in his scriptis pronunciamus, decernimus ac declaramus, in causa & causis ad nos & sedem Apostolicam per appellationem per charissimam in CHRISTO filiam: Catharinam Angliæ Reginam illustrem, à nostris & sedis Apostolicæ legatis in regno Angliæ deputatis interpositam, legitime deuolutis & aduocatis, inter prædictam Catharinam reginam, & charissimum in CHRISTO filium Henricum VIII, Angliæ regem illustrem, super validitate & inualiditate matrimonij inter eosdem contracti & consummati, rebusque alijs in actis causæ & causarum huiusmodi latius diductis & dilecto filio Paulo Capisuncho, causarum sacri Palatij tum decano, & propter ipsius Pauli absentiam, venerabili fratri nostro Iacobo Simonetæ Episcopo Pisaurien, vnus ex dicti palatij causarum auditoribus locum tenenti, audiendis, instruendis, in consistorio nostro secreto referendis commissis, & per eos nobis & iisdem Cardinalibus relatis, & maturè discussis, coram nobis pendentibus: matrimonium inter prædictos Catharinam & Henricum Angliæ reges contractum, & inde secuta quæcunque fuisse & esse validum & canonicum validaque & canonica, suosque debitos debuisse & debere sortiri effectus, prolemque  
exinde

exinde susceptam & suscipiendam, fuisse & fore legitimam, & præfatum Henricum Angliæ regem ad præmissa omnia & singula cum effectu ad implendum, condemnandum, omnibusque iuris remedijs cogendum & compellendum fore, prout condemnamus, cogimus & compellimus, molestationesque & denegationes per eundem Henricum regem eidem Catharinæ reginæ super inualiditate ac fœdere dicti matrimonij quomolibet factas & præstitas, fuisse & esse illicitas & iniustas & eidem Henrico regi, super illis ac inualiditate matrimonij huiusmodi perpetuum silentium imponendum fore imponimus, eundemque Henricum Angliæ regem in expensis in huiusmodi causæ pro parte dictæ Catharinæ coram nobis & dictis omnibus legitimè condemnandum fore & condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reseruamus. Lata fuit Romæ in palatio Apostolico publicè in consistorio, die XXIII. Martij. Anno M. D. XXXIII.

Vt autem promulgatæ huius sententiæ nuncius ad Henricum delatus est, acerbissimas aduersus Pontificem odij flammæ concepit & communicato cum Senatoribus regni præcipuis consilio, omnem Pontifici potestatem & iurisdictionem ecclesiasticam in Anglia abrogat, eamque publico Senatus consulto die 3. Nouembris promulgato in se transfert: **SEMMVM IN TERRIS ECCLESIAE ANGLICANÆ CAPVT**, omnibus edictis & literis præscribit: appellationes ab archiepiscopis, & denarium D. Petri & primos omnium sacerdotiorum vacantium fructus, ac eorundem decimas, & alia Pontifici hætenus pendi solita sibi vendicat: & coniugem dimissam planè auersatus, Annam suam Bulleiam reginæ honoribus exornatam, pertinaciter retinet, ex qua filiam Elisabetham hac nostra ætate regnantem iam susceperat, Legem insuper addit, qua læsæ Maiestatis reus tenetur, quisquis deinceps intra regni sui fines, Papam pro capite illius haberet ecclesiæ. Oratores etiam suos, tum ad alios Christiani orbis Principes, tum in has maritimas vrbes, quæ Pontificis Romani tyrannidem & idola abiecerant, Lubecam, Hamburgam, Rostochium & alias misit, quæ de diuortio sententias inquirerent, & legatos ad se in Angliam mitti, & coniunctionem ac fœdus commune aduersus Romanum Pontificem flagitarent. ac Lubesenses, missis legatis, pecuniam mutuam, ad sumptus belli Danici, statim impetrarunt. Hamburgenses cum Senatoribus Superintendentem etiam suum D. Iohannem Æpinum, petente id rege, ablegarunt. Clemens VII. interea 25. Septembris, extinctus Alexandrum Farnesium senem 70um successorem habuit, qui PAVLVS III. nominari deinceps voluit.

In idem tempus MONASTERIENSIS ANABAPTISTARUM Tragœdiæ Epitasis incidit, quæ occasionem præbuit in omnibus his vrbibus Saxoniacis, Mandata aduersus Anabaptistas & Sacramentarios seditiosos publice promulgandi, & Senatores certos constituendi, qui prouiderent ne Anabaptistæ vel similis farinae fanaticis opinionibus infecti clanculum in vr-

bes irreperent, vel ingressi statim dimitterentur. Anabaptistæ Monasterij die 10. Februarij forum armati occuparunt & munierant, vnde ecclesiastici & ciues reliqui, insidias & cædem sibi parari facile intelligebant. Proinde & ipsi se in cœmiterio Transfluuiano aduersus vim Retinctorum armarunt, Principe & paganis in auxilium vocatis. Sic vtrinque in armis per eam noctem excubarunt. Postridie pagani ante auroram suo more armati adsunt ad quælibet parati. Princeps verò, cum se tam subito armare non posset, aduentum differt. Interea Anabaptistæ Principis aduentum metuentes, hoc sibi studio habent, vt transactione dissidium subito, priusquam Princeps adsit, sopiatur. Agitur itaque vtrinque per faciales de pace & datis vtrinque obsidibus, pax canina inicitur. Inde quisque positis armis suos penates repetit. Mox Anabaptistæ, rupto fœdere, portarum clauis postulant & accipiunt. Cumque diuites iam essent egressi, pro suo arbitrio in vrbe grassantur.

Tandem ad eam magnitudinem Secta creuit, vt iam eius affectu non clanculum, sed palam ad vrbis imperium contenderent. Rebus itaque omnibus iam confirmatis, bonos & innoxios ciues, exutos omnibus, vrbe in exilium pellunt, soli vrbe omniumque profligatorum bonis potiuntur, & hanc, cum obsidionem metuerent, magis magisque muniunt, eamque nouam Hierosolymam appellant, templa fœdant, sacra profanant, deiectis consulibus & senatoribus Pontificijs, sceleratissimos quosque substituunt, ijs quoque tandem remotis, duodecim causarum emergentium Iudices (quos seniores in Israel vocant) eligunt, quibus omnium rerum potestas committitur. Hinc iterum ea forma Reipub. in monarchiam, per Ioannem Leydanum sarcinatorem, hominem admodum versipellem, annorum 26. commutata est, cum se Regem, & Knipperdollingum sibi vicarium constitueret, omnes vrbis opes inuaderet, polygamiam introduceret, eamque contra multorum oppidorum sententiam (vnde horrenda seditio & cruenta cædes est exorta) defenderet, auream argenteamque monetam cuderet, concionatores in varias mundi partes dilatandæ sectæ suæ causâ emitteret, qui omnes, ad vnum interficiuntur. Tandem hic rex, cum prodicionem suæ vrbis timeret, duodecim duces creauit, inter quos Episcopatus & Principatus Germaniæ nondum occupatos partitus est, hos portis vrbis primum præfecit.

Sed vrbem enormi impietate & contumacia, aliisque sceleribus, Deo suoque Principi factam rebellem Franciscus in quadragesima obsedit. In præsidium huius belli tota Diœcesis exactiones aliquoties pendit, ac multis militibus desideratis frustra aliquoties vrbs oppugnatur. Inde princeps præsidio ab Imperio sibi decreto adiutus, belli compendium querens, vallo & fossa interpositis & communitis septem castellis vrbem cinxit, & sic oppidanos constrinxit & arctauit, vt neque exitus neque ingressus in vrbem cuiquam patuerit. Vnde tanta paulatim rerum necessariorum penuria in vrbe esse cœpit, vt omnibus absumptis, canes, felles,

les, glires, ranas, mures, & ea, à quibus natura hominis abhorret, in cibos verterent, neque à propriorum liberorum esu abstinere, & multi fame extinguerentur. Ideo ad arma inutiles vrbe expulerunt.

M. D. XXXIIII  
Anno 1535.

Post diuturnam tandem obsidionem, nocte S. Ioannis Baptistæ, Hensulo Langstrato, milite gregario transfuga præeunte, per fossam & portulam minorem vallum versus patentem, quingenti milites introducti sunt, qui porta vrbs, quæ crucis dicitur, patefacta, exercitum intromiserunt. vrbe capta victores miserandam in Anabaptistas lanienam exercent, occidunt sine discrimine omnes præter mulieres & pueros. Capita execrandæ factionis Bernardus Knipperdollingus indigena, Bernardus Krechtingus pastor quondam Gylthusianus, & Rex ipse Ioannes Leydanus, cum regijs suis insignibus corona, sceptro, calcaribus annulis, & torquibus aureis capiuntur. Author verò & coryphæus huius sectæ, Bernardus Rothmannus, viuis in hostium manus non devenit, sed in prima vrbs inuasionem bipenne dissectus, inter cadauera repertus est. Anabaptistarum bona in usum Diocesis & compensationem damni dati, confiscantur, quorum venditioni, viri octo ex omnibus statibus præficiuntur. Capita seditionis, scilicet Rex, Knipperdollingus & Bernhardus Krechtingus Anno 1536. ad supplicium Monasterium reducuntur, atque ibi 22. Ianuarij, Episcopo & magna populi concione præsentem, in proscenio, in fori medio extracto, candentibus forcipibus dilaniati, & ferreis caucis inclusi, & ad turrim S. Lamberti suspensi, suæ impietatis & temeritatis pœnas dederunt ac per aliquot annos, post recuperationem vrbs, in Anabaptistica sectæ reliquias, Princeps animaduertit, donec radicitus eos in diocesi sua extirparet O S N A B R V G G Æ etiam propter Anabaptisticos furores in vrbe Monasterio grassantes, quibus occasionem præbuisse initio permissa euangelij prædicatio libera videbatur: omnes Euangelij concionatores confelsioni Augustanæ adhærentes, dimissi sunt: in qua vrbe iam ab anno 1521, purioris doctrinæ semina sparsa vigeant. Gerardus enim Hekerus, Theologiæ doctor, Augustinianus, senex, quo olim præceptore Lutherus Erphordia vsus fuerat, statim post primas Lutheri, de Indulgentijs, & pœnitentia, & Traditionibus humanis disputationes taxare Pontificias superstitiones, Osnabrugæ in suo monasterio cœpit, quod in summo templo etiam M Liborius Missingius verecundè & modestè: liberius autem & apertius Ioannes POLLIVS Poëta, Rector scholæ templo adiunctæ, faciebat. Itaque aliquantò post à Canonicis Pollius dimissus, in vicina ditione Tekelnburgensi, sub Conrado comite, primus ecclesiarum <sup>oimnis</sup> fuit. Pollio, Alexander Meppensis, à Ioanne Murmelio celebratus, in Osnabrugensis scholæ gubernatione successerat. Quo tempore Adolphus Clarenbachius Lennepensis etiam, euangelion Ioannis & alia accedere ad se volentibus, extra ordinem interpretatus est. Is ab

episcopo Erico pulsus, Coloniam venit, vbi ob constantem Euangelij confessionem ignis supplicio affectus beatam martyrij coronam adeptus est. In templo D. Catharinæ, Ioannes quidam Hadepollius, iam ob anno 1525. qui VVilhelmum Santphurdum collegam habuit, tum quidem ab episcopo Erico eiectum, & priuatim ciuium liberos erudientem sed qui post aliquot annos episcopi Francisci VValdechiani aulicus concionator factus, instaurandarum in vrbe Osnabrugæ & tota Diocesi ecclesiarum autor fuit, vt suo loco monebimus. Hoc verò anno 1534. cum sex Anabaptistæ, Monasterio Osnabrugam, passim in plateis & alibi concionantes, emissi essent; hi Senatu capti, & episcopo traditi, & omnes diuersum à Pontificijs docentes ab officio remoti sunt.

Controuersia inter Ennonem Ezardi filium, Frisiam orientalis comitem & Baltasarum Dominum in Esens, cuius ditione patria ab Ennone ferè eiecti patrociniū Carolus Geldria dux susceperat, composita sunt: ita vt in integrum Baldasarus, reddita per Ennonem arce VVitmunda, restitueretur, Enno vicissim arcem Gretam, à Carolo Geldro ipsi ereptam, reciperet.

Ioannes AVENTINVS, qui Boiorum annales edidit, & in his Saxonorum ac etiam cœlarum & rotius Germaniæ Imperij Romani res maximè memorabiles fideliter complexus est, die 9. Ianuarij ex hac vita decessit.

Ad Danici belli societatem, quod maximè hoc anno feruebat Albertus Dux Megapolitanus etiam Magni filius, Henrici frater à Lubecensibus præcipuè inuitatus, Rostochio cum Gyneco exiguis copijs militariibus adiunctis, Haffniam traiecit, vbi iam Christophorus comes Aldenburghensis arcem tenebat. Christianus Holsatiæ Dux, Friderici Daniæ regis filius, à proceribus regni Daniæ præcipuis, refragantibus tamen plerisque episcopis, Rex electus, in Iutiam primùm Erico Banne, equite Dano, & Ioanne Ranzouio Holsato ducibus mouit, vt agrestium multitudinem, autoribus Episcopis Iutis rebellantem armis ad officium reduceret, Quæ cum Alburgum à se occupatam teneret & fortiter defenderet, vi urbem expugnauit & clementem ducem seditiosorum, plumbea corona decoratum palo configi iussit, Inde in VVentzhufel promotus exercitu, sublatis factiosorum ducibus, reliquos obedientiam nouo Regi, iuramento sancitam præstare coëgit. Hinc in Fioniam traiecit, vbi cum Christophori comitis Aldeburghensis, & ciuitatis Lubecensis, (quibus Ioannes comes Hoiensis, Iodoci filius, pater Ioannis postea episcopi Monasteriensis, & Nicolaus comes Tekelnburghensis, Ottonis filius militabant) exercitu, confligit, ac Deo iuuante victor euasit, die vndecima Iunij, comitibus Ioanne Hoiense & Nicolao Tekelnburgico in acie cæsis. Inde Lubecensium classe, quæ in sinu Balthico, traiectum regis recens electi, in Selandiam, prohibere debebat, occupata: cum nihil amplius hostile vsque ad mœnia Haffniæ se ostenderet: metropolin regni Haffniam, quæ à Christophoro comite Oldenb. & Alberto Duce Megapolitano, pro rege  
Chri-

Christierno captiuo, vt aiebant, defendebatur, obsidione cinxit. Cùm autem obsessi eo anno, Caroli V. qui tum in Affrica regno Tunctano expugnato, & restituto regni hærede Muleasse, in Siciliam & Neapolin traieciat; & aulę Burgundicę ac Lubecensium auxilia, frustra expectassent, tandem fame coacti, deditiõnem anno vertente fecerunt.

Lubecenses enim, intestinis in vrbe diffensionibus, & tot externis cladibus fracti, assiduè etiam mandante Imperatoris Camera, vt veterè formam administrationis Reipublicę reuocarent: tandem in conuentu ciuitatum Anzæ eò rem deduci sinebant, vt noui Senatores, & ipse Consul Georgius VVollenyveber officio suo se abdicarent; & Nicolaus Bromsen Consul, qui initio harum mutationum & tumultuum vrbe excefferat: & Senatores veteres (nouis dimissis, & ciuium 60. Antisenatu remoto) exeunte Augusto, in pristinam dignitatem restituerentur, quibus præcipuè curæ fuit, vt composito & sublato cum Danis bello, Pax & tranquillitas Reipublicę domi ac foris instauraretur. VVollenyvebero, vt honestiore prætextu discederet, præfectura Bergerdorfensis ad Bilenam fl. commendata est. Vnde paulò post per diocelin Verdensẽ iter faciens, episcopũ Christophori ducis Brunsvvicensis iussu captus, & in arcem Lycaoniam ad fratrem Henricum transmissus est, vbi post longum carcerem, anno 1537. mense Septembri tandem supplicio affectus & in quatuor partes dissectus est, cum præter alios, etiã Lubecensis Senatus, misso Secretario, eum accusasset: quod bellum non necessariũ ex mera petulantia aduersus vicinũ Christianum ducem Holsatię excitasset: quòd mota seditione veterem senatũ Lubecę abrogasset, & se intrusisset: quòd templa & monasteria in vrbe & toto territorio spoliasset, & quotquot eius libidini aduersarentur, expulisset: quòd tandẽ Lubeca discedens, exitiũ ciuitati, concitatis aduersus eam ciuibus, minatus fuisset. Hic exitus fuit Hominis seditiosi & *πονηροῦ γένου*, prætextu Euangelij Gubernationem inuadentis, & multa non necessaria & iniusta, proprię sapientię & virium fiducia, mouentis.

Lubecensem diocesin, Detleuus Reuentloius nobilis Cimber & præpositus Reinbecensis, qui Friderici Danię regis Cancellarius fuerat, & puriorem doctrinã amabat, regere hoc anno cœpit. Etsi autẽ nondũ anno vertente obiit; tamen eximiũ hoc beneficiũ collegio præstitit, vt impensę belli, in oppidi Vtini recuperatione à Christiano rege electo factę in gratiam episcopi condonarentur, nam id oppidũ sub priore episcopo Bochoaldo, quod consilij ipsius Christianus subinde vteretur, à Lubecensiu duce Marco Meiero occupatũ erat. Detleuo, BALDASAR successit, ex nobilissima Ranzouiorũ gente ortus, qua vix alia nostris temporibus in Holsatia & ducatu Slesuicensi vetustior & amplior, & viris Heroicis, belliq; & pacis artibus florentior, ac vtilius Reipub. in gubernatione seruiens celebratur. Tres autẽ distinctę familię sunt, ab vno stipite propagatę, in quibus Baldasari episcopi proauus, D. Scako eques auratus, non solum principi suo Adolpho, duci Slesuicensi, verũm etiã Sigismundo & Alberto Cæsari, à quo in ordinẽ equitum sui ordinis cooptatus est, familiaris & carus, & virtutis ac rerum gestarũ gloria clarus fuit. Scakonis huius ex filio Henrico nepos fuit Ioannes sacris primũ initiatus & Lubecensis ecclesię Canonicus. Sed relicto sacerdotio,

## VVILELMVS BRVNSIVV.

ex coniuge Margaritæ Broktorfiæ, septem præstantes Heroas genuit, qui omnes Reipublicæ sub Danicis regibus Friderico I, & Christiano III, vtiliter consilio vel manu seruerunt. Casparum præfectum Flensburgensem; Melchiorem aulæ Christiani III. Marscallum, quo immatura morte sublato, Rex se gemmam ex corona sua præcipuam amisisse testatus est: Baldasarum hunc episcopum Lubecensem & præpositum Slesvvicensem; Breidonem, qui auspicijs Christiani Hassniam obsidentis, in agrum Groningensem copias duxit; Henricum præfectum ducis Adolphi Gottorpiensem: Sifridum præfectum ducis Ioannis senioris Haderslebientsem: & Ottonem, Ranzoyiæ arcis, quæ nomen toti Ranzouiorum generi dedit, dominum. Alterius rami à Godscalco propagati, qui DANIELEM ducem belli regis Friderici II, contra Suecos tulit: & tertiæ familiæ in Crummendit, à CATHO deriuatæ, ex qua, IOANNES eques auratus & trium Daniæ regum Consiliarius, & belli dux supremus: & filius HENRICVS regius Vicarius, oculus nobilitatis eruditæ in his terris fulgentissimus, & flore filiorum virtute patri similibus beatus, orti sunt; de quibus suo loco mentionem faciam.

Die 16. Nouembris:

VVilhelmus dux Brunsvicensis, Henrici senioris filius, cum duodecim annos in fratris Henrici custodia fuisset tandem tædio ac metu carceris perpetui, ac valetudinis incommodis adductus, non tantum de tota gubernatione ditionum & hæreditatis vniuersæ, à patre relicta, verum etiam successione in quibuscunque bonis, fratri Henrico, illiusq; liberis ac posteris masculis pro se & hæredibus, cessit, omniq; iuri successionis suo renunciauit. Henricus vicissim ipsi bis mille florenos Brunsvicenses annuos alimentorum nomine promittit, & curiam Gandersheimensem, quam mater illius tenuerat habitandam attribuit, ita tamen, vt nihil in oppidi aut præfecturæ redditibus iuris sibi VVilhelmus arrogaret. His partibus, ambo principes fratres, & omnes ducatus ordines, prælati, nobilitas, & vrbes, sigilla sua appenderunt, & autoritate Cæsarea confirmari curarunt. Verum post aliquot annos, hanc Transactionem, velut vi ac metu VVilhelmo extortam, cognati principes, Ioachimus elector, Georgius, & Albertus, marchiones Brandenburgenses; Io. Frid. elector, Henricus & Ioannes Ernestus Duces Saxonie; Philippus Palatinus & Anhaltini comitijs Ratisbonensibus ab Imperatore rescindi, & irritam pronunciari, petierunt. quod tamen ab Imp. qui Henricum diligebat, & pacta confirmauerat, non potuit impetrari. VVilhelmus tandem in Ducatu Megapolitano exul Myrouiæ vitam finijt anno 1557.

SMALCALDIÆ in conuentu Ordinum Imperij Augustanæ confessionem amplectentium mense Decembri foedus Ducis Saxonie electoris, Landgrauij Hessorum, & ciuitatum, quæ ipsis in causa Religionis coniunctæ erant, breui exiturum, plurium principum & ciuitatum accessione auctum, & in decem annos, initio à Dominica Inuocauit anno 1537, facto, prorogandum esse decretum est. Fuerunt in eo conuentu legati Gallici

Gallici & Britannici *συμμαχίαν* petentes, Sed cūm Cæsarem & Imperium confœderati semper exciperent; Gallica coniunctio intermissa est, Angli- ci, inter quos Eduardus Foxus, Episcopus Hertfurdienfis, & D. Robertus Barns, qui se D. Antonium in Germania nominabat, totam sequen- tem hyemem V Vittebergæ commorati, cum Theologis de Diuortio sui regis, & præcipuis doctrinæ controuersæ articulis contulerunt. Ad Bri- tannum, Dux Saxonix etiam & confœderati, legatos de consensu doctri- næ & fœdere ad mutuam defensionem constituendo sequenti anno actu- ros destinarant: Sed cum posteriorem reginam, Britannus adulterij ac- cusatam magis quàm conuictam, vltimo supplicio affecisset: consilium mittendi Theologos mutatum est. Galli orator in eo conuentu fuit Gulielmus Bellaius Langeus, cui aureum illū de pueris rectè ac liberaliter educandis libellum, Sadoletus, & Xenophontem Philippus postea inscri- psit. Is Regem suum talem moliri dogmatum *Αελλαγιη*, quam ipsa etiā ac- cipiat Gallia, ostendebat, ac denuò regis sui nomine vrgebat, vt ex præcipu- is protestantium Theologis aliqui in Galliam mitterentur, qui cum Parisi- ensibus de articulis controuersis coram rege conferrent. Ea de re Franci- scus Gallix rex ipse, ad Philippum Melanth. superiore Iunio scripserat, Cui cūm Dux Saxonix com meatum proficiscendi in Galliam negaret: Sententiam suam de moderandis controuersijs Religionis, & sedandis do- gmatum dissidijs, scripto complexus est, cuius aliquoties in epistolis ad amicos hoc anno meminit, Quod in quarto operum ipsius Tomo extat.

In Liuonia, V Valtero à Plettenberg, qui vnum & quadraginta annos Liuoniam, in summo flore tum existentem, summa cum laude & felicitate rexerat, extincto: Hermannus à Bruggen, magister Liuonix successit, Quibus ipsis diebus, BASILIVS Moscovix rex moriens, Ioanni filio, puero septenni, amplissimum illud Russorum Imperium reliquit, quod nostra ætate Ioannes, initio felix adiecto Russis Casanæ regno & Astraca- nâ, ad ostium V Volgæ fl. in mare Caspium se exonerantis sita, amplifi- cavit. Postea tyrannus crudelissimus, non in Liunos solum bello Vi- cennali à se vexatos, sed in proprios etiam subditos, immanitate inaudita seuiens, tandem infelix, vniuersam Liuoniam & Russix partem Naruæ & V Viburgo interiectam Poloniae & Succix regibus cedere coactus est, vt suo loco commemorabimus.

Eodem anno 1535. Solymanus Mesopotamiam, Assyriam & Babylo- niam, Thomæ Persarum regis, qui tributum, à patre Hismaele pauctum, pendere proximis annis recusauerat, provincias occupat. Lusita- nix rex III. per duces suos, DIVM Indiæ urbem, ad fl. Indi ostium sitam expugnat, Carolus V. suscepta in Africam expeditione, urbem ac regnum Tunetæ capit, 21. Iulij urbem direptam, Muleasi regi, quem Hariademus Mitylenæus Barbarossa, ex pirata, Algeræ rex & toti Imperio maritimo à Solymano præfectus superiore anno eiecerat, restituit, Arcem verò Go- lettam, in faucibus sinus angustissimis, velut regni claustrum, Hispani- co præsidio munitam, sibi seruauit. Angliæ rex Ioannem Fischerum Roffensem, summa probitate & eruditione episcopum, die 22. Iunij, & THOMAM MORVM regni Cancellarium, excel- lenti ingenio, virtute & doctrina clarissimum, propterea quod legibus publi-

M. D.

XXXV.

11. Iulij.

publicisq̄ue regni decretis, in abrogando Pontificis Romani dominatu, suffragari detrectarent, & quod Regina diuortium improbarent, nec a sententia deduci se paterentur, die 2. Iulij capite multauit.

Eodem mense, in Saxonia, Ioachimo I, electorum Brandenburgensi, anno ætatis 71. defuncto, IOACHIMVS II. filius, ex Elisabetha, Ioannis Daniæ regis nata genitus, successit. Qui (mortua ante sesquiannum coniuge Magdalena Saxonica) proximis Calendis Septembris, Hedvvigem, Sigismundi Poloniae regis ex Barbara Stephani Cepusienfis comitis & præfecti Transyluaniae filia, & Ioannis Vngariæ postea regis sorore natam, Cracouiae sibi matrimonio iungit, ex qua Sigismundum archiepiscopum Magdeb. & Hedvvigem, Iulij ducis Brunsuicensis coniugem suscepit.

HeDVVIGI prInCeps hoC BranDebVrgICVs anno  
PoLonæ Latls IVngltVr aVspIClls,

In pactis dotalibus, successio in comitatu Cepusienfi, Hedvvigis liberis promissa est, Si Stephani posteritas mascula (quod nostra ætate sine hæredibus è viuis sublato Ioanne II, Transyluaniae rege accidit) extingueretur.

Mansfeldenses comites hoc anno, Fodinas metallicas, & Officinas, in quibus venæ excoquuntur, à mercatoribus & alijs, qui hæctenus suo sumptu eas coluerant & conseruarant & decimas excoctionis comitibus soluerant ablatas, ad se transtulerunt. Quæ non modò, discordiæ inter comites perpetua causa fuit, verùm etiam ad extremam egestatem & miseriam plerosq̄ue redegit.

Catharina, Gustavi Sueciæ regis vxor, Erici XIII, biennio ante in lucem editi, mater: filia Magni Ducis Saxoniae, die 23, Septemb. rebus humanis exempta est.

Franciscus Sfortia Mediolani dux 24. Octobris in fata concessit. Quare opulentissima illa ditio ab Antonio Leua occupata in Caroli V, verba iurauit.

**H**Amburgi, ineunte Februario, Bellum, inter Christianum, electum Daniæ regem, & urbem Lubecam, intercedentibus Ioanne Friderico electore Saxoniae & Philippo Landgr. Hassiæ, & ciuitatibus Brema, Hamburgo, Magdeburga, Brunsuiga &c. per legatos, durante adhuc obsidione Hafnienfi compositum est. Eam transactionem Senatus Lubecensis, Alberto Duci Megapolitano, & Christophoro comiti Oldeburgico, qui regis captiui nomine Hafniam defendebant, denunciat, & vt Christiano regi electo, urbem dedant, hortatur, & suis militibus stipendia promissa renunciet. Verùm hi, Ducum constantia & pollicitationibus, & auxiliorum Burgundicorum expectatione, (Fridericum enim Palatinum, captiui regis generum, copias in Belgium, vt inde Hafniam trajiceret, duxisse sciebant) fascinati, ad extremum durarunt.

Interea

Interea, vt Burgundos à cogitatione belli in Dania gerendi, & liberandæ Hafniæ, aliò traduceret Christianus rex electus, singulari & solerti consilio certam equitum peditumque manum Meinardo ab Ham, & Breda Ranzouio Baldasaris episcopi Ludoci fratre ducibus in terram Groningensem Burgundis subiectam miserat, qui Dam oppidum à se captum muniabant, & sede exercitus ibi collocata, longè lateque excursionibus & rapinis in vicinia grassabantur. Sic ad Frisiam tuendam & recipiendum Damum Burgundi reuersi, liberandæ Hafniæ & Danici belli consilia abiecerunt.

Occasionem verò huic in Frisiam, expeditioni præbuit Caroli Geldriæ Ducis aduersus ciuitatem Groningensem indignatio. Cùm enim superiore bello aduersus Ennonem Frisæ Orientalis Comitem, pro Baldasere, Esensi gesto, Carolus à ciuitate auxilia & menstrua pecuniam 16000. aureorum ad militum stipendia flagitasset, Groningenses nullam se iustam vicini comitis, à quo nulla lacessisti essent iniuria, oppugnandi causam habere ostendunt, nec auxilia, nec pecuniã mittunt. Reconciliatus igitur Comiti, dolorem & iram aduersus Groningenses aliquantisper dissimulatam effundere, & vicissim illos vlcisci cupiens Meinardum de Ham, Ducem militum cum mediocribus copijs in Vestphalia collectis Dammam, oppidum agri Groningensis versus Amasin extremum, occupare & munire, Ducis Holsatici Christiani Danici Regis electi nomine, iubet. Inde ad Groningæ moenia euagati milites suburbana loca & pagos vicinos & nauale Groningensium incendunt. Carolus Geldriæ Dux à Senatu de auxilio & defensione ipsis, vt subditis debita, sollicitatus, ostendit se inficio Dammam ab Holsatis captam, & incendijs sæuitum esse. Quod si obedientiam debitam præstent, & de offensis satisfaciant, non se ipsis defuturum esse. Instituto igitur Essæ Legatorum vtriusque partis conuentu, Geldrus ante omnia Dammam muniri, & arcem in vrbe Groninga sibi permitti vrget. Quod cum Groningenses intolerabile iudicarent, communicato cum vicinis in agro Groningensi consilio, à Gubernatrice Belgici Mariæ Caroli Quinti sorore defensionem petunt, ac vicissim subiectionem, cum pactione annui tributi, quantum Geldro antea dederant, promittunt. Mariæ cupidè oblatam subiectionem amplectens, copias ad Vestfrisæ Gubernatorem Georgium Baronem in Tautenburg mittit, cum mandatis, vt Groningam in fidem aulae Burgundicæ receptam aduersus Geldros & quosuis alios hostes tueatur. Is summa celeritate vsus, nocte diem 8. Iunij præcedente Groningam ingreditur, ac sumpto fidelitatis iuramento statim in hostes profectus, loca Damo vicina, VVirdum, Fermsum, & Delfziel occupat. Interea Christianus Holsatiæ Dux, Daniae Rex electus, cum Carolo Geldro, auxilia Menardo de Hamme Dami obseffo submittit ad tria millia, Ducibus Bredone Ranzouio, Ioannis Filio, Baldasari Lubecensis episcopi fratre, & Georgio de Munsterer præfecto VWedensi. Quibus ad VWestervoldam occurrens Schenckius profligatis copijs duces cepit 8. Augusti. Quod ipso die Fridericus Palatinus Rheni,

## CHRISTIANVS III. DANIAE REX.

captiui Daniae Regis Gener, Groningam, ac inde in castra Georgij Schenkij victoris venit. Qui cursum victoriae vrgens, statim ad Dami obsidionem redijt, ac sequenti mense Geldros obsessos ad deditonem compulit, Ducibus Meinardo de Hamme, & Bernhardo de Hacfort ipsi traditis, ac caeteris militibus nudis cum scipione dimissis. Palatinus Fridericus, paulo ante in Selandiam ad classem profectus erat, vt Hafniae in Dania obsessa opem ferret. Cum autem urbem Christiano deditam esse cognouisset, Bruxellam redijt militibus exautoratis, qui ad Geldrum plerique transierunt. Schenkus occupato Damo, & tota regione Groningensi pacata, V Veddam, inde Couerdam Drentae metropolin, Kynhorstum ad Mepelam, & alia loca occupat. Geldrus re infeliciter gesta pacem cum Burgundis, concessa ipsis Groninga & omnibus quae tenebant oppidis, fecit. Quae pax exeunte anno, 18. Decembris Groningae publicata est.

In Dania vero, Hafniae, integrum iam annum obsessi, omnis comitatus inopia & fama Saguntina tandem expugnati, die S. Olai se dederunt. Dum autem de conditionibus deditonis tractatur, tanta Christiani regis electi, erga hostes etiam, clementia & benignitas fuit, vt Alberto Duci Megapol: cuius coniunx puerpera filium Ludoicum durante obsidione enixa erat, & familiae ipsius, cibaria in urbem necessaria, ex castris suppeditaret. Christianus, regno Daniae iam potitus, quassatam continuis bellis Rempubicam, pace, legibus, & omnibus ornamentis ciuilibus recreauit, & piorum ac sapientum virorum consilij vsus, synceram euangelij doctrinam, in ecclesijs & scholis totius regni doceri praecipit, & Academiam Hafniensem collapsam instaurauit, restituit iudicia, causas grauiores ipse audiuit & dijudicauit, & latus sententias executus est, nec tantum praecipiendo & regendo, sed verae pietatis, iustitiae, veritatis, fidei, castitatis, omniumque virtutum exemplis, subditos ad earundem virtutum cultum, & debitum D.E.O. obedientiam flexit.

Episcopus regni Torbernum Bilde Lundensem: Iacobum Rönou Roschildensem: Canutum Guldenstern Otthoniensem: Ivarum Munk, Ripensem: Styggonem Krumpen, Burglauensem: Georgium Fryse Viburgensem: Auonem Bilde, Arhusiensem: Gustavi Sueciae regis exemplum secutus, captos deposuit, quod & electioni ipsius regnassent, & molitiones clandestinas & consilia aduersus eum instituere dicerentur, & verae euangelij doctrinae, quam in toto regno liberam sonare voluit, propagationem aduersarentur. Itaque annis circiter 350. postquam à S. Canuto primum consilij regni publicis adhiberi coeperant, Christianus eos ex Senatu regni remouit, & reditus eorum ac praedia omnia in Regium fiscum redegit, Collegijs tamen Canonorum conseruatis, hac conditione, vt Rex beneficia & canonicatus, suo arbitratu, ministris aulicis & alijs benemeritis conferat, & Canonici in suis templis doctrinam Euangelij, & Missas, aliasque cantiones & cermonias, verbo  
Dei

Dei congruentes, abiectis omnibus idolis & superstitionibus pontificijs, seruent.

Inter Christophorum episcopū & Canonicos Collegij Verdenfis, atrox dissidium exarsit, cuius causam fuisse Episcopi ambitionem & dominandi cupiditatem, Chronicon Verdense ostendit. Cuius verba adscribam, Episcopus natalium suorum stirpe & Ducum Brunsvicensium splendore ac fiducia elatus, præaltos admodum Spiritus gerebat, animoque Imperij avido esset: Canonicos tanta Immunitate & libertate frui, tantumque ipsi dem in subiectos ciues iuris ac potestatis esse, ægrè ferebat & penes sese quocumque in loco, quoscumque apud ordines supremam imperij vim esse volebat. Sacerdotes è diuerso immunitates, libertates, iura, priuilegia, quæ à maioribus per manus acceperant, iactabant, eademque inuiolata se præstare & ad posteros transmittersse velle asseuerabant. Hinc enata inter Episcopum, & Sacerdotes odia nunc occultis dissensionibus ac detractionibus inualuere, nunc in apertas contentiones, non sine vtriusque partis incommodo exiere, veluti quarto supra triagesimum eius Præsulatus anno accidit. Tunc enim sprete imperij contumelia accensus Episcopus cum armato equitum ac peditum agmine in partem vrbs australem ex improviso irrupit, & ciues terrore percussos fidem mutare, nouumque sibi Sacramentum dicere coëgit. Sacerdotes Canonici occupante metu tecti primo latebris mox intempesta nocte vrbe elapsi diffugiunt. Heyno à Mandelslo, qui Decani munere fungebatur, tertia demum die conscensa lintre piscatoria Alleram trajicit, & in pacatum euadit. Effractis dehinc sacri Gazophylacij foribus multa cælati operis aurea atque argentea vasa, signataque pecunia cum vniuersis iurium, immunitatum, priuilegiorum codicillis auferuntur, dirutisque priuatis quindecim domibus cum Diui Pauli sacello noua munitio ceruicibus ciuium imponitur. Neque hoc contentus Christophorus prædia possessionesque Sacerdotum vniuersas inuasit, annuorumque reddituum vectigal totius triennij spacio interceptit, vt illa damnorum acerbitate castigati Sacerdotes censuram ferre & nutum illius sequi consuescerent. Etsi autem proprii animi decreto hanc vim atque iniuriam Sacerdotibus vt plurimum inferebat, non deerant tamen, à consilijs aliqui, qui priuato potius quæstui, quam publico decori salutique consulentes adhæc aliaque antistitem crebris cohortationibus instigabant. Hi namque dicatis templo prædijs possessionibusque vniuersis, vnde Sacerdotes eiectione erant, antistitis liberalitate fruebantur, indeque non tantum splendidè luxurioseque viuebant, sed velut opimis è spolijs admodum ditescabant. Sacerdotes autem vniuersa diuini juris possessione exuti de iniuria sibi ab Episcopo illata apud Cæsarem conqueruntur, & protracta in tertium vsque annum causæ cognitione secundum tandem litis euentum ferunt. Quippe cum quadragesimo primo supra millesimum ac quingentesimum anno Carolus frequentem regulorum antistitemque Germaniæ conuentum ageret Ratisbonæ ad Danubium, Colonia Tyberij: augustali sua autoritate atque

M. D.  
XXXVI.

te atque diplomatis veteres in possessiones Sacerdotes restituit. Illi ergo in urbem sedemq; suam reuersi prædia bonaque vniuersa recuperarunt & erectam à Christophoro munitionem à fundamentis penitus euerterunt. Eius rei veluti ignominia perturbatus Episcopus, etsi imperijs Caroli deterritus ab id genus violentia atque iniurijs in posterum abstinuit: perenni tamen odio sinistrisque machinationibus eius ob offensionis memoriam sacerdotes est persecutus. Inde nulla inter eos sincera animorum coniunctio, sed perpetua veluti inter suspicantes & hostilia ex obliquo molientes dissensio. Indeque relicta frequenter prouincia Christophorus in loca Germaniæ, quæ appellari solent inferiora, quod ad Oceanum sita sunt, quasi decliuia, recessit suaque absentia atque incuria multis iniurijs ac detrimentis, quibus res Verdensis penè euerla est, viam patefecit.

27. Febr.

Philippus Pomeraniæ dux, Mariam, Ioannis Saxoniae electoris, & Margaritæ Anhaltinæ filiam, Torgæ in matrimonium ducit, benedicente coniugibus nouis Martino Luthero, qui peractis ad aram ritibus, manum illi porrigente Philippo stans aliquandiu tacitus, tenens dexteram ducis, clara voce inquit, DOMINUS DEVS sit tecum & Semen tuum non deficiat. Cum autem patruus Philippi Barnimus liberos mares non susciperet, & Philippi coniugium primo quadriennio prorsus sterile esset: planè interitura Ducum Pomeraniæ stirps mascula videbatur. Sed postea dux Philippus, septem ex hac coniuge filios suscepit, quorum quinq; ingenij & naturæ bonitate præstantes, nostra ætate adhuc superstites, patriam concordem gubernant.

FOEDVS SMALCALDICVM, quod ex eunte anno 1530. inter Ducem Saxoniae electorem & ceteros principes, qui confessionem Augustæ vnâ exhibentes, sententia Cæsaris damnati erant; primò inchoatum, & sex annos sancitum erat; iuxta Decretum proximo mense Decembri Smalcaldiae factum, in annos decem propagatum est. Formulam Foederis, quod me puero, in toto Imperio in omnium ore erat adscribo. Nos IOANNES FRIDERICVS, Dei gratia Dux Saxoniae, Sacri Romani Imperij Archimarscalcus & Elector, Landgr. Thuringiae, marchio Misniae: pro nobis & illustris, Ioanne Ernesto, Duce Saxoniae, fratre nostro dilecto: Nos PHILIPPVS, ERNESTVS, FRANCISCVS fratres & agnati, Duces BRVNSVVICENSIS & LUNEBURGENSES: VLRICVS Dux VVIRTEBERG: & Teccensis, comes in Montepelicardo: PHILIPPVS Landgravius HESSIAE, comes in Catzenelbogen, Dietz, Ziegenheim, & Nidda: BARNIMVS & PHILIPPVS agnati, Duces Stettini, Pomeraniæ, Cassubiae & VVandaliae, comites Gutzkouiæ, principes Rugiae. VVOLFGANGVS, IOANNES, GEORGIVS, IoachimVS cognati & fratres, principes in Anhalt, comites Ascaniae, & Domini Bernburgi. GEBHARDVS & ALBERTVS fratres, comites in Mansfeld, Et Consules ac Senatores, Tribuni & communitates sequentium ciuitatum superioris Germaniae, Saxoniae, & maritimarum, Argentinae,  
Augu-

Augustæ, Francofordiæ ad Menum, Constantiæ, Vlonæ, Elslingen, Reutlingen, Memmingen, Campiduni, Lindauia, Biberaci, Isenæ, Magdeburgi, Bremæ, Brunsvigæ, Goslariæ, Hannoueræ, Gottingæ, Einbecæ, Hamburgi, Lubecæ & Mindæ. Fatemur his literis nostro, hæredumq; nostrorum, ac successorum nomine, notumq; facimus vniuersis. Cùm præsentium temporum status admodum periculosus & anceps sit, idque agi videatur, vt qui sinceram, puram & incorruptam verbi Dei doctrinam, per quam varij & multiplices abusus abrogati & mutati sunt: suis ducatibus, oppidis & prouincijs, Dei gratia & auxilio doceri & prædicari sinunt, violenter à tam sancto & Christiano instituto suo abstrahantur; & tamen debitum cuiusuis Christiani magistratus officium sit, non solum curare, vt subditis suis annuncietur Verbum Dei, verum etiam omni diligentia, cura & industria elaborare, ne à Dei verbo deficient vel depellantur; Summa necessitas & debitum magistratus officium à nobis flagitat: si quis præsentis aut futuro tempore, nos, nostrosue subditos, ab agnita veritate verbi diuini, vi armata depellere (quod Deus optimus maximus paternè & clementer auertere dignetur, quodq; neminem attenturum speramus) & ad pristinos abusus iam abolitos & mutatos, rursus adigere conaretur, omni studio & diligentia summisque viribus id præcauere.

Vt igitur eiusmodi violentia à nobis auertatur, & nostrum, nostrorumque subditorum tam animæ, quam corporis exitium euitetur: nos in laudem Dei omnipotentis, & liberiolem ac feliciorlem doctrinæ cœlestis propagationem ac incrementum, ad excitandam & promouendam Christianam concordiam & pacem, in sacro Romano Imperio Germaniæ nationis; adhæc in honorem, vtilitatem & salutem nostrarum ditionum, ciuitatum & subditorum, solummodo ad DEFENSIONEM, & vim iniustam à nobis propulsandam & repellendam, quod cuiilibet non solum de iure naturali & Gentium, verum etiã de iure scripto permissum & concessum est, vnanimiter pio & Christiano fœdere coniunximus, huncq; mutuũ consensum & fœdus pariter approbauimus & suscepimus, idq; harum literarũ vigore recipimus & inimus ea forma & modo, quem iam exponemus, videlicet vt Nos omnes & singuli, nobis mutuò fideles simus, & verò pectore benè velimus, & alij alijs incommoda & damna imminencia auertamus & de ijs præmoneamus. Nemo sciens alterius inimicos & hostes clam vel palam in sua ditione recipiat, tueatur vel elabi sinat.

1.

2.

Cùm autem hoc fœdus, vt iam diximus, tantum ad propulsandam vim, & necessariam defensionem, non vt cuiquam bellum à nobis inferatur, constitutum sit: decernimus si quando contingeret, vt nostrum aliquis, quicumque tandem esset, propter doctrinam Euangelij & fidem, quam profiteamur, vel causas inde consequentes aut dependentes, vel alios prætextus, quorum specie doctrinam præcipuè peti, nos cæteri nondum bello lacepsiti, iudicare possemus, bello peteretur: atque is coram nobis cæteris iuri se sistere & iudicato parere vellet.

Vt nos reliqui, hoc sacro

3.

## FOEDVS SMALCALD.

sacro foedere coniuncti, omnes & singuli, quàm primùm à læso, vel aliàs id certò cognouerimus, non aliter nobis curæ esse socij illius & confœderati causam, ac si nostrum aliquis ipse bello petitus, adeoq; nostra ipsorum propria causa esset, sinamus, & sine vlla cunctatione periculosa, vnusquisque pro sua virili, non expectatis alijs, socio vi armata presso, auxilium & opem præstet, ex angustijs eripiat & liberet, sicut quouis tempore pro rei conditione per nos reliquos commodissimè & vtilissimè fieri posse videbitur, & nostrum vnumquemque caritas & fides ac propria conscientia & salus docebit.

4. Nulla etiam pars, absque alterius consensu & voluntate, vllum contractum, transactionem aut inducias cum hoste faciet. Nec vero Christianum hoc foedus nostrum, vel aduersus Cæsaream Maiestatem Dominum nostrum clementissimum, vel ceteros status S. Romani Imperij, vel quemuis alium, sed tantummodo ad conseruationem Christianæ veritatis & pacis in sacro Imperio Germanicæ nationis & auersione ac propulsionem iniustæ violentiæ, à nobis, subditisque & coniunctis nostris, tantum in casu necessariæ defensionis nostrum, qui iure nos sistere, & iudicatio parere parati sumus, susceptum & sancitum, nec quidquam aliud quaesitum existimetur.
5. Si qui etiam in hoc nostrum foedus Christianum venire velint, qui sancto Dei verbo ac Euangelio adhærent, & sinceram doctrinam in confessione nostra Augustæ, Cæsareæ Maiestati & omnibus statibus Imperij exhibitam, in suis ditionibus & prouincijs vni-formiter doceri, ac prædicari sinunt, eamque constanter amplecti & retinere volunt & debent: hi, omnibus nobis scientibus & assentientibus, recipiantur.

6. Cumque Dominica Inuocauit anni 1537. hoc foedus nostrum Christianum, quo per sexennium nos ceteri, (exceptis Ducibus Vlrico V Virtembergico, Barnimo & Philippo Pomeranis, Ioanne, Georgio & Ioachimo Anhalдинis, & ciuitatibus Augusta, Francofordia, Campiduno, Hannovera, Hamburga & Minda) coniuncti fuimus, finem habitaturum sit. Nos prædictos Principes & ciuitates, amicè & subiectè petentes, in hoc recepimus, & iuxta tenorem Recessus Smalcaldiæ præterito anno erecti, nos vnanimiter coniunximus, vniuimus, & ita conuenimus, vt hoc præsens foedus, à Dom. Inuocauit prædicti anni 1537 ad decem sequentes annos prorogetur, & à nobis omnibus & singulis fideliter, sincerè, constanter, & sine dolo ac fraude seruetur.
8. Quod, si bellum alicui propter verbum DEI, aut causas inde emanantes inferretur & ante decennij huius exitum nondum finitum esset: tamen nihilominus quilibet nostrum, fideliter, bello oppressum, iuuabit, nec quisquam ex hoc foedere discedet, aut se absunget, donec ad finem bellum illud deductum sit. Quo peracto, Christianum hoc foedus consensu partium, ulterius prorogari poterit.
- Hæc vniuersa & singula promittimus nos prædicti, Elector, Principes, comites & Senatus ciuitatum, sub nostro honore, dignis



## FOEDVS SMALCALD.

controuersijs, à summo duce & consiliarijs belli dirimendis: de lucro, si quod ex bello redundet, iuxta proportionem contributionum, diuidendo: si quis ex confœderatis captus fuerit, vel oppida & arces amiserit, ne vlla pax fiat priusquam in integrum restitutus sit &c. sancita, sed suscepto post decennium bello, pauca seruata sunt. Optimum autem, iuxta Isocratem, & firmissimum FOEDVS est, rectè agere. Talibus enim DEVS confœderatus est.

Henricus Dux Megapolitans, Saxonix electoris Ioannis Friderici auunculus, omnino Smalcaldiam, ad huius fœderis societatem cum ceteris ineundam, proficisci constituerat. Sed Cancellarius Caspar Schönauich, perpetuò eum à fœdere dehortatus, tandem constituta iam profectio die, ac equum conscensuro principi persuadet, vt iter illud intermittat. Quod Cancellarij consilium postea, bello Germanico infeliciter cadente, toti huic ditioni Megapolitanæ fuit salutare.

CAROLVS, dux MONSTERbergenfis, GEORGij Pogiebradi Boëmiæ regis nepos princeps Heroica animi & corporis magnitudine præditus, & Silesiæ ac Boëmiæ sub rege Ludoico Gubernator, 31. Maij ex his terris migravit. susceptis ex coniuge Anna, Ioannis postremi Glogouix ducis filia, duodecim liberis, ac in his quinque filijs, quorum vnus Henricus dux Monsterberg. Henrici ducis Megapolitani filiam coniugem sequenti anno duxit.

Seriem familiæ adiungo.

Georgius Pogiebradus Boëmiæ Rex ⊕ 1471. 22. Martij.

HENRICVS dux Munsterbergenfis in Silesia.

CAROLVS Silesiæ & Boëmiæ præses. Albertus. Georgius. Margarita vxor Ernesti Anhaltini.

Georgius. Ioannes. Henricus. Ioachim &c. Georgius Anhaltinus.  
& septem filia, ex quibus Hedvvigis, Georgij marchionis Brandeb. coniunx mater fuit Annæ Mariæ vxoris Christophori Ducis Virteberg. & Sabinæ vxoris Io. Georgij electoris Brandenburg.

DVCVM GLOGOVIENSIVM  
in Silesia series.

Henricus abnepos Conradi, stirpis ducum Glogouix, filij  
Henrici pij, Ducis Silesiæ, à Tattaris 1241. cæsi ⊕ 1397.

Henri-

Henricus Glouienſis

⊕ 1467.

Henricus *à tous*

⊕ 1476.

Ioannes Saganenſis,

⊕ 1439.

IOANNES Dux Glogouix & Sagæ,  
cum Matthia rege Vngariæ bellum geſ-  
ſit 1488. quinque filias habuit, quarum  
tres, tribus fratribus DD. Monſterb. nuptæ.

ANNA, CA-  
ROLO Duci  
Monſterb.

SALOME,  
Alberto  
Monſt.

Hedvvigis,  
Georgio  
Monſt.

Margaretha Barbara  
Baroni Pan-  
noniæ,

Carolus Cæſar, cum Neapoli hybernaffet, Romam menſe Aprili venit, ac de Concilio indicendo diligenter cum Pontifice agit. Interea Franciſcus Gallix rex, Carolum Sabaudix ducem, auunculum ſuum, ab Heluetijs Bernatiaux Geneuam defendentibus, recens malè multatum, præcipuis oppidis, & in his Taurino occupato, patriâ ditione expellit, prætexens jus hæreditatis, quo dimidia Sabaudix pars, quam Philibertus, Philippi Breſſei. ex prima coniuge Burbonia filius, ſine liberis mortuus, ſorori ex vtraque parente ſux Ludoicæ, Franciſci regis matri, reliquiſſet; ſibi deberetur. Veræ autem odiorum cauſæ erant, quod Cæſari Carolo Sabaudus, coniugis ſux Luſitanicæ ſororio, amicior quàm Franciſco videretur, & vetus Aurelix Ducum patrimonium Aſtam ab eo accipiſſet, & Regi Niceam, vbi cum P P. Clemente colloqui ante trienni- um cupierat, & nuper exercitui ſaluum per ditiones ſuas com meatum, negaſſet.

Philippus Breſſeus Dux Sabaudix ex

Burbonia

coniuge

Pontiuerana.

Philibertus Dux  
Sabaudix.

LVDOICA,  
nupta Carolo du-  
ci Aurelix.

CAROLVS Dux  
Sabaudix à Gallo pul-  
ſus 1536. obiit 1554.

Dux Nemo-  
renſis.

FRANCISCVS  
Rex Gallix.

Emanuel Philibertus, à Philippo  
R. H. reſtitutus 1559. obiit 1582.

Carolus.

Eiectum igitur Sabaudix Ducem, Cæſar Carolus, vt reſtitueret, duxit exercitum in Allobroges cuius duces præcipui Læna, Vaſtius, Gonzaga, & Maximilianus Heſſtenius Florentij filius comes Burenſis fuerunt. Poſtea ingreſſus in prouinciam Gallix ad Rhodanum vſque, cum propter inopi-

M. D.  
XXXVII.

inopiam com meatuum & luem in exercitu grassantem, pergere non posset, rediit in Italiam re infecta, amissa magna parte exercitus fame & dysenteria. Eodem in loco mortuus est Antonius Laua Hispanus præstantiss. Ducum Cæsaris Caroli, qui Genuam reuersus mense Octobri in Hispaniam traiecit. Cùm Monferratensem ditionem, quam Sabaudus & Salusis marchio & alij ambiebant, FRIDERICO Gonzaga, cui Margarita Palæologa, Bonifacij postremi marchionis Monf. soror, nupta erat adiudicasse.

Interea in Belgico, Henricus Nassouius, Renati principis Vraniz pater, VVilelmi patruus, Peronam irritò conatu obsidet, defendente eam fortiter & feliciter Florentio Marcano, III viro Galliz, Roberti, quem Carolo V. bellum indicentem, ab hoc Nassouio, auspicijs Caroli, tota ditione eiectum fuisse anno 1521, diximus, filio. Nassouius mœrore & curis paulò post moritur. Cùm paulò ante, noua Angliz regina, Anna Bolenia Elisabethæ mater, ob adulterij suspicionem, iussu regis mariti capite plexa esset, die 19. Maij, & ante trimestre, prior regina Catharina, Ferdinandi Arragonij filia cum lata Pontificis sententia, regem maritum grauius aduersus se exasperatum & se frustra niti, nec quidquam aliud fatigando se hactenus, quàm odium mariti vehementius quæsiuisse cernebat; animi mœrore confecta in morbum lethalem incidisset, quo ineunte hoc anno extincta erat.

Folio 250.

Erasmus Roterodamus, vir ingenij & doctrinæ ac eloquentiæ incomparabilis, & de studijs linguæ latinæ ac Græcæ ac totius Theologiæ optimè meritus, die vndecima Iulij, anno ætatis 70, (natus enim est 1466, die Simonis & Iudæ) Basileæ ex his terris migravit. Summam ac scopum eorum, quæ scriptis suis semper egit, ipse in epistolis indicat. Theologiam nimium ad sophisticas argutias delapsam, ad fontes & priscam simplicitatem reuocare conatus sum; sacros ecclesiæ doctores, vnde viuidius hauriuntur, quæ quidam decerpta legunt, ne dicam, concerpta, suo nitore reddere studuimus: bonas literas, antè propemodum paganas, docui sanare Christum linguis resflescentibus adfui, pro mea quidem virili. Præpostera de rebus plerisque mortalium iudicia traduxi. Ad puriorem Christianismum, orbem ceremonijs penè Iudaicis indormientem, expergefeci, sic tamen vt ecclesiæ ceremonias nunquam improbauerim, sed quid potius sit ostenderim. Fortiter in bella vociferor, quibus tot iam annis videmus concuti ditionem Christianam penè totam &c. Perlongum autem fuerit declarare, quàm hæc fuerint necessaria.

M. D.  
XXXVII.

Cùm Otto comes Scouenburgenfis, Iodoci filius, diœcesin Hildensensem, iam sex annos, confirmatione Romani Pontificis non petita, administrasset: & palàm se confelsionis Augustanæ doctrinam magis quàm Pontificiam probare ostenderet: Paulus III. P. P. misso ad Collegium legato, mandat, vt de episcopo catholico, legitimè electo & confirmato, ecclesiæ illi prouideant. Id nisi intra sex menses fiat, se Apostolica autoritate

ritate episcoporum eis daturum esse. Et si autem Christophorus Bre-  
 mensis archiepiscopus, spe successionis Hildesie tum in ferijs Pentecostes  
 Missas celebrabat & precibus matutinis & vespers sedulo intererat: Col-  
 legium tamen VALENTINVM à Teteleben, I. V. Doctorem, ali-  
 quot annos Romæ versatum, & multarum ecclesiarum, Moguntia, Mag-  
 deburgi, Francofordia ad D. Bartholomæum, & Hildesensem Canoni-  
 cum, & archiepiscopi Moguntini in judicijs vicarium, consentientibus suf-  
 fragijs eligit. Qui confirmata electione à P. P. & ab Imp. Carolo Regali-  
 bus acceptis, statim litem aduersus duces Brunsvicenses, in curia Roma-  
 na, olim à Ioanne episcopo, spoliatum ante omnia restitui petente inchoa-  
 tam, quæ iam totos decem annos quieuerat, reassumit, & citationem Pon-  
 tificijs legitimam insinuari Hentico ac Erico Ducibus Brunsvicensibus  
 curat. Hi verò indignantes, publicis programmatis, se legitimo & iusto  
 titulo, possessionem & dominium terrarum, arcium, oppidorum quæ ad  
 episcopi Hildesensis ditionem olim pertinuisent, adeptos esse demon-  
 strant. Primum, quòd Imperialis proscriptionis à Casare Carolo V. ad-  
 uersus episcopum, & omnes ipsi adhærentes, promulgatæ, Executores,  
 augusta autoritate & mandato Casaris constituti, bello legitimo, proscri-  
 ptorum bona occuparint. deinde, quoad in Quedlinburgensis transactio-  
 ne ita conuenerit, vt singuli, quæ factæ pacis tempore tenerent, deinceps  
 etiam retinerent. Postremò Imperatorem Carolum, solennibus literis,  
 vniuersa & singula ex diocesi Hildesensi bello illo occupata, ipsis in feu-  
 dum contulisse. Hortantur itaque omnes vicinos Principes, vt iustæ cau-  
 sæ suæ faueant, nec episcopo inquieto, litem injustam ipsis mouendi, &  
 nouum incendium ad turbandam pacem publicam inflammare cupien-  
 ti, vllam opem aut auxilium præstent.

1521.

1523.

1580.

Episcopus vicissim scripto publico hæc refutare conatur, & litem Ro-  
 mæ intentatam nihilominus sedulo vrget. Pontifex reiectis ducum Brun-  
 svicensium exceptionibus & protestationibus, in contumaciam procedit,  
 & triennio post, sententiam definitiuam promulgat, qua in restitutionem  
 omnium, quæ episcopo, & diocesi Hildesensi bello ademerant, & fru-  
 ctuum iam 18. annis inde perceptorum condemnantur. Sed duces  
 Brunsvicenses, quantumuis eo tempore Pontificiæ religioni addicti iu-  
 stissimas causas cur latæ sententiæ non parerent, se habere ostendebant,  
 nec executio vlla secuta est.

1540.

Belli inter ciuitatem Bremensem & Baldasarum, Dominũ in Efens &  
 Vitmund postea gesti, initia extiterunt; quòd Nauem Bremensem, quàm  
 tempestate ad littus suũ eiectam Baldasarus affirmabat, direptis mercibus  
 ac hominibus captis detentã reddere recusaret. Sunt autẽ Bremensi-  
 bus ad occidentalem Visurgis ripam proximi Steglanti, terram fertillissimã  
 & vberriam, arci Delmenhostanæ subiectam spacio quatuor fere millia-  
 rium incolentes. Quibus Huntam fl. Stadlandi adiacent, quos Oldenburg-  
 comites, Quelgunna arce imposita, coercent. Hos in Visurgis ripa Butjadæ  
 sequun-

## IEVERENSIA.

sequuntur, qui regionem inter visurgin & Iadam, tria milliaria, longam, vnum latam, & in ea decem Parochias VVurfatix oppositam tenent. Trans Iadam, IEVERENSIS ditio est, octodecim parochias continens, & non procul ab ostio Iadæ in Visurgim & Oceanū se exonerantis duabus Insulis VVangeroga & Spiceroda, ferè desertis, munita. quæ Heroinæ virginis Mariæ VVimmekia, Edonis filia, imperio tum regebatur. Ieueria, ad littus Oceani, occasum versus, contigua est ESENSIS ditio, cuius principatum Baldasar Ommeke, Heronis filius, Mariæ consobrinus, eo tempore tenebat.

Crebræ autem, iam ab annis ducentis, de finibus & Visurgis navigatione, dissensiones extiterant inter Bremanos & Frisios vicinos, ac præcipuè Esenses, qui ab occasu Berumensi & Auricensi tractu: a borea, mari; ab ortu Ieuerensi regione, vsque ad Iadam terminantur & vicinam Butiadiam, sæpè conjunctam habuerunt. Duæ verò familiae, Ommekiorum, in Esens seu Harlingia; & VVimmekiorum, in Ieueria, cæteris potentia & autoritate præstiterunt, ac circa annum Christi 1380. Hajo quidam Hüfke, in Rustringia & Butjadia petulantius multa agens, & naves Bremensium subinde in Visurgi diripiens, bello à Bremensibus & vicino Ieuerensi capitaneo, Edone VVimmeke, cuius sororem in matrimonium ductam repudiauerat, repressus tandem Esena obsessa & capta, in Bremensium potestatem venit, quem sibi traditum Edo, & totum, fune canabeo tandem dissecuit. Ditionem verò Hajonis, Bremenses, Lubboni Ommeke, Sibonis filio, accepto fidelitatis iuramento commendarunt. Lubbonis autem filius Dido, capitaneus in Stadland & Esens vt à subditis belli molem auerteret: anno 1399. Bremensibus Langenvörden tradidit, cum à comitibus Aldenburgensibus & diocesanis aduti, Frisios inter Heetam & Iadam oppugnarent. Postea cum subditos archiepiscopi, finitimos Visurgi & Bremenses, Dido subinde vexaret; Bremenses vt eas prædationes & Latrocinia se & suis auerterent: arcem FREDEBURG cis Iadam, in ditione Didonis sui clientis ædificarunt, A. C. 1407. Cumque Dido à vicino comite Christiano Aldenburgense auxilium obtinuisset, Bremenses contra hunc, Ottoni Hoiensi, & Ottoni Delmenhorstano, fœderati, bellum gerunt, ac Christianum propè Fredeburg captum, Bremam abducunt, nec ante dimittunt quam ditionem VVörden in orientali Visurgis ripa ipsis tradidisset.

1414. Dido capitaneus Esensis, ægerrimè ferens Fredeburgum in ditione sua à Bremensibus erectum multa aduersus eos molitur. Quare denuò illi, bellum Bremenses inferunt, & Esenam capiunt, & nouum fidelitatis iuramentū à Frisijis illis ne quem capitaneum præter Senatū Bremensem eligant.

1417. Triennio post Dido & Geroldus, Didonis filij, cum aliquot Frisijis, noctu arcem Fredeburg adoriuntur. Sed capti inter fossam exteriorē & arcem, à subditis Bremensium superuenientibus, Bremam ducti, & Dido ac Geroldus Ommeke, Didonis filij sub patibulo capitis suppli.

supplicio affecti, & rotis impositi sunt, vnà cum cæteris Frisijis captiuis, quod Senatui Bremensi iurati, perfidè eos oppugnassent.

Hinc verò acerbissima indignatio fratrum & agnatorum Didonis & Frisiorum odia exorta, qui contumeliam genti, tot Frisijis supplicio ignominiosiss. affectis illatam vlcisci, & iugum Bremense excutere & arcem Fredeburg, quæ freni instar ipsis iniecta erat, occupare aut euertere prorsus decreuerunt. Idq; sexennio post, Ducibus Ottone & Foccone capitaneis in Aurica & Brömerland, perfecerunt. Sed pace cum Bremensibus restituta, sic conuenit, vt arx Fredeburg, quam Frisij iam tenebant, & turris Goldverden, solo æquarentur. Triennio post Episcopus Monasteriensis à Brunis. Hildesienfis, Osnabrug: adiutus, aduersus Focconem & Frisios expeditionem suscepit, ac eodem anno archiepiscopus Bremensis Nicolaus, comes Delmenhorstanus, cum Ioanne Ritbergense, Hoiense, Conrado Deipholdo comitibus Frisiam ingressus, à Foccone circumventus & captus est. Postea intercessione Groningensium & VVurfsatorum res composita, & archiepiscopus ac comes Hoiensis sine *λύτρο* liberati sunt. cùm Frisij, qui Focconem capitaneum elegerant, ipsius insolentiæ & libidinis explendæ causa, toties fortunarum & vitæ discrimen adire deinceps recusarent. Ideoque Bremensem legatum Ioannem Vasmer consulem & intercessores rogassent, vt media pacis tolerabilia proponerent. quæ nisi à Foccone reciperentur, se desertis capitaneis suis, cum Bremensibus conjuncturos esse. Eodem tempore, arx Stotel, à Bremensibus occupatur, quod dominus illius, Henricus à Lite, in Visurgi Bremensium naves vexasset.

1423.

1426.

Sed ad Baldasarum Ommeken, Heronis filium, Dominum in Esens & VVitmunda redeo, cum quo ante decenniū exortis offensionibus, Transactionem Bremenses, intercedente Friderico Danicæ rege, inierant, in qua priorum offensionum omnium *amnistia* sancitur: & subditis vtrinq; libera commercia, & tutus com meatus, promittitur: querelæ subditorum & exactiones debitorum coram legitimo iudice, iure, non aresto, aut violenta detentione fiant. Quod si novæ offensiones inter Baldasarum & Senatū Bremensem extiterint; non bello, sed delectis vtrinq; duobus arbitris amicè componentur, aut super arbitro non partiali adiuncto, iure decidentur. Cùm igitur hoc anno Navim & res ablatas Bremenses repeterent, & arbitros deferrent: Baldasarus instituto leveræ conventu, per legatos suos, hanc transactionem iam dudum à Bremensibus violatam esse prætexuit, quod prohibita aliquando ex vrbe Bremensi exportatione frumenti, subditis suis liberè illic emere non licuisset: quod Ennonem Frisicæ comitem hostem suum, pulvere nitroso & alijs auxilijs iuvisset: quod pulsus ab Ennone, tutum com meatum à Bremensibus, non nisi addita clausula, qua renunciationem liberam sibi reservabant, impetrare potuisset: quod commendati à Baldasaro Senatui, Ioannes à Mandeslo & Stedbergij fratres, coram Senatu jus suum aduersus quosdam persequentes, durius & iniquius tractati essent: ac postremò quod Secretarius

1526,

1537,

12. Septem.

Dd Bremen-

## FRISII ET BREMENSES.

315

M. D.  
XXXVII.

Bremensis nuper nauim & bona justè à se detenta repetens cùm ex illius arbitrio non responderetur, voces minaces aduersus Baldasarum emisisset, quas an Senatus mandato ille effudisset, doceri se flagitauit. His accusationibus cum Bremenses legati ita respondissent, vt eorum innocentia omnibus æquis appareret: rursùm ad arbitros controuersie amicè componendæ, vel ad iudices, archiepiscopum Bremensem aut Cameram Imperialem, vel Carolum ducem Geldriæ, vel Io. Frid. el. Sax. Ernestum Luneburgensem, & confœderatos prouocant, modò ciues eorum captiui & Naues ac merces spoliatae ante omnia restituantur. Hæc cum frustra leueræ agerentur, Bernardus ab Hacford, legatus Caroli Geldriæ ducis, cuius clientis erat Baldasarus, proponit Bremensibus, se apud Baldasarum effecturum, vt Nauim & homines & bona nondum distracta restituat, modò Bremenses paulò se modestius & comius erga Baldasarum gerant, & munere aliquo, nec amplius, nec viliissimo, reuerentiam erga ipsum suam declarent. Cùm autem recusarent Bremenses, pecuniam insuper donare ei, à quo tanta iniuria affecti essent: paucis diebus post, Baldasari ministri aliam Bremensium navem, Noricopisce oneratam, vnà cum hominibus Esenam ducunt. Bremenses vicissim in Albis ostio tres Esenses naues, Zythum Hamburgense vehentes cum nautis intercipiunt, vt eorum commutatione, suos ciues liberarent. Interea Cameræ iudicum opem, & mandata aduersus Baldasarum Bremenses implorant, & Caroli Geldriæ ducis, cili ante paucos annos conciliato mille Rhenenses donauerant, autoritate, Baldasarum ad æquitatem, & restituenda ablata flecti postulant. Verùm hic durius respondens, omitti citationes Baldasari in cameram, eumq; æquis rationibus placari à Bremensibus flagitauerat, alioqui non se ipsum deserere posse, & si ipse imbecillior sit, Gallie regis & Lothringie ducis auxilia suis conjuncturum esse. Has literas ad Ernestum ducem Luneburgensis, cuius soror in matrimonio Caroli vivebat, & Iohan. Frid. Saxonie ducem, cæterosq; confœderatos Bremenses mittunt, qui missis ad Carolum legatis se intercessuros ostendunt.

Dum autem Bremenses subinde missis ad Carolum Geldriæ ducem, Baldasari patronum, literis ac legatis, flecti Baldasarum ad æquitatem petunt: GELDRIICI proceres & ciuitates, aduersus Principem Carolum, qui exclusis prouincialibus, Gallos solos in consilio habebat, & Gallie regi tradere ditionem se mortuo conabatur, insurgunt, & demolitis arcibus principis in civitatibus, eò rem deducunt, vt exeunte anno conuentus prouincialis institueretur, in quo senex Carolus dimittere à se Gallos, & solorum prouincialium consilio deinceps vti: Arces in civitatibus deiectas non intaurare: bellum nullū nisi de consilio & consensu prouincialium suscipere: nec militum præsidijs subditos onerare: in civitates exiguo comitatu antiquitus vsitato, ingredi: nullū successorem nisi de totius prouincie consilio eligere, & si viuus aliquem designaturus sit, principem sibi cognatū VVilelmum Cleuensem potissimū eligere iubetur, qui suam cuiusq; ordinis libertate iura & privilegia tueatur. Hos articulos cùm dimissis statim Gallis tenex princeps obsignasset: & VVilelmum Cleuensem successorē introduci curasset post paucos menses rebus humanis exemptus est: 25. Iunij 1538.

Paulò

Paulò antè mortem Geldrij, Elector Saxoniz, Ernestus Luneburgen-  
 sis, Hassus & confœderati Principes, ad quos Geldri literas minaces à Bre-  
 mensibus missas esse paulò ante diximus; Legatos suos de Pacificatione  
 acturos VVildeshusiam mittunt, qui eò rem deducunt, vt captiui vtrinq;  
 dimittantur, de cæteris capitibus controuersis & damnorum compensa-  
 tione, intra trimestre tres vtrinq; delecti arbitri integrè transigant. Sed hæ  
 induciæ non diu à Baldasaro seruatæ sunt. Itaque sequenti anno Bremen-  
 ses expedita suorum ciuium classe, duas Baldasari piraticas naues, quibus  
 Franciscus Boëmus præerat, cum 85. militibus & priuatis nobilibus & pi-  
 ratis nobilibus capiunt & Bremam ducunt. Proscriptio etiam imperialis  
 in Camera, aduersus Baldasarum, qui citatus contumaciter emanserat,  
 publicatur, & Francisco episc. Monasteriensi Ernesto Luneb. VVilelmo  
 Cleuensi, Antonio Oldeburgensi, Ennoni Frisio & Hamburgensibus man-  
 datur, vt à Bremensibus requisiti, proscriptionem exequantur Bremæ de  
 se, captiuis piratis supplicium capitis vna die sumptum est,

1539.

Die Laur. 19.

Ioannes Saxoniz Dux, Georgij filius, in quo vnica spes generis & po-  
 steritatis Georgij propagandæ inclinata recumbebat ante patrem die 11.  
 Ianuarij ex hac vita migravit, anno ætatis 39. relicta vidua Elisabetha,  
 VVilelmi medij Langr. Hassiz filia, Philippi sorore: quæ nupta Ioanni  
 1517. marito mortuo, Rochlicij deinceps vixit, vbi decennio post Alber-  
 tus marchio Brandeburgensis captus est. IOANNI, Andreas Canutianus  
 I. C. epitaphium scripsit, quod adiungo:

1537.



*Armoris hac tegitur Princeps sub mole Ioannes,  
 Saxonica ducens nobile stirpe genus,  
 Magnanimi herois proles generosa Georgij,  
 Auxit qui Misna ditia regna sua,  
 Quiq; Duces inter reliquos, ceu Nestor habetur,  
 Constantiq; animo iura verenda colit,  
 Mater erat iuueni, Casimiri filia regis  
 Qui gessit forti sceptrum Polona manu.  
 Sub iuga qui casos misit victricia Moschos,  
 Compulsi & Turcas vertere terga feros.  
 Indole inde trahens generosa infusa Iohannes  
 Semina, iusticia semper amator erat.  
 Pactorumq; tenax, fucos fraudesq; perosus,  
 Ingenuos morris rettulit ille patris.  
 Candorem ipsius tyro tyronis amauit,  
 Carolus, Augusti qui modò sceptrum tenet.*

D d ij

Casar

## DVX ELEC. SAX. CONVENTVM AGIT.

*Cæsar auus comitem huic adiunxerat ipse nepoti,  
 Ergo etiam mores senserat esse bonos.  
 Sed res humanas fortuna incerta, fugaxq̄  
 Arcana fati vertere lege solet.  
 Jam regno matura virum sua fecerat ætas,  
 Imperiumq̄ illi publica vota dabant,  
 Interdumq̄ leuans curarum fasce parentem,  
 Dicendi iuris grande subibat onus.  
 Jam pater officij nato cessurus honorem,  
 Optabat merita posse quiete frui,  
 Occidit ille prior florentibus integer annis  
 Qua doleat genitor fata, superstes habet,  
 Ergo inuisa suo soluens funebria nato,  
 Tecta sub hoc mæstus condidit ossa solo,  
 Vtq̄ illam æterna digneris munere vita,  
 Assiduus precibus maxime Christe rogat.*



Mense Febuario, Dux Saxonix elector, cum fœderatis Religio-  
 nis nomine principibus & ciuitatibus, eorumque Theologis, Smalcal-  
 dix conuentum egit, vt principes, de Synodo, Mantux indicta, delibe-  
 rant, Theologi de doctrina conferrent. Huic Matthias Heldus et-  
 iam Cæsaris legatus interfuit, qui de iudicio Cameræ, cuius iniquitate  
 se multipliciter grauari protestantes apud Imp. questi erant; de Pace No-  
 ribergensi, an eius beneficio cæteri etiam, qui post illud tempus religio-  
 nem mutassent, frui deberent; ac inprimis de Concilio Mantux indicto;  
 prolixè cum Protestantibus egit. Qui non esse hoc legitimum, liberum,  
 & in Germania concilium, quale in omnibus Imperij comitijs flagita-  
 tum esset, demonstrabant. Scripto igitur, recusatæ à se Synodi Mantua-  
 næ, causas complexi, ediderunt, quam tamen paulò post ipse Pon-  
 tificex, in longius tempus subinde prorogabat. In eodem con-  
 uentu Articuli, in concilio, si quod futurum esset, nomine docentium  
 in Saxonis & coniunctis ecclesijs, exhibendi, de præcipuis doctrinæ  
 Christianæ capitibus controuersis à Martino Luthero scripti, & à cæte-  
 ris Theologis comprobati sunt, quos Smalcaldicos vulgò nominant,  
 qui Augustanæ confessioni & Apologiæ & Catechismus Lutheri in repe-  
 tita ecclesiarum nostrarum confessione adiunguntur.

Die Lauren  
 19.

Christianus Holsatiæ Dux, metropoli Daniæ, Hafnia, superiore an-  
 no vi potitus; REX DANIÆ CORONATVR: preces & ritus  
 sacros

facros adhibente D. Ioanne Bugenhagio, pastore VVittebergenſi, quem ad Doctrinæ, religionis, & rituum eccleſiaſticorum, & ſcholarum conſtitutionem piam, in regnum Daniæ Chriſtianus euocauerat. Optarim autem Ordinationem illam Eccleſiaſticam regni Daniæ, breui libello latino, tunc à Bugenhagio comprehenſam, pluribus notam eſſe, vt qualem eccleſiarum & totius adminiſtrationis eccleſiaſticæ formam Lutherus & collegæ ipſius maximè probarint, in alijs etiam gentibus plures cognoſcerent, In locum Septem Episcoporum Regni Daniæ, Superintendentes ſeptem, qui episcoporum officium deinceps obirent, & totius Ordinationis eccleſiaſticæ cuſtodes & executores eſſent: à Ioanne Bugenhagio, præſente Rege & Senatu regni, Hafniæ ordinati ſunt.

Eduardus, Henrici VIII Angliæ regis, ex Iana, Semera filius, die vndecima Octobris naſcitur, non *παιερόμηντος*, ſed duodecimo poſt partum die primùm matre extincta. Sophia, Magni Ducis Saxonie Laoburgeniſis filia, Antonio comiti Aldeburgeniſi in matrimonium tradita, per urbem Bremam in comitatum Aldeburgeniſem à Franciſco Duce Saxonie fratre.

Alexander Medices Florentiæ Dux, Laurentij filius, Petri nepos, Laurentij magni pronepos, iuuenis 26. annorum, coniuge Margarita Caroli V. filia notha, ſuperiore anno ducta, nihilominus vagis libidinibus indulgens, ſpe concupitæ nobilis cuiuſdam fœminæ potiundæ, in alienas ædes noctu inductus, fraude neceſſarij & agnati ſui Laurentij Medices, laudem liberatæ à tyranno patriæ adſectantis, initio labentis anni proditoriè interficitur. Cui COSMVS Medices, 18. annorum adoleſcens, qui magnæ cum ſapientiæ, circumſpectionis & iuſticiæ laude, Rempub. Florentinam noſtra memoria rexit, à 48. viris ſurrogatus eſt: Patrem hic habuit Ioannem Medices, qui in bello Mediolanenſi periit. Quoto autem gradu, Leoni X, Clementi VII. & huic inprimis Alexandro, anteceſſori ſuo, agnatus fuerit; nondum perueſtigare potui. Quidam COSMVM Medices ſeniores, qui familiæ huius opes ac potentiam primus fundauit, vtriuſque atauum fuiſſe indicat. ſed perſonarum nomina ac ſeriem ad hunc Cosmum atnepotem non recenset. Philippus Stroza, dux Florentinorum exulum, hoſtis Mediceorum capitalis, patriam recipere cogitans, ad Montemurlum, à Vitellio Cosmi duce interceptus cum ſocijs Florentiam ductus, in carcere obiit. Socij tredecim ſecuri percuſi. Petrus Stroza, Philippi filius ad Gallie regem auſugit. Turci Corcyram, à Venetis deſenſam, irrito conatu oppugnarunt.

2. Jan. 1537.

Ioannes Fridericus Saxonie Princeps elector, cum BURGRAVIATVM MAGDEBURGENSEM, & oppidum Gommern, ab anteceſſoribus, ciuitati Magdeburgenſi, viginti duobus millibus aureorum vel venditum vel oppignoratam fuiſſe didiciſſet: poſt multorum menſium ſuperioris anni tractationes, tandem perſoluta pecunia oppidum Gommern redemit, & titulum Burggrauij Magdeburgenſis uſurpare cœpit: quem

M. D.  
XXXVI II.

Dd iij

quem primus inter electores Saxonix Rodolphus primus, Alberti II, filius, Rodolphi Imp, ex filia Agnete nepos, ab auo materno sibi tributum gessit.

Cum autem archiepiscopus Magdeb. Albertus Cardinalis, iura Burggrauij in Salinis Saxonis & vrbe Magdeb. impediret: arbitri cause cognoscendæ, & ex æquo & bono, vel per sententiam dirimendæ constituti sunt Principes familiæ Saxonix, Brandenburgensis & Hassiacæ, Hæreditario fœdere inter se iuncti: Quos Zeruesti amicè componere controuersiam aut pronunciare volentes: Cardinalis eludere conatus, literas ab Imp. Carolo, in Hispanijs tum viuente, superiore anno impetratas, quibus tractatio negocij de Burggrauiatu Magdeb. vtpote de feudo Imperij, ad Imperatorem reuocatur, in conuentu exhiberi curat. Quare Principes intercessores, per legatos, Cardinali sententiam suam de toto negotio, & quæ iura electori Saxonix, quæ archiepiscopo, in iudicijs Hallæ & Magdeb. competere iudicent, exponunt, nec se defuturos electori Saxonix in iuribus suis tuendis ostendunt.

INSTRVCTIO eorum, quæ nomine electorum & principum Hæreditario fœdere iunctorum & in hac causa arbitratorum, Deigratia Ioachimi Marchionis Brandenburgensis, sacri Romani Imperij archicamerarij & Electoris Henrici Ducis Saxonix, Georgij Ioannis, Marchionum Brandenburgensium; & Philippi Landgrauij Hassiæ, ad Reuerendissimum in Christo & Illustris: principem, Dominum Albertum, Sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalem ac legatum natum, Archiepiscopum Moguntinum ac Magdeburgensem, Primatem sacri Rom. Imperij per Germaniam Archicancellarium ac electorem, deferri & agi debent. Post vſitatam salutationem, & traditas literas fidei testes in hanc sententiam, Et nuper, & ante hac sæpius Illustrissimus Princeps Ioannes Fridericus Dux Saxonix & Elector coram nobis grauiter conquestus est, de impedimentis ac turbationibus à dicto Cardinale & archiepiscopo, in hæreditarijs ipsius & per feudum collatis Burggrauiatu & iudicij Magdeburgensis & Halensis, ac Banni seu Iurisdictionis ibidem mandandæ alijsque suis ac inclytæ domus Saxonix iuribus, hæctenus factis. Nos igitur singulari beneuolentia, amore, fide, ac cognatione, qua vterque nobis est coniunctus, adducti, tum etiam conseruandæ pacis & concordix causa, transactionem inter vtrumque pacificam instituere suscepimus. Ac primum electorem Saxonix eò suadendo perduximus vt is in nos electores ac principes, vtpote Pacificatores, compromittere velit, nosque inter vtramque partem agere, ac, quæ iusta viderentur, definire pateretur: quibus nostris monitis obtemperans, nihil magis quam nostram de hac controuersia sententiam petit & expectat.

Cum igitur compromissum illud, quantum in eo fuit, sit seruatum, nos verò ad definitiuam sententiam peruenire non potuerimus, & tamen dictus elector Saxonix &c. se in nostra potestate fore, & iudicato à nobis in hac causa parere velle ostendat: rursus à nobis flagitat, cum mora diuturnior ipsius iuribus ac possessioni valde periculosa sit futura, vt eum in suis iusto titulo iam dudum acquisitis & continuatis iuribus, possessione vel qua-

vel quasi, ad conseruandam veterem ac iam renouatam inter nos ac iuramento confirmatam vnionem hæreditariam, tueremur, eumque, si ab illo in hisce juribus impediretur aut turbaretur, in iusta & legitima defensione, si eam susciperet, nostro auxilio iuuaremus, ad quæ equidem, ratione Hæreditariæ vnionis nostræ teneremur. Cum igitur ex Actis comperiamus, atque ita existimemus ad Electorem Saxonie Burggrauium Magdeburgensem, & iudicij constitutionem (Greuengeding) in Salinis, vt feudum à Romano Imperio electori Saxonie concessum, pertinere, isque eam ob causam Burggrauij Magdeburgensis nomine, ac titulo vti possit: & quod ad petitionem archiepiscopi Magdeburgensis, quoties vel Sculteti, vel prætoris Salinarum personæ mutantur, Bannum seu potestatem iudicandi, Sculteto seu præsidi iudicij, quod est Halæ in colle coram Rolando, & Prætori Salinarum in valle, mediante vsitato iuramento, pro veteri honorario, lagena vini Cretici, demandandi jus habeat, ac demandare debeat; atque ideò etiam scultetum & novos Scabinos, coram Rolando, quoties Sculteto bannus seu iudicium mandatur, inuestiendi vel introducendi, & vtriq;e, tum Sculteto tum prætori Salinarum, per vsitatas literas inuestituræ, Bannum seu iudicij exercendi potestatem concedendi jus habeat, ita tamen, vt prætor Salinarum electori Saxonie dare Reuersum, vt vocant, non teneatur: & Scultetus ac prætor Salinarum, non prius, quàm hoc mandatum acceperint, causas criminales, quæ Halæ, & in eius territorio accidunt, & ad vtraque supra dicta iudicia per accusationem deuoluuntur, cognoscere possint, quodq; causæ criminales, quæ iudiciali cognitione indigent, ad hæc iudicia pertineant, saluo tamen iure Burggrauij Halensis, cui ter in anno iudicium in causis criminalibus exercere, quantum de iure, & veteri consuetudine licet, conceditur. Reuerenter itaque & amicè Cardinalem rogamus, vt, quæ ad impedienda supra dicta electoris Saxonie jura, permittendo appellationem in causis criminalibus, & alijs modis impediendo, suscepit, ab ijs abstineat, atq; electori Saxonie suo jure vti permittat, Halæq; statuam Rolandi, si quando Elector Saxonie, vt Burggrauius Magdeburgensis, Bannum seu iudicium Sculteto ipse in propria persona mandare vellet, in eum locum, ex quo translata est, quo pro more veteri equo circumire possit, reponat.

Econtra ex Actis comperimus, atque existimamus, dictum Cardinalem archiepiscopum, ea quæ sequuntur, jura habere, vel certè in possessione esse, nimirum quod ipse ac successores archiepiscopi Magdeburgenses, à prætore iudicij Magdeb. possint iuramentum exigere, eumque confirmare, & à Scabinis eiusdem loci, sub titulo Burggrauij Magdeburgensis, iuramentum exigere, eos confirmare ac introducere, ipsiusque iudicio ibidem assidere, illud inchoare, atque coram tribunali illud proclamare, Halæ autem, non facta mentione dicti tituli, possit etiam Scultetum & Prætozem Salinarum instituere, ac suo nomine, quantum ad causas civiles attinet, iuramentum ab ijs exigere, ac eos confirmare, ipsosque & Scultetum & Saltzgrauium vel constituere, vel ab officio remouere, nominatimq; iam Sculteto & Saltzgrauio officium, mediantibus vsitatis literis inuestitu-

uestituræ, pro feudo concedere, pro eoque reuersum, uti appellant, ab ijs more veteri accipere. Quando etiam Scultetus de causis ciuilibus vult cognoscere, & potest & debet præfectum Gebichensteinensem, pridie eius diei de eo certiore facere, ut iudicio interfit. Similiter quod

Cardinalis, ut Archiepiscopus Magdeburgensis pœnarum & mulctarum ex causis ciuilibus, aut ijs, quæ per Senatum vel Scultetum ciuiles sunt factæ, a Sculteto, quia Salinarum Prætor tale quid reddere non tenetur) rationem poscat, earumque partem mediam, vnâ cum vtensilibus & rebus expeditorijs, quæ ad supra nominata iudicia reciderunt, plenè accipiat.

Quod etiam in possessione sit, ut ipse, tanquam Archiepiscopus Magdeburgensis, eos, qui vel manifestis vel confessis delictis pœnam relegationis meruere, Senatui Hallensi, non sine præcedente cognitione iudiciali, vel coram Rolando vel in valle relegandos mandare possit, saluo tamen semper iure, quod Senatui Hallensi, in eos, qui propter manifesta aut confessa delicta, ad palum ignominix sisti, virgis cædi, aut relegari debent, sine præcedente cognitione iudiciali, competit. Hæc

cum ita se habeant, agemus cum dicto Electore Saxonix, ut quæ hæcenus ad impedienda enumerata iam Archiepiscopi iura, fecerit, in posterum facere desistat, Cardinalique ac successoribus eius in Archiepiscopatu, uti iuribus hisce sine impedimento concedat. Id quia æquitati & iustitiæ consentaneum est, quin vterque facturum sit, non dubitabimus. Quod si non fieret, & Archiepiscopus Magdeburgensis (nam de Electore Saxonix, quin obtemperaturus sit, non dubitamus) petitioni nostræ locum non daret, sed in suo proposito turbandi Electoris iura, permaneret; necesse haberemus ratione fœderis nostri Hæreditarij, Electorem Saxonix in conseruandis ipsius iuribus, possessione vel quasi, & in iusta & legitima defensione, nostro consilio & ope iuuare. Speramus autem Cardinalem non commissurum, ut res eò deueniat, sed quod æquum est, sponte facturum esse, id, quod certò nobis de ipso pollicemur, & vicissim propensione animo omnia benevolentix ac humanitatis officia, ipsi præstare semper sumus parati. Actum Zeruestæ, die Sabbathi post Cathedram Petri. Anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo octauo.

Bernardus comes Lippiensis, patri Simoni succedens, liberam euangelij prædicationem Lemgouix & cæteris comitatus sui oppidis permittit, & ecclesias ad normam confessionis Augustæ Imperatori Carolo exhibitæ constitui curat.

BOTHO comes Stolbergensis, cum triginta annis, virtute, & auctoritate, & liberis florens, patriam feliciter rexisset, ex his terris euocatus est, multis relictis filijs, inter quos præ cæteris celebres fuerunt, LVDOVICUS comes in Königstein prope Francofurdum, cuius consilio & opera in legationibus & negotijs tractandis industria felici, Imp. Carolus, Ferdinandus & Maximilianus vsi sunt. Natus 1505, obiit VVertheimæ ad Meni & Tuberi cont., anno 1574, die Bartholemæi, tribus relictis filiabus, quæ comitatu illo, dum viuunt, beneficio Imp. fruuntur.

VVOLFGANGVS

**GANGVS** primogenitus familiam quatuor procreatis, VVolfango Ernesto 1546, 30. Nouemb. Bothone 1540, Ioanne 1549. & Henrico 1551. propagauit.

**HENRICVS** Decanus Coloniensis, Hermanni Archiepiscopi fidelis amicus, qui opimum illud sacerdotiū relinquere, quam veræ doctrinæ confessionem abijcere maluit, resignato sacerdotio coniugem duxit, & Bothonem 1559, qui in bello Coloniensi 1583. periit; Lud. Georgium 1562 & Christophorum 1567. progenuit. natus ipse 1509. decessit 1572. Idibus Nouemb. Philippus Rochefurdi, Eberardus Königsteinæ adolescentibus mortui. Albertus, Georgius, & **CHRISTOPHORUS** præpositus Halberstadenſis, natus 1523. decessit 1581.

Ex filiabus, **ANNA** quinquaginta sex annos diœcesis Quedliburgensis princeps fuit nata 1504. obiit 1575. **IVLIANA**, primum Philippo comiti Hanoio, Reinardi filio, deinde VVilhelmo comiti Nassouix nupta, VVilhelmū Vranix principem, Ioannem, Ludoicum, Adolphum, & ceteros Nassouix comites nostra ætate celebres genuit, nata 1506. obiit 1580. Magdalena Vlrici comitis à Reinſtein coniunx anno 1546. Blankeburgæ in incendio periit. Catharina, Alberti Principis Hennebergici vxor, nata 1514. obiit 1577. 18. Iunij &c.

Christophorus & Antonius comites Aldenburgenses, quorum maioribus, arcem Delmenhorſtanam, episcopus Monasteriensis olim ademerat, cum nullis amicis tractationibus recuperare amiſſam poſſent; armata manu in diœceſin Monasterienſem menſe Maio impreſſionem faciunt, ac Delmenhorſti oppido primum direpto ac incenſo, Vechtā, Clopenburgū Haſelundam & Meppam capiunt: Vicināq; ad Amāſin regione direpta, & magna pecuniæ ſumma pagatim extorta, regrediuntur & VVechtā oppidum cum arce comburunt. Sed omnia per comites occupata, facili momento Franciſcus episcopus recepit, & in Oldenburgenſi ditione viciffim incendijs & rapinis graſſatus eſt, donec archiepiscopo Coloniense Hermannō & Ioanne Cleuense intercedentibus VVildeshuſij exeunte Iulio bellum compositum eſt. Delmenhorſtum verò in ditione Monasterienſis deinceps vsque ad 1547. permanſit.

**BRVNSVVIGÆ** Ioannes Fridericus Saxonix Elector, & confœderati Saxonix & ſuperioris Germanix principes & ciuitates, menſe Martio conuenerunt, ad quos Chriſtianus etiam, Daniæ rex Friderici filius, qui Episcopis Pontificijs in ſuo regno priſtinam potentiam & reditus ademerat, & Chriſtiernum patruelem captiuū tenebat, tum acceſſit, & in fœdus, non quidem vt rex Daniæ, verū vt Dux Holſatix recipi ſe petiuit. In reditu Hamburgam venit, vbi fidelitatem ei Senatus ſine iuramento promiſit, ſicut auo illius Chriſtiano I. ſe coniunctos & fidos fore, ſimili promiſſione anno 1461. teſtati fuerant. Henrici Brunſuiceniſium Ducis, per cuius ditionem principibus confœderatis eundū erat, conſiliarij, petentibus vſitato principum more ſaluū com meatum, reſponderant, ſe principi ſuo Pragā, vt opinor, tum proſecto, petitionem illorum ſignificaturos eſſe. Quo reſponſo, negatum ſibi ab illo ſaluū conductum illi intellexerunt. A Pontificijs principibus Georgio Saxone, VVilhelmo Bauaro, Erico & Henrico Brunſuiceniſibus &c. circa id tempus Antifœdus Noribergæ factum, & dux illius ſummus Henricus Brunſuiceniſis conſtitutus eſt.

Inſti-

## NORIBERGA QUANDO COEPIT.

Instituerat tum Senatus Noribergensis muros Arcis suæ magna spaci-  
 orum adiectione à fundamentis erigere, & nouis munitionibus firmare.  
 Quas in suo fundo ædificari, quòd arcem ibi aliquando Burggrauij Nori-  
 bergenses tenuerant, Georgius Marchio Brand, querebatur. Noribergen-  
 ses vicissim se à proauo marchionis, quidquid eo in loco iuris Burggrauij  
 habuissent, iustissimo emptionis titulo ad se transtulisse, anno 1427. &  
 nunc consensu Imp. Caroli ædificationem hanc instituisse ostendebant.  
 Vtrinque igitur animis exacerbatis, & militum copijs jam conductis, con-  
 iuncti hæreditario fœdere Principes Saxonix, Marchix & Hassix autori-  
 tatem suam interposuerunt, & post varias hinc inde susceptas tractationes  
 tandem ad pacis consilia rem deduxerunt, vt vtrinque ab armis discede-  
 rent, & ædificatio, quam cœperat Senatus Noribergensis, absolueretur.

A. C.  
1101?

Cœpit autem vrbs NORIBERGA, ( siue à Norico vicino, siue à  
 Tiberij NERONIS, Turingorum regi bellum illaturi castris statutis,  
 nomen initio acceperit, ) sub Germanis & Saxonis præcipuè, Imp. poten-  
 tia & opibus florere, cum multæ familiæ nobiles ac illustres, & in his Nas-  
 souij comites, domicilia sua in vrbe haberent, & pæfecti Imp. in arce,  
 monti imposita, Iurisdictionem in vicinia, nomine Imp. administrarent,  
 nec tamen ab arce vltra Pegnessum fl. eo tempore vrbs porrigebatur. Hanc  
 veterem urbem, Henrico III. Imp. fidam, Henricus V. patri rebellis,  
 post aliquot oppugnationes, captam diripuit, ac solo æquauit. sic, vt  
 quadraginta ferè annos vasta & desolata jaceret, donec Conradus III.  
 Imp. anno 1139. ( quo etiam cœnobium Heilsbrunna à Dominis in Hei-  
 dek & Ottone episcopo Bambergensi fundatum est ) restaurare urbem, &  
 ambitu, ædificijs ac templis augere, ac ipse eam cum Imperatrice incolere  
 cœpit. Is Scottorum vetus cœnobium, in S. Ægidij honorem, ex ruderi-  
 bus excitatum, Benedictinis attribuit, eoque templo, Noribergæ habitans,  
 præcipuè vsus est.

Postea Rodolphus Habspurgenis, prima Imperij sui comitia Nori-  
 bergæ habuit, & iudicium Cameræ Imperialis in vrbe instituit, cui nomi-  
 ne Imp. Adolphus comes Nassouius, ciuis tum Noribergensis, qui postea  
 anno Christi 1292, Imp. factus est, præsedidit.

BURGGRAVII verò Noribergensis officium, quod ex arbitrio  
 Imp. antea mutabatur, Rodolphus, hæreditario iure, Friderico comiti à  
 Zollern, sororis filio, in feudum dedit, à quo continua serie præsens mar-  
 chionum Brandeburgensium familia propagata est.

Eitel Fridrich comes in Zollern, vxor Agnes, soror Rudolphi  
 Habsburg.

FRIDERICVS, primus Burggravius NORIBer-  
 gensis ⊕ 1290.

FRIDERICVS II, Albertus, Conradus ⊕ 1330.

IOAN-

IOANNES I. ⊕ 1357.

Albertus.

Fridericus III. ⊕ 1394.

Ioannes FRIDERICVS Elector BRANdeburgensis  
primus 1415. ⊕ 1440.

Creuit autem paulatim Burggrauorum potentia, pluribus oppidis & praefecturis, à vicinis comitibus ad se emptionis aut pignoris titulo translatis. CVLMBACH enim & VVernitz à comitibus Orlamundis, a. c. 1336. ANSPACH & Dachsbach à comitibus Otingensibus; C RAILS- haim à Landgr. in Leuchtenberg 1390, SVABACH, à comitibus Nass- oijis a. c. 1364. Cadelsburg ab iisdem 1300, KITzingen ab episc. VVirz- burgensi oppignaratum 1374. HOFF à Domino in VVeiden 1373. GVntzenhausen à Seccendorfs 1368, Fenchtvvangen oppignorum ab imperatore Carolo IIII, VVinsdbach ab Heidecco 1292, Offenheim à Gerlaco comite in Hoenloe 1318. Lautershausen & Kallenberg à comiti- bus in Druhendingen &c. Burggrauij, ditionibus suis Paulatim adiecerunt. Circa annum Christi 1300, ciues Noribergenses, in peregrinis gentibus negociari primum coeperunt.

Postea Carolus IIII, imperator urbem ampliore reddidit. Cùm enim Tribuni ciuium Noribergæ Senatum veterem tertia feria Penteco- stes trucidare & nouum instituere decreuissent: Senatores, re per indicem delata, Heideccum, ad comitem sibi amicum, & inde ad Carolum IIII. recens electum aufugiunt. Ciues Gunthero Suartzenburgensi aliquanti- sper adhærent. Quo breui extincto Carolus IIII. Noribergam obsessam recipit: nouum Senatum abolet: veterem restituit: de autoribus seditio- nis supplicium sumit: & Tribunos plebis in perpetuum abolet 1350, 1356. Aurea Bulla Noribergæ primum promulgata est. 1388, 1389. Vr- bes Sueuicæ & Franconia contra vicinos principes confœderatæ, bellum gesserunt: quod vulgò den Stedtfrieg appellant. 1390. Pax restituta. 1427, Fridericus Burggrauus Noribergensis, primus elector Brandebur- gensis, arcem suam in vrbe Noriberga & pagos aliquot vicinos, VVer- dam, Schinckling, Schnepffenreut, & molas quatuor, duas syluas, cum omnibus iuribus, reditibus &c. Senatui & vrbi Noribergensi 240000 flor. Vendit, reseruatis tamen sibi, den Geistlichen vnd Weltlichen Lehen / dem Landge- richt des Burggraffthums / der Wildpan / vnd Geleid aufferhalb der Stadt / & alijs Rega- libus, nondum venditis. 1449, Bellum Noribergense cum Alberto Marchione Brand: Friderici filio & confœderatis principi- bus gestum. 1469, Nicolaus Muffel Cos. Noribergensis qui Alber- to marchioni Brand. & Burggrauio Noriberg. Literas venditionis domus & iurium Burggrauij in vrbe Noribergensi anno 1427. Senatui datas, in scijs collegis reddidisse scribitur; ex furca suspensus est.

Minden-

## RECUSATIO CAMERÆ.

Mindenses, à suis Canonicis, ex vrbe profugis, in Cameræ iudicio ante octennium accusati, hoc demum anno publicè proscripti sunt. Verùm sub fœderis Smalcaldici, cuius socij erant, clypeo protecti, incolumes latuerunt vsque ad annum 1547, quo Iodocus Croningius Caroli V. Dux Mindam deditam facere Imperata coëgit. Proscripta verò vrbe Mindensi, Saxonix Dux elector, & confœderati Principes, prolixum & graue scriptum edunt, quo Cameræ Iudicium in causis religionis & alijs inde emanantibus recusant, ex quo hæc verba solùm adscribo. Cùm

constet iudicem & assessores iudicij Cameræ Imperialis, pro maiori numero Pontificiæ parti studere, neque verisimile sit, contra suas opiniones & persuasiones, in causa religionis ac fidei, pro nobis, qui Dei beneficio Evangelij doctrinã profiteamur, quantumlibet causa nostra iusta sit, pronuntiuros esse: sequitur hoc casu iure eos recusari posse, præsertim cùm non sint assessores alij additi, pij & amantes Christianæ veritatis, quales si essent additi iusto numero & modo, non essent perinde metuenda iniqua iudicia.

Præterea in hac controuersia ipsimet iudices sunt nobis aduersarij, siquidem ex animo approbant errores, quos Papa contra Evangelium defendit. In quo casu, ne quidem Imperator ipse pro sua æquitate de talibus controuersijs pronuntiaturus esset, sed reiecturus eas ad legitimam cognitionem piorum & doctorum, & non partialium, in libera & Christiana Synodo, sicut ipsius Maiestas in aliquot decretis Imperialibus non obscure significauit. Et vt maximè ius ciuile hac in parte in vsu esset, cuius tamen contrarium patet, nihilominus contra episcopos, iustissimas causas suspicionis proferre possemus, vt iterum necessarium esset, ad remedium illud, quod ex legitimis rationibus in consuetudinem introductum est, recurrere.

Quoniam igitur causæ suspicionis sufficientes & notoriæ, vel saltem eiusmodi sunt, quæ spacio breuis temporis doceri queant, nempe quod Iudex & assessores iudicij Cameræ imperialis religioni Pontificiæ faueant, adhæreant, ac studeant, præsertim major pars ipsorum, à quo se purgare nec possunt nec cupiunt, omni iusta causa decuisset, illos nostræ recusationi deferre, maximè vt motus, tumultus, & alia mala ac incommoda, quæ alioqui inde oriri possint, vitentur & caueantur. Nam etiam antea recusationi aduersus iudicium Cameræ Imperialis, in negocijs ciuilibus locus datus fuit. Neque dubitamus, quin quilibet vir honestus candidè interpretaturus sit, quod nos eorum hominum, qui in hisce negocijs maximas causas suspicionum nobis præbuerunt, & in religione contrarijs nobis opinionibus & studijs fauent, cognitionem, tanquam aduersariorum, fugiamus. Nam si nos eorum calculis ac sententijs submitteremus, nihil haberemus certius, quam quod ex pace in bellum nos conijceremus, omnibus legum beneficijs, quæ nobis patrocinantur, renunciaremus, totamq; veritatis Evangelicæ doctrinam, & Cere monias eidem consentientes, huius aduersarijs damnandam imprudenter & temerè præberemus. Quod quidem Deus optimus maximus pro sua benignitate prohibeat. Proinde ex his boni omnes intelligent, quod negocia illa, propter quæ ab aduersarijs nostris in iudicium Cameræ Imperialis

ialis vocati sumus, talia sint, quæ ad religionem omnino pertineant, quodq; illi contra omnem æquitatem, contra decreta comitiorum imperialium, contra iussiones ac mandata Cæsarea & Regia, præsertim pacificationis illius, cuius supra sæpius mentionem fecimus, contraque scriptas Leges & iura, istarum causarum cognitionem ad se pertrahere conati sunt, vt tandem necessariò perpulsi simus, tum protestationes nostras, tum recusationem iustissimam interponere. Quæ tamen omnia isti pro nihilo duxerunt, nostrasque excusationes, defensiones, petitiones pacis & tranquillitatis publicæ gratia susceptas spreuerunt, & ad instantiam Papistarum & impiorum sacrificulorum ciuitatis Hamburgensis, contra senatum & populum ibidem, & similibus sacrificulorum collegij Diui Martini & Diui Ioannis, & Abbatis & conuentus Sancti Simeonis in ciuitate Mindensi, contra duumuiros, Senatum, tribunos, & populum ibidem, in clarissimis causis religionis, ad restitutionem impiarum Ceremoniarum & cultus, qui cum sacra scriptura & confessione nostra doctrinæ Christianæ pugnat, cum sacrificulis & Hypocritis illis sententiam tulerunt, ac Mindenses tanquam proscriptionis reos damnarunt, & vt proscriptos, licet nulliter, sub dio proclamari curauerunt.

Quam quidem ob causam nobis nihil certius expectandum est, quam quod pro executione harum iniustissimarum sententiarum processuri sint, atq; ita fortassis Reges, Principes, & alios summos Reipub. ordines imploraturi, eisq; executionem demandaturi, in quo tamen certum est, nos propter conscientias nostras & Euangelij gloriam cedere non posse, sed oportere nos hanc rem Deo committere.

Si igitur eueniret, vt hisce de causis in Imperio Germanicæ nationis bellum aut motus oriretur, coram Deo & hominibus publicè testatum volumus, quod nos pacem, tranquillitatem, & Christianam ac æquam concordiam ex animo optauerimus & quæsiuerimus, cuius tamen voti nostri compotes fieri non potuerimus, Ac propterea Christianos Monarchas, Reges, & Principes, Magistratus vniuersos & singulos amanter & obnixè rogatos volumus, ne nobis vllam culpam eorum malorum & incommodorum (quæ imminere videntur, & Deus pro sua benignitate clementer auertere velit) ascribant, sed potius iudicio Cameræ Imperialis sua temeritate & iniquitate rempublicam turbanti. Ad hæc ne patiantur se aduersus nos concitari, aut ad vllam societatem exequendi iniustissimos, irritos, & nihili processus, sententias ac pœnam pertrahi: Neque etiam per sese vel per alios quocunque modo, occasione aut prætextu id fieri possit, contra nos cuiquam ad stipulentur, consilio, ope aut auxilio adfint, sed totam hanc causam supremi Iudicis, hoc est, Dei, & diuini eius verbi, censuræ ac sententiæ, in vniuersali, libera, Christiana, ac non partiali Synodo, ad quam nos semper prouocauimus, liberè & Christianè promulgandæ, publicæ pacis ac tranquillitatis gratia relinquunt.

Ac eo magis intenti sint, ne vi & armis contra nos agatur, sed pax & concordia conseruetur, cui nos, si vlllo modo ea frui, vt vnicè optamus & precamur, concedatur, nullis æquis conditionibus defuturos nos pollicemur. Nam si quis, cuiuscunq; status, dignitatis aut conditionis fuerit, executionem illam iniustissimam, qualicunq; prætextu id fiat, susceperit,

Et atq;

M. D.  
XXXVII.

atq; ita pacem publicam turbauerit, pro ea coniunctione, quæ inter nos est, non poterimus vniuersi vel singuli, eum, eosq;, quibus infertur, deserre; sed potius ad conseruandam pacem à Cæsarea Maestate nobis concessam & ratificatam, ac Regiæ quoq; Maestatis inhibitionem & causationem processuum iudicialium retinendam, cogemur nostri & nostrorum legitimam tuitionem & defensionem suscipere, & hanc iniustissimam, tum Camera Imperialis, tum aliorum iudiciorum executionem; rationibus ac vijs è iure diuino ac legibus naturæ concessis, Deo iuuante, auertere & impedire, & eò consilia nostra dirigere, vt nos nostriq; in causa religionis Christianæ coniuncti & fœderati, veritatis Evangelicæ doctrinam, atq; ita veram Christi religionem, explosa tam idolatria, retinere, & contra talium processuum iniuriam per Dei gratiam tuti esse queamus. Ac si cui hanc ob causam quicquam aut vi eripiatur, aut per detentionem sui corporis vel bonorum incommodetur, vt id damnum ab ijs, qui vim vel iniuriam inferunt, resarciatur. Quæ quidem omnia vitare cuperemus. ac rogamus iterum Vniuersos & singulos Monarchas, Reges, Principes, potentatus, aliosq; reipublicæ status & ordines, vt huius nostræ commemorationis, protestationis, & petitionis recordentur, nosq; in omnem euentum, quem Deus pro conseruanda pace & gloria Christi ac Euangelij clementer gubernet, excusatos habeant. Pro quibus nos vicissim gratos & memores fore, & hæc omni officij genere perpetuò compensaturos esse, pollicemur.

anno 1542.  
die 2. Dec.

IACOBVS V Scotiæ Rex, cùm Calendis Ianuarij superioris anni, Magdalenam Francisci Gallia regis filiam sibi copulasset; eaq; paulò post Nonis Iulij decessisset: Mariam, Claudij Guisæ ducis (qui Antonij Lotharingi frater fuit) filiam, Francisci, qui Caletum postea recuperauit, sororem, anno vertente in matrimonium duxit, ex qua duo filij infantes mortui, & vnica filia Maria, paucis ante mortem Regis diebus nata est, quæ postea rerum potita, tandem capta, in Angliam aufugit, vbi in hodiernum vsq; diem custoditur, vt suo loco exponemus.

Henricus Dux Megapolitanus duas filias, duobus Principibus Silesijs, Catharinam, Friderico Duci Lignicensi, Margaritam, Henrico Duci Munsterbergensi elocauit. Quorum hic, Caroli ducis Munsterbergensis filius, Henrici nepos, Georgij Poiebradi Bohemiæ regis pronepos fuit. Ille ex antiqua Polonia Regum stirpe, nusquam interrupta sanguinis serie ortus est.

Boleslaus III. Rex Poloniae bellicosus & felix, qui A. C. 1139. obiit.

Vladislaus Rex Poloniae Princeps

Casimirus.

Silesiæ ⊕ 1159.

Boleslaus Altus ⊕ 1201

Henricus Barbatus ⊕ 1238.

Henricus Pius à Tattaris cæsus 1247.

Boleslaus Caluus ⊕ 1278.

Henricus obesus ⊕ 1296.

Boleslaus Brigenfis ⊕ 1342.

Ludoicus fundator collegij Brigenfis

CONRADVS stirps  
Ducum Masoniæ.

GEORG, SAX. DVX OBIIT.

328

M. D.  
XXXVIII,

Henricus  
Henricus,  
Ludoicus,  
Ioannes,  
FRIDERICVS I. ⊕ 1488. Vxor Ludimilla  
Georgij Poiebradi filia.  
Fridericus II. ⊕ 1547.

Fridericus III. gener Henrici  
Megapolitani ⊕ 1570.

GEORgius  
Brigensis.

Henricus

Fridericus II.

Ioachimus.

Iohannes.

COMETA in ☌ solem sequens, mense Ianuario conspici cœptus est, Haestæ species erat longissimo tractu ab ala Pegasi ad pedem eius proiecta. Accedebat autem non tardissimo motu ab occasu brumali ad Andromedæ caput vbi post paucos dies euanuit.

IOAN:NES III, Cliuiæ Dux, Comes Marcæ, quem Pacificum nominant, mense Ianuario decessit, relictis ex Maria, VVilelmi VI. postremi ducis Iuliacensis filia & hærede, vnico filio VVILELMO, viginti duorum annorum iuvene, (qui amplissimas ad vtramque Rheni ripam à Colonia ferè ad illius ostia prouincias, Iuliacensem, Bergensem, Cliuiam, Marcam, Geldriam, Sutphaniam, Rauensburgum, & alias gubernare cœpit) & duabus filiabus, Sibylla & Anna, quarum illa Ioan. Friderico Duci Saxonie ante annos tredecim coniugio iuncta, hæc Henrico VIII, Angliæ Regi exeunte hoc anno nupta fuit. Quam post sex menses Rex fastidians, attributa pensione annua, vnde in Britannia regno honestè viueret, rursus dimisit.

M. D. X I L.

Georgius Saxonie Dux, Alberti filius, cum ex nouem liberis, quos ex Barbara Casimiri Poloni filia susceperat, vnicum filium Fridericum, mente non satis constantem, superstitem haberet, coniugem ei Elisabetham, Ernesti Comitis Mansfeldij natam, Ioannis Georgij sororem dedit, eumq; hæredem ac Gubernatorem patrij Ducatus, adiunctis 24. consiliarijs, testamento designauit. Cum autem vix vno post nuptias mense exacto hic obiisset, pater etiam senex Dux Georgius, mœrore & curis ac ætate confectus, die 17. Aprilis magno cum Pontificiorum Principum dolore decessit, cum vixisset annos 68.

27. Ianuar.

26. Febr.

HENRICVS Dux Saxonie frater, qui puriorem Euangelij doctrinam amabat, & in foedus Smalcaldicum receptus erat, gubernationem ditionum Georgij in Misnia & Thuringia accepit, & statim Ecclesias de Lutheri ac collegarum ipsius consilio emendauit ac initium emendationis Lutherus ipse habita die Pentecostes Lipsiæ concione prima fecit. Visitationem ecclesiarum, Theologis ab Ioanne Friderico electore missis, Georgio Spalatino, Iusto Ionæ, Nicolao Amsdorffio commendauit, qui Do-

25. Maij.

## PHILIPPVS HASSIÆ PRINCEPS.

doctrinæ Normam esse librum verbi diuini, & deductos inde Augustanæ Confessionis articulos voluerunt. Ritus veteres omnes, qui sine manifesta impietate tolerari potuerunt, ac in his vtitas ecclesiæ in Missa cantiones, Introitus, Kyrie, Gloria in excelsis, Collectas, lectiones epistolarum & euangeliorum, Symbolum, præfationem, Sanctus &c. (solo Canone excepto) Elevationem etiam & cereos ac vestitum Sacerdotum retinuerunt.

QVEDLINBURGI etiam mortuo Georgio duce Saxonie, collegij & vrbs patrono, ANNA, Bothonis Stolbergenfis filia collegij Virginum ab Henrico Aucupe instituti & vrbs Domina, in omnibus templis, veram Euangelij doctrinam publicè doceri, & abusus Pontificios tolli, permisit, Pastore præcipuo ad S. Blasium, Ioanne V Vimmenstedio, cuius anno 1533. mentionem feci.

Pridie Calend. Ianuarij, Henrici Ducis Brunsvicensis scribam, ad Albertum Archiepiscopum Moguntinum, & Matthiam Heldum cum literis missum, Philippus Hassiæ Princeps intercipit, & literas ac Instructiones ipsi datas resignat, in quibus cum scriptum inuenisset, Landgrauium certò bellum moliri, datas ad omnes Electores & Principes literis se purgat, Dux Brunsvicensis re comperta, ius gentium à Landgrauio violatum esse capto legato suo, & à Saxone aliquoties sibi per eius fines iter facienti infidias factas esse publicè conqueritur. Dum autem hi respondent, & vtroque scripta publicè commutantur, tandem in eam acerbiteriam res est deducta, vt inuectiuis atrocissimis & penè scurrilibus in se mutuo Henricus Dux Brunsvicensis, Ioannes Fridericus elector Saxonie, Philippus Landgrauus Hassiæ, toto ferè triennio debacchantur, & Ernestus dux Luneburgensis ac Senatus Brunsvicensis etiam, scriptis editis se aduersus Henrici accusationes defenderent, Dux Brunsvicensis scriptorem in hoc genere valentem habebat Cancellarium Ioannem Staplerum Heidelbergensem, quem conuiciandi arte ac loquentia, aduersæ partis scriptoribus superiorem fuisse, & magisterium obtinuisse apparet. Tandem in bellum apertum hæc scriptorum prælia desierunt.

1742.

IOACHIMVS II. elector Brandenburgensis, cum perpetuis subditorum suorum precibus, liberum Religionis Augustanæ exercitium flagrantibus, aliquot iam annos sollicitaretur, tandem eis ingentem æris alieni molem, Principis nomine soluendam recipientibus, assentitur, & Matthiæ à Iago episcopi Brandenburgensis, & Iacobi Stratneri, quem Georgius marchio Brandenburgicus petenti miserat, pia & fideli opera potissimum vsus, visitationem ecclesiarum in Marchia primam instituit, & manifestos tantum Doctrinæ & cultuum abusus tolli; Ceremonias verò & ritus veteres plerosq; retineri, & librum de Doctrina & Ritibus ecclesiarum Marchiæ edi curat, Cuius prior pars, de locis doctrinæ præcipuis, & catechetice in primis Conciones, piæ & vtilissimæ sunt. Posterior Ceremonias in administratione Sacramentorum seruandas ordinè exponens, vt in prima illa Religionis mutatione minus Pontificij offenderentur, ritus quosdam in speciem superstitioniosiores retinent, qui postea vsurpari desierunt. Cum autem

autem Socer marchionis Sigismundus Poloniae Rex hac emendatione Pontificiae, Religionis à genero instituta offenderetur, Marchio Elector causas consilij sui, prudenter & grauisimè scripta ad Poloniae regem epistola exponit, quæ inter Philippi epistolas legatur.

Vere ineunte magna militum manus in VVestphalia confluxit, ab Henrici ducis Brunsvicensis, Antifœderis catholici Imperatoris summi capitaneis coacta, quæ magnum terrorem vrbi Bremæ & vicinis ordinibus Smalcaldico fœdere junctis incussit. Iodocus etiam Hoiensis comes, qui Francisci Hallij, clientis & hostis sui filium, & fratrem Thomam, præpositum Mindensem Nyoburgi custodiebat, vt fratris Ioannis filium, à Francisco Hallio captum liberaret sibi metuens: à vicinis Bremensibus, & Ernesto duce Luneburgensi, patrono suo, auxilia petebat. Sed paulò post Georgio duce Saxoniae Antifœderis Thesaurario mortuo, copiæ illæ à Bernardo à Mila & Conrado Penning ad Smalcaldicos traductæ, & in Hadelaria, VVursatia & vicinis locis aliquantisper alitæ sunt, donec constitutis Francofurti inter Cæsarem & protestantes inducijs & Pace Noribergensi denuò confirmata, dissipatæ sunt.

19. Aprilis.

In hoc conuentu Francofordiensi primum de Religionis controuersijs colloquio eruditorum dirimendis Decretum & Mindensis proscriptio suspensa est intercedentibus inter Cæsarem & Protestantes Ludoico Palatino & Ioachimo II. Brandeburgensi electoribus.

RIGÆ archiepiscopus VVilhelmus, marchio Brandeburgensis, plenam diœcesios illius gubernationem adeptus, & eandem cum vrbe religionem Auguitanæ Confessionis amplexus, ecclesiasticam iurisdictionem se ipsis vsque ad generalis concilij determinationem permissurum esse, ostendit, modò politicam subiectionem sibi debitam, quam antecessori suo obtulissent, iureiurando fidelitatis solenni præstarent, & bona Collegio Canonorum & diœcesi erepta redderent. Id Rigenses, qui in possessione erant, facere recusabant. Cumque in Camera iudicio Canonici se spoliatos ante omnia restitui iam diu flagitassent, & iam noui archiepiscopi autoritas accederet; fœderi Smalcaldico se Rigenses adiungunt, vt communi fœderatorum patrocinio in Camera defenderentur. At septennio post, labascente fœderis Smalcaldici potentia, Archiepiscopus à magistro & cæteris Liuoniae ordinibus auxilium petit. Quibus intercedentibus, & iam coniunctis viribus bellum moturis, Rigenses tandem archiepiscopum pro dimidia parte Dominum receperunt, & anno 1547. ineunte, archiepiscopo VVilhelmo, & magistro ordinis Hermanno Hasencamp, qui Plettenbergo successerat, cum coadjutore suo Ioanne Reckio, urbem ingressis, iuramentum fidelitatis solenni ritu exhibuerunt. Magister biennio post obiit, nec successor illius Reckius vltra biennium in eo magistratu vixit. Anno igitur 1551. Henricus de Galen Liuoniae præfectus est, qui VVilelmum à Furstenberg coadiutorem habuit, quorum imperio excita-

M. D. XL.

XLXXX

tis in Liuonia primùm intestinis inter ordinem & archiepiscopum tumultibus, & Moschico bello statim secuto, in tristissimas calamitates Liuonia coniecta, & equitum ordo cum archiepiscopatu planè extirminatus & excisus est, vt suo loco indicabimus.

LE GEM SE X articuloꝝ, Angliæ Rex, ab Episcopis Pontifici addictis, Stephano Gardinero Vintonienti inprimis, viro post hominum memoriam vt crudelissimo, ita callidissimo, arte inductus, die 20. Aprilis, communi Senatus regni decreto promulgat, præsentis capituli poena in eum constituta, qui secus doceret aut profiteretur, quàm sub panis & vini forma verum & naturale Christi corpus ita contineri, vt nulla in eo adsit panis viniq; Substantia. Nihil referre ad salutem, vt integra Cœna Domini sub vtraq; specie vulgò percipiatur, cum sub vtralibet specie totus contineatur Christus. Sacerdotibus non licere matrimonium contrahere. Vota semel nuncupata necessariò præstanda esse. Missas priuatas in ecclesia esse retinendas. Auricularem delictorum confessionem, quæ Sacerdoti fiat, cunctis necessariò esse frequentandam. Hæc decreta, cum nerui essent religionis & regni Pontificij, nihilominus tamen Romani Pontificis, velut Antichristi, Imperium ex toto regno profligatum, & se Anglicanæ ecclesiæ caput, haberi volebat.

Superiore etiam anno, monasteria in totius regni Angliæ prouincijs triginta duabus, omnia ferè dirui & solo æquari, opes verò ac census monachorum plerosque in fiscum redigi, partem nobilitati vendi aut donari per Thomam Cromelium curarat. Quem obscuro loco natum, sed singulari ingenij acumine & dexteritate ac facundia, & in rebus agendis industria præditum Secretarium, Rex Essexiæ comitem, & consiliarium intimum, & sigilli regij custodem, & episcoporum omnium ac totius gubernationis ecclesiasticæ præsidem, post Regem supremum, designarat, carissimumq; eo tempore habebat. Is monachorum hostis acerrimus, autor regi, funditus etiam ædificia cœnobiorum euertendi fuit, vt omnis redeundi in nidos, vnde pellebantur, spes eis adimeretur. Cum autem Cromelius faueret dogmata & ritus Pontificios improbantibus, & monasteria passim deleret, & multos episcoporum opera in vitæ discrimen coniectos seruaret; metuentes episcopi, ne ipsorum quoq; regnum, dignitas & opes eo modo labefactarentur; astu Vintoniensis, Regi persuadent, vt omnem prioris temporis inuidiam, abdicata Rom. P. autoritate, Catharinæ diuortio, Annæ supplicio, monasteriorum interitū excitatam, declaratione studij religionis veræ à maioribus acceptæ piè conseruandæ, & hæresium ac hæreticorum omnium toto regno extirpandorum aboleat. Hæc occasio Edicti illius, seu Legis sex articuloꝝ promulgandæ fuit, qua confirmationem suæ autoritatis & potentia, & aditum ad Pontificij imperij restitutionem, & Thomæ Cromelij aliorumq; ipsius clientum perniciem, astutè episcopi quæsiuerunt. Et si autem tum alij, tum verò prolixæ & graui epistola, rogatu Roberti Barni & aliorum, ad Regem scripta  
Philippus

Philippus episcoporum fraudes detegeret, & articulos impios refutaret, & Darij, Assueri, aliorumq; regum piorum exemplo corrigi ac retractari Edictum peteret; tamen non flexerunt Regem, qui tamen, dum superstes Cromelius eum mitigaret, non admodum seuerè Legem exequebatur.

Ducebat verò, eodem anno exeunte, Rex Henricus, quinquaginta annorum conjugem ANNAM, Ioannis Cluiæ ducis filiam, VVilhelmi Principis ac Sibyllæ Saxoni electori nuptæ sororem, quam statim pertæsus, post paucos menses iterum repudiavit. Cuius mentione alicubi facta, Cromelius dixerat, optare se pugionem suum in eo hærrere, qui repudij illius autor esset. Ea vox ab æmulis & hostibus Cromelij aduersus eum conspirantibus ad regem delata & exaggerata, quasi rex ea petitus esset, causam præbuit, vt Cromelius in turrim Londinensem custodiæ mandatus, ex-

1540.

actò bimestri, die 29. Iulij, securi capite præciso iussu regis necaretur. Biduo post Robertus Barns præstanti vir ingenio & eloquentia, nomine regis legatione in Germania & apud Lutherum & collegas VVittebergæ functus, vnà cum tribus alijs ob decreta illa de Religione & diuortium Regis improbatum, ignis supplicium tulerat.

1540.

Hugo Latinerus, VVigornien sis, & Saxonus Sarisburensis episcopi eadem decreta improbantibus superiore anno ecclesijs suis exclusi in custodiam dati erant.

1539.

Eodem anno Fortlan Mopriscas qVæ cXCeLLVIt HeroInas, Panonico regi nVpta Isabella fVIt filia Sigismundi regis Poloniae ex Bonæ Sfortiæ coniugio primogenita Ioanni Vngariæ, regi in matrimonium data est quæ sequenti anno filium Stephanum auo paterno *quædam*, postea Ioannem II. dictum, enixa, maritum intra paucos dies febris extinctum amisit.

1540.

A Cardinali & Archiepiscopo Magdeburgensi Alberto, subditis ciuitatibus & Nobilitati, publicum Augustanæ Confessionis seu veræ Euangelij doctrinæ exercitium, in Magdeburgensi & Halberstaden si diocesi liberè permissum est. Cum enim ingentem pecuniæ summam Cardinalis ab archidiocesanis peteret, nec assentiri proceres ac ciuitates, nisi Augustinæ Confessionis doctrina ipsis liberè concessa, vellent: Georgio etiam duce Saxonie mortuo, Henricus Dux Saxonie in Misnia, & Ioach. Elector Brandenburgie in tota Marchia subditis in permittenda Religione libera gratificati essent: ipse etiã, vt pecuniam flagitam impetraret, conueniendum esse duxit. Collegijs tamen Canonorum & Cœnobijs in pristino statu relictis: Archiepiscopo autem Moguntiam migrante, Senatus in Salinis Saxonie, vbi aula sedem hæctenus habuerat, Ivstrvm Ionam Theologum, Collegij omnium Sanctorum VVittebergæ præpositum, ecclesiarum vrbis suæ inspectioni præficit. Halberstadienses Iodocum Ottonem, & Autorem Lampadium, Theologiæ L. VVerningrodâ euocant, quorum diligentia & fide Ecclesia purior in ea vrbe restituta, in hodiernum vsque diem Dei beneficio conseruatur Lampadius anno 1559. ex his terris euocatus est.

## CONVENTVS SMALCALDEN SIS.

Carolus, ex Hispania per medias Gallias facto itinere, Gandauum mense Ianuario cum copijs ingressus est. Quæ ciuitas anno superiore, imperata Belgis, per Gubernatricem Mariam, Caroli sororem, pecunia, insolenter aduersus magistratus Cæsareos tumultuata fuerat, in qua seditione Magistratus aliquot occisi & clam nuncij ad Galliæ regem Franciscū qui illius fidei & tutelæ Gandauum & alias Flandriæ ciuitates offerebant, missi sunt. Quorum postulatis Rex repudiatis Carolo cæsari hanc subditorum illius proditionem patefacit. Eam igitur rebellionem, grauissimè vindicans Cæsar, non modò autores seditionis supplicio affecit, sed etiam priuilegia & libertatem pristinam vrbi eripuit, & ciues Arcem, ceruicibus suis impositam, suo sumptu extruere, & præsidium illius alere coegit.

Smalcaldiæ, conuentus Iohannis Friderici Ducis Saxonie electoris, cum cæteris Principibus & ciuitatibus, religionis nomine foederatis, eorumque Theologis, mense Martio inchoatus est, cuius præcipuas deliberationes, Philippus epistola ad Lutherum eo tempore scripta, complexus est, Scripserat a Lundensis rediens ex Hispania, Imperatorem Carolum venturum in Germaniam, non vt bellum ciuile moueret, sed vt de concordia ecclesiarum deliberaret, sarcinda moderatis rationibus. Ideo hortatus est Lundensis nostros Principes, vt & ipsi deliberarent, quid defensuri essent, aut largituri aduersarijs, Hanc ob causam indictus est conuentus Smalcaldensis. Allatæ sunt deliberationes, quarum consensus summus fuit, nō posse abijci eos articulos, quos in confessione & Apologia confitemur. Constituto doctrinæ consensu, de Adiaphoris nō odiose pugnandum, esse β Deliberatio nostra, cui cæteri subscripserunt, accuratè & eruditè videtur scripta, vt Paulus narrare poterit. Hæc dum aguntur in conuentu allatum est responsum Imperatoris Caroli, in quo narrat Imperator, se in Germaniam venisse nōo hostili animo, sed acturum esse de concordia Ecclesiarum, & spem ostendit se daturum pacem, eaq; de re dixit, paulò post resposurum esse. Hoc dictum satis quidem αινυρα τωδες est, Sed nos interpretamur esse εϕλυμεν. Aliquanto post venit γ comes Nouæ Aquilæ. Is adfert deliberationem de concordia, cui additæ erant quædam Imperatoris exostulationes. Erat Legatio quadam aulica Ironia instructa Comites Manderschildt, & Nouæ Aquilæ, præ se ferebant, se non esse missos ab Imperatore, sed tamen consilium suum Imperatori placere. Summa consilij hæc erat, Cùm malit Imperator publicas controuersias componi sine maiori tumultu, Granuello, & his duobus comitibus videri consultum, vt petamus hanc rem priuatim peti ab Imperatore, eumque quasi arbitrum faciamus harum controuersiarum priuatim. Quod si faceremus, Imperatorem adhibiturum esse Granuellum, & paucos alios, & delecturum vtrinque eruditos qui dogmata iudicarent & moderarentur. Contentiones verò de prædijs Ecclesiarum, Imperatoris iudicio permitendas esse: petatum & hoc est, vt disertè & planè dicamus, quid largiri aut defendere ad extremum velimus. Erant adiectæ satis duræ exostulationes, Nam Imperator ait se agrè ferre, quod hæcenus simulantibus con-

cordiæ studium, hoc egerimus, vt rem extraheremus, vt paulatim nostræ partes confirmarentur, non verè voluisse nos discordias tolli quod nihil concessimus aduersarijs. Narrat quàm diligenter Augustæ egerit de concordia: Ac tota querela eò spectat, non videri nos appetere concordiam, nisi abijciamus totum doctrinæ genus, quod profiteamur. Nos verecundè & verè respondimus de nostrâ voluntate erga Rempub. & studio Pacis purgauimus obiecta crimina, & ingenuè diximus, non velle nos conciliationem intelligi confirmationem veterum errorum, & projectionem piæ doctrinæ ostendimus clarè, quos articulos non posse abijci censeamus, & petiuimus, vt res non priuatim, Sed in publico conuentu ageretur, vt anno superiori promisit Imperatoris legatus Francofordiæ, ostendimus etiam nos nequaquam de prædijs Eccleliarum pugnare Exempla responsionis habent Principum & ciuitatum legati. Fortassis erunt varia iudicia de nostra responsione, Non multa sunt *φορμικώταρα*, Cætera verecundè, ingenuè, grauer, ac sine sophistica scripta sunt. Et si vult Imperator piè consilere ecclesijs, occasionem aliquam præbuisse videmur. Vtinam Deus excitet animum Imperatoris vt verè velit inquisitis fontibus & fundamentis de doctrina agi, sicut toties in hac narratione scriptum est. Habes historiam huius conuentus præcipuam, Nam cætera sunt communia, in quibus & pleraque sunt, quæ Demosthenes nominat, *κατὰ πολιτικῶν ἀμαρτημάτων*, de quibus coràm loquemur, Vale.

α Lundenis cuius in hac & alijs Philippi epistolis mentio fit: Ioannes, Archiepiscopus olim Lundenis in Dania, sed natione Belga, ex nobili familia Iuliacensi à *Wals* oriundus: Cùm Christiernus II, Daniæ rex in Suecia sæuæ tyrannidis exemplum edidisset & sequenti anno ad Carolum V. cuius sororem coniugem habebat, in Belgium proficisceretur, comitatus regem, in Belgio mansit & Carolo Cæsari seruiens, cùm superiore anno legatione ad socios fœderis Smalcaldici Francofordiæ ad Mœnum collectos, & inde ad regem Ferdinandum functus esset: huius commendatione episcopus Constantiensis electus, & Abbas in VValdsaxen, superioris Palatinatus cœnobio ditissimo factus: Tandem in comitijs Aug. Anni 1548, mensè Maio apoplexia extinctus est. Exuuiæ in cœnobium diuitis Augiæ, quod episcopatus paulò ante inseruerat, delatæ sunt.

1521

1539

β Deliberatio illius conuentus, quid concedi aduersarijs aut non concedi à nostris ecclesijs concordia causa possit, cui cæteri subscripserunt: titulo Articulorum Smalcaldicorum anni 1540. extat.

γ Comes Nouæ Aquilæ VVILELMVS, frater Hermanni Canonici Coloniensis, quem Erasmus Buschius & cæteri illius ætatis viri docti celebrant.

VVilelmus

Hermannus Canonicus Coloniensis.

VVILELMVS Coroli V. Consiliarius.

Hermannus ἀπαις

Filia nupta ADOLPHO filio Humberti.

Quod

M. D. XL.

Quod nostros verecundè & verè respondisse narrat: eius responsio-  
nis exemplum itidem in Philippi epistolis extat, hoc titulo: Responsum  
Ioannis Friderici, Ducis Saxoniae Electoris, & Philippi Langgrauij Halsiae,  
& reliquorum cum his in religionis negotio coniunctorum, in conuentu  
Smalcaldensi anno 1540. die XI. Aprilis datum legatis Caroli V. Impera-  
toris, comitibus Theodorico de Manderschied & VVilhelmo de Noua Ae-  
quilae die vndecima Aprilis.

Secuta sunt comitia Hagenoae, ad dirimendas, colloquio eruditorum,  
Religionis controuersias indicta, mense Iunio. Vbi cum Pontificij, Augu-  
stinas de concordia actiones, anno 1530. susceptas pertexi; & de quibus  
tum conuenisset, pro concordatis & conclusis haberi peterent: nostri col-  
loquium ordine de singulis articulis Confessionis Augustae exhibitae insti-  
tuti flagitarent: tandem allato de morte Ioannis Vngariae regis nuncio,  
Ferdinandus domum in Austriam properans, inchoatas deliberationes  
abrupit ac VVormaciam denuo conuenire vtriusque partis legatos, &  
colloquium inchoari iubet. Quo tamen, mense Ianuario primùm cœpto,  
triduum solummodo Eccius & Philippus de peccato Originis collocuti  
sunt, Statim enim allatis Caroli Imp. literis, Comitibus Ratisbonae indicta  
& res omnis illuc reiecta est.

In comitijs Hagenoae, ERICVS  
Dux Brunsvicensis senior, VVilhelmi filius, qui Maximiliano & Carolo  
Imp. à prima adolescentia militauerat, & familiaris ac carus fuerat, & ma-  
gnas res belli & pacis temporibus gesserat, anno aetatis 70. Dynteria  
obijt. Corporis exuuiae, pia coniugis Elisabethae, Ioachimi I. Elect. Bran-  
deburgensis filiae cura, Mündam, ad Visurgis & Fuldae confluentem trans-  
lata, & Epitaphium monumento aeneo incisum est.



*Am ter quinque ierant post natum secula Christum  
Lustra octo: cum Dux clarus Ericus obit:  
Hunc norunt Veneti, Moravi, Phrisij, atque Bohemi.  
Austria cumq; tuo Carole nouit auo.*

*In primis bellax erit Hildeshemia testis*

*Qua varijs auxit regna paterna locis.*

*Alui proluue cecidit, non Martis in armis,*

*Post tot victrici parta trophaea manu.*

*Nupta Sigismundo quondam Catharina marito.*

*Huic est connubij foedere iuncta prior.*

*Altera Marchionum claro de stemmate, nostra*

*Heredem patria, dulcis Elisa dedit.*

*Cui pater auxit opes, & struxit Ericoburgum*

*Hunc populo serues, Christe benigne, suo.*

Post Erii obitum, ordines prouinciae, Gubernationem, filio Erico  
adhuc impubere, principi matri commendant, & Religionis Pontificiae  
emenda-

emendationem ac sincerę euangelij doctrinę propagationem ( à qua semper alienissimus senior Ericus fuerat ) quę in vrbibus populosis Gottinga, Hannouera & alijs, iam dudum inchoata erat, liberam & vniformem in tota prouincia institui flagitabant. Etsi autem Henricus iunior Dux Brunsvicensis, pupilli patruelis & alij, acerrimę huic mutationi aduersabantur: tamen pio & Heroico optimę principis viduę Elisabethę, procerum suorum consilio & ope adiutę, studio ac zelo, paulatim progressum est: Antonio Coruino, ex vicina ad Visurgin V Vitzenhusensi Hafsia ecclesia euocato, consilia emendationis doctrine & constituendarum Ecclesiarum pię, prudenter & moderatę gubernante. Mitobium etiam medicum aula, Philippus subinde monebat, Reformationem ecclesiarum, non à ceremoniarum mutatione, aut *είκονολάσις*, vel cœnobiorum direptione, sed doctrinã vtili ac salutaris in concionibus pię & moderatę proponenda, inchoandam esse. Vt vos Medici dicitis, *ὠμὰ μὴ κινητέον*, cruda non mouenda esse: ita velim vos initio Ecclesijs vestris quærere idoneos & moderatos concionatores, qui prius docerent aliquandiu populum, quàm mutatio rituum instituat. Conciones pias & moderatas prohibere Mezentius non poterit. Habes summam mei consilij, & alibi: De monasterijs quod significas, quosdam esse cunctantiores, relinquamus illis suam sapientiam, fortassis volunt *πεύθειν βραδέως*, etsi sæpe iam magno cum dolore expertus sum admodum esse inconstantes *τῶν δέχόντων* animos. Vos initio pugnate, vt populi ecclesię, seu vt vocant, *παροικίας* benę instaurentur & constituantur. Plerique Principes, etiam ante hoc tempus, multò in diripiendis Monasterijs fuerunt diligentiores, quàm in constituendis *παροικίαις* & scholis. & alibi de illustrissima principe Elisabetha. Esaias inquit, Reginas aliquas fore nutrices Ecclesię, quo in numero iustę recensetur & inclyta Domina Princeps Brunsv. Dulcissima est autę nutricis appellatio, quia materno affectui proxima est nutrix, & pascere lacte significat gubernationis moderationē. Fovet autę Princeps suas Ecclesias suavi gubernatione sine crudelitate, & impertit Euangelium populis. Hęc verę sunt Heroica, & Deo grata officia. Quare Deum oro, vt ipsam & filium seruet, defendat & regat, nosq; omnes adiuuet, vt vestra consilia sint salutaria. Ordinatio Ecclesiarum publica, anno tertio demũ edita, & Visitatio ecclesiarũ totius ducatus solennis suscepta, designati ecclesiarũ inspectores, & Synodi singulis semestribus instituta sunt, in quibus Pastores singuli, eorũq; collegę, de præcipuis nostrę religionis dogmatibus auditi, & de moribus ac disciplina pastorũ & populi inquisitio facta est. Quod in primis, ad conseruandam doctrinę puritatē & concordiam & extirpandas abusuũ pontificiorum reliquias, & sectas arcendas, salutare fuit. Sic mediocriter florebant & tranquillę manebant in eoducatu Ecclesię, docentibus eas & gubernantibus. Antonio Coruino, & Martino Listrio in aula, D. Ioachimo Morlino, & Bartholomeo Volfarto Gottingę, Georgio Scarabeo Hannouerę Rodolpho Mylio Hamele ad Visurgin, Ioanne Sutelio Northemi &c. vsq; ad annũ 1550, quo princeps iunior ex aula Imperatoris è Belgico paulò ante reuersus, gubernationem patrię adiuit, vt suo loco monebo.

Bremenenses, hostem Baldasarum, dominum in Esens, à Camera iudicio proscriptum, & Caroli Geldrię ducis recens defuncti Patrocinio destitutum, penitus opprimere & delere cupientes, occasionem optatam nacti sunt;

M. D. XL.

sunt; cum Maria, Domina Ieverensis, Baldasari vicina & consanguinea (nam ex duabus sororibus, Gerardi comitis Oldeburgensis filiabus, nati erant) misso Bremam legato, nobili Bogone, aduersus Baldasari iniurias, & impressiones hostiles, auxilia peteret; & suæ ditionis portus Bremensibus patere, & tutum commeatum ac receptum passim se illis præbituram esse, polliceretur. Statim igitur vexillum peditum Mariæ concessum, & mox alia novem vexilla, ducibus Menhardo von Hamme & Conrado Penning, & Ioanne à Seggern equitum magistro, in Frisiam Baldasaro subiectam missa sunt, quæ Baldasari copias, in oppida Esens & VVitmund compulerunt, ac VVitmundum arcem, Bogo Ieverensis obsidebat. Esenam verò, in qua Baldasarus ipse se continebat, Bremenses castris suis cinxerunt mense Iulio, & continuatis oppugnationibus, tandem immisis in tecta telis ac globis ignitis, oppidum incenderunt, quod in cineres redactum, tanto Baldasarum, iam dum animo & corpore ægrum, & ab omnibus desertum, mœrore affecit, vt post paucos dies dolore, curis, laboribus & morbis confectus extingueretur. Nihilominus tamen, qui Esenæ & VVitmundæ in præsidio erant, arces adhuc tuebantur, ac postridie Martini, Bogo, dux Ieverensis, ad VVitmundam, tormenti ietu interfectus est.

9. Octobris.

18. Octobris.

Mortuo autem Baldasaro, Philippus Hafsia Landgravius, auctoritatem suam interposuit, & clientem suum Ioannem, comitem Ritbergensem, natum ex sorore Baldasari, & hæredem ipsius proximum, Bremensi Senatu commendauit, totumque bellum his conditionibus composuit, vt à Senatu Bremensi, ditionem illam Esensem, VVitmundam & Steidersdorff, Anna, Baldasari soror, Ottonis comitis Ritbergensis vxor, & filius ex ea natus Ioannes, comes Ritbergensis, ac hæredes ipsius, masculi & foeminae in feudum accipiant; & Bremensem Senatum Dominum feudi recognoscant; arcesque & oppida petenti Senatu patefaciant; nullos piratas in suis portibus aut oppidis foveant aut receptent: mercatoribus ad illa littora naufragis bona restituant; tutum commeatum, & commercia Bremensibus in toto territorio libera permittant, & se mutuo in omnibus periculis fideliter iuvent, cum Ieverense etiam Domina vicina, Bremensium in hoc bello socia, pacem & amicitiam perpetuo colant, & pro sumptibus executionis, Bremensibus quinquaginta millia aureorum Rhenensium, decem millia in præsentem, reliquum quinq; annorum prox. pensionibus æquis soluant.

Hanc transactionem Ernestus dux Luneburgensis, Philippus Landgravius Hafsia, Iodocus comes Hoiensis; Ioannes Deipholtensis; Otto Ritbergensis, Ioannis pater: Anna comitissa; & Ioannes filius, Senatus Bremensis; Hicco & Hero, nomine nobilitatis, & Senatus Esensis, subscriptione & sigillis suis confirmarunt, Calendis Decembris. Exercitus Bremensis re feliciter confecta postridie Luciae Bremam redijt, & persolutis stipendijs dimissus est.

Etsi autem inter Bremenses & comitem Ritbergicum ita, vt commemoravi conuenerat: tamen post occupatam à Carolo V. Geldriam, & captos principes Saxoniae & Hafsia; Carolus V. dominium ditionis Esensis directum, à Carolo Geldria Duce olim, Baldasarum exulem restituentem,

partum,

partum, Ducatui Geldriae iterum vindicauit, nec Bremenses cum potentissimo Imperatore sibi contendendum de eo iudicarunt.

Henrici Saxoniae Ducis filia Sibylla, Francisco Duci Saxoniae Laoburgensi nupta est mense Ianuario, ex qua sex filios, ac in his Henricum archiepiscopum Bremensem, Osnabr. Pad. & tres filias suscepit. Henricus

antequam ad gubernationem peruenisset, foederi Smalcaldico se, suo & heredum nomine obligauerat. Nunc vero quorundam ordinum suorum, tempestatem ab Imp. impendentem prospicientium consilio, se inde iterum extricauit, quod Elector Saxoniae Ioh. Frid. in literis ad ordines Mytinae, quibus

bellum eis exeunte anno 1546, indicit ipse commemorat. Iohanni principi Anbaldino filius Bernardus 17. Martij natus est, Qui cum in ferijs paschae sancto lauacro regeneraretur, Lutherus duas illas conciones de Baptismo habuit, quae quarto operum illius tomo Germ. insertae sunt.

fol. 379. 369.

Hermanno Tulichio primo studiorum doctrinae in schola Luneburgensi, post factam religionis emendationem Rectori, 28. Iulij, anno aetatis 54, in caelestem scholam translato Ioannes Bathelius Cosfeldianus successit, collegam habens Lucam Lossium, optimè de schola patriae, & plurimorum studijs meritum, qui ad extremam usque senectam docendi & scribendi labores assiduos sustinuit vere Lossius inuicta sedulitate senex. Biduo post

Tulichij obitum D. Robertus Barris Londini in Anglia, ob sinceram Evangelij confessionem, & improbatam Legem sex Articulorum, & diuortium Henrici Regis cum Anna Iuliacense, combustus est die 30. Iulij Confessio Roberti & historia martyrij integra Tomo VI, Luth. VVitt. fol. 400, & sequentibus extat. Eiusdem anni aestate in Saxonia & passim alibi, in ditionibus Ordinum Aug. Confessioni adhaerentium Incendia excitata sunt, ac vrbs Einbecca in primis tota cum omnibus aedificijs publicis & priuatis ac hominibus multis conflagrauit 26. Iulij.

MAVRICIVS Dux Saxoniae, Henrici filius, anno aetatis vicesimo, M. D. XLI. Agnen Philippi Hassiae principis filiam, coniugem ducit Pater senex annum aetatis sexagesimum octauum iam egressus, paucis post nuptias filij mensibus decedit. MAVRITIVS igitur, ante annos, animumque gerens, curasque viriles totius ditionis Gubernationem suscipit, fratre Augusto quindecim annorum adhuc adolescente.

Goslariam Imperij urbem in Saxonia antiquam Ioanni Friderico Saxoniae Electorifederatam sed ditionibus principis Brunsvicensis inimici vndique cinctam, Camerae iudicium recens proscripserat, quod auno 26. armata manu ex vrbe erumpentes, coenobium montis Georgij incendissent, & ministros ducis Brunsvic. in eo depræhensos trucidassent. Huius proscriptionis aduersus Goslarienses strenuè exequenda cupiens erat Henricus Dux Brunsv. qui com meatuum importationem ex suis ditionibus in eam urbem prohibebat, & quacunque poterat ratione ijs incommodabat. Cum igitur ab Electore Saxoniae, & caeteris Religionis nomine confederatis, opere Goslarienses peterent, horum intercessionem Carolus ad comitia Ratisbonae indicta iter faciens, Executione proscriptionis ciuitatum Goslariae & Minda, die 28. Ianuarij Spirae suspendit, & ab omnibus pacem coli iubet, Hanc suspensionem & mandata Caesaris à Brunsvicensi violata, velut fundamentum iusti belli aduersus Brunsvicensem sequente anno suscepti, elector Saxoniae & foederati collocarunt.

# INDEX

A.	
<b>A</b> Dalgagus arch. Hamb.	61.299
Adestannus Rex Anglia	126
Adolphus Dux Geldria	73.74.75.76
Adolphus dux Cluensis	69.70
Adolphus dux Bergensis	71.72
Adolphus Comes Holfatia I. 61. II. 61. III. 62. IIII. 62. 209	210.
Adolphus comes scaunb.	65.278
Adolphus Anhalidinus, epif. Mersburgensis	123.146
Adolphus Clarenbachius	296.297
Adrianus PP.	201.220
Aemylia Saxon. vxor Georgij Brandenburgensis	63
Aemylia Palatina, vxor Georgij Pomerani	221.143.
Agnes Mansf. vxor arch. Col.	45.282
Albertus Vrsus	18.59
Albertus I. dux Saxonie, Bernandi Vrsi filius 56. II. 59. III. 59	38. 113. 86.
Albertus dux Saxonie dextra manus Imperij.	117.
Albertus dux Saxonie archiepiscopus Moguntinus	38.
	42
Albertus II. Imp	15.236.
Albertus Magnus dux Brunf.	52.50.137
Albertus dux Luneb.	59
Albertus Land. Turing.	137
Albertus dux Megapol.	297.301.303
Albertus Marchio Brand. Achill. Germ.	20.12.110
Albertus dux Boruffie.	137.141.143.172.211.282
Albertus Marchio Brand. archiepisc. Magd. & Moguntinus	21.143.118.145.146.162.163.273.319.320.329
Albertus marchio Brand. Casimiri filius	339.20
Albertus rex Suecie	95
Albertus comes Mansfeld.	45
Albertus dux Bauar III. 37. IIII. 111. 125	48
Albertus I. arch. Magd.	213
Albertus arch. Rigenfis	71209
Albertus arch. Bremensis	12.159
Albertus Cranzius	3.51
Albron 208. Albis. fl.	36
Alboinus rex Long.	157
Alcair	88.89
Aldeburg. comites	99.121
Alexander rex Polonia	106
Alexander VI. PP	318
Alexander Medices	296
Alexander Meppensis	182
Alfeld.	100
Alfonsus Rex Neapol.	125
Alfredus rex Anglia	111
Altdorff.	103
Amelia Sax. vxor Bauari	103.173
Andreas Caroloftadius	316
Andreas Canutianus	213
Andreas Knopijs	134
Angarij 17 Angelus Politianus	35.126
Anglia	126.128.130.132.331
Anglia Regum series	206.221.272
D. Amandus	283
Amersford 251 Ancona	89
Anglorum in Moscouiam nauigatio	259.294
Anglicum dinortium	
Anhalidini pr.	44.123.124.146.282
Anna Megapol. vxor Landg. Husia	5
Anna Margiaca, vxor Friderici ducis Holfatie	94
Anna Auftriaca, vx. d. Sax.	15
Anna Lun. vxor Barnimi d. Pom.	211
Anna Anhalidina com. Oldeb.	88
Anna Oldeb. com. Frisia.	89
Anna Pom. vxor Georgij Lignicensis	154
Anna Polona, vxor Bugslai X. Pom. prin.	15.26
Anna Candaula, vxor Vladis. regis Boemia	32
Anna vxor Ferd. Imp.	121.150.324
Anna Sax. vxor Henrici D. Munst.	39
Anna Cleuensis Anglo nupta	332
Anna Boleinia, Regina Anglia	259.287.318
S. Anselmus archiep. Cant.	104
S. Ansgarius 56.208.	Ansloua Notuu 279
Antonius comes Aldelb.	89.287.385.316.328
Antonius comes Scouuenb.	166.167.178
Antonius Leua	256.257
Antonius Corusius	272.338
Antonius Barkhusen Cos. Hannouey	292
Arenberg & comites	197
Armgard Ritberg. com. Lipp.	66
Arnoldus Egmondanus dux Geldria.	72.73.74.75.81.82
Arnoldus epif. Lub.	63
Artoldus comes Tekl. & Bernh.	168
Arnsbok Coenob. Holfat.	62
Arnheim 112 Arnsberg.	213
Arcturus VVallia. princeps Ang.	126
Afcanius a Cram.	168.257
Atterndorff.	224
Augustus dux Saxonie Ele.	43
Augustana confessio exhibit	283
Augustinus Anglorum apostolus	104
Austria archiducum familia prior a Lepoldo Sueno orda	233.234
Autor Sanderus	231.292
Autor Lampadius	332
B	
Badenses marchiones	83
Babylon a Turcis capta	300
Baldasar dux Megap. s. 14. 107. 109. 123. Land. Tyr.	41
Baldasar Dominus in Efens 66. 262. 297. 316. 302. 337	123. 233. 278
Baldasar Merkelius epif. Hild.	298
Baldasar Ranzouu	3.116
Balticum mare	115
Baltici littoris vrbes	39
Barbara postremi el. Sax. filia vxor Brand.	143
Barbara Transyluana, vxor. R. Pol.	39.293
Barbara Polon. vxor Georgij ducis Saxonie	47
Barbienses comites	7.8.9
Bard, oppid. Pom.	99.15.173.221.271.305
Barnimus dux Pom.	336
Bart holomeus VVolfard Theologus	14
Aart holdus Brushauer Pom.	24.114.115.134.143.300
Bastianus Moscorum Tyrannus	110.111
Bauaricum bellum	19
Beatrix Marchica pr. Megap.	32
Beatrix Neapolitana, regina Vngaria	268
Belgica prouincie XVII.	361



# INDEX.

Conradus Loffius episcopus Suerin.	7.10.107	Eduardus Foxus	300
Conradus Pegelius	10	Egbertus Angliæ rex	126
Conradus VVimpina	118.103	Egmondanæ familie series	82
Consulatus	100.105.107.120	Einbec	226.273
Constantiæ comitia	122	Elfeldia Moguntino à Brunf.oppignorata	52
Coporra	23	Elda fl.	3
Cornelius Scepperus	220	Elisabeth, regina Hispan.	84.112.113
Cyrcyra	318	Elisabeth neptis, regina Dania	150.151
Cosinus Medices	220.318	Elisabeth vxor Caroli V.	229
Croatia	3.32	Elisabeth Danica, vxor Ioach. I. elect. Brand.	94
Curland.	318	Elisabeth Marchica, vxor Erici Brun.	259.335
Cuthbertus Tonstallus	198	Elisabeth Bauarica, vxor Ernesti Ducis Saxonie	37
Cypri regina vltima	138	Elisabeth. Bauarica nupta Palat.	110.111
		Elisabeth. Stolbergenfis, mater Henrici Brunswicensis	46.
<b>D</b>			50
Dagobertus Francorum rex	133	Elisabeth Luneb. vxor ducis Geldria	166
Dalmatie	3	Elisabeth. vxor Henrici VII. R. Ang.	126
Dam in Frisia	147.156.302	Elisabeth virgo, Rex Ang.	132.259.287
Dania Regnum	89.90	Elisabeth Austriaca, vxor Casimiri regis Polonie	23.26.
Danie Reges	90.91.92		114
Dania regni eiscopi remoti	302	Elisabeth Catzenelb. vxor Nassacensis	152
Daniel Ranzou	299	S. Elisabeth	136.137
Dantiscum	772.230	Emanuel Lusitania rex	84
Danentria, Suolla se Burgundis subiiciunt	248.252.261	Embrus	197.108
Dassouu	116	Engelbertus Dalacarlus	96
Dauid Zegenhagius	208	Enno comes Frisie	87.66.256.262.297.302.286.316
Dauid à Burgundia	83	Erardus epif. Leodiensis Card.	119.108
Dedo marchio Misnie	40	Erasinus Rotrodamus 105 de Luthero	177.311
Deipholdi comites	165.166	Erfordia	133
Delmenhorst captam à Monasta	56.87	Ericus senior dux Brunswicensis	53.50.110.124.133.145.163.
Derbatum Liouonia	213		167.168.169.259.259.335.292
Detleuus Langebec I.V.D.	138	Ericus inuioy dux Brunf.	250
Detleuus Reuentlouu	298	Ericus Pom. Rex Dania	11.12.13.9.2.106
Dietericus marchio Misnie	40	Ericus II. dux Pomer.	5.11.12.13.14
Dietmarsc	93	Ericus dux Saxon. Laoburg.	59
Diermarus primus epif. Brand.	43.97	Ericus dux Sax. epif. Hildesheimensis & Monaster.	54.124
Dium ad Indi ostium à Lusitanis captum	300		160.182.278
Dorothea Saxonica, vxor Christiani III. regis Dan.	60.	Ericus X. Rex Suecia	95
	226	Ericus XIV. rex Suecia	60.387
Dorothea Brandeburgen. vxor Christiani I. Dan. R.	92	Ericus dux Megapol.	6.122.
	151	Ericus dux Grubenihag epif. Osnab. & Padeb.	124
Dorothea Danica, vxor Frider. Palat.	151	Ericus Dux Sax. Laob.	39
Dorothea Danica, vxor Alberti Ducis Pruss.	94.229.	Ericus comes Hoiensis	97.226
	283	Ericus dux Brunf. postulat. Rigensis	222.51
Drauu fl.	3.5.115	Erichsburg	180.183
Duenta	201	Ernestus elector Sax.	37
Duna fl. Liouonia	23	Ernestus dux Saxonie archiepif. Magdeburgensis.	6.7.48.
			49.51.143
<b>E</b>			
Eberardus dux VVirteberg.	153	Ernestus dux Luneb.	166.176.181.225.260.263.284.
Eberardus comes in Konigstein	169		316
Eberardus VVidenselic	205.232	Ernestus comes Mansfeld.	45.282.328
Eberardus Sudebaldus	237	Ernestus comes in Honstein	46.47
Eboracenses Duces	125.130.139	Ernestus princeps Anhalt.	44.123
Eboracensis Cardinalis Thomas VVulfscus	153.259	Ernestus Bärmeister	226.291
Edmundus rex Angliæ, Socer Ottonis I. imp.	126.127	Escha fl.	224
Edmundus pater Henrici VII.	125	Esensis Frisie regio	312.313
Edmundus Sutfolcia comes	119.126	Esthi in Liouon.	22
Edo leuercnsis	140.286	Euermodus I. Epif. Raceburg.	8.60
Eduardus Angliæ rex I. 129. II. 130. III. 730. IIII. 132.		Exardus Frisie comes.	86.87.117.118.133.147.156.256
V. 132. VI. 318.			3414

# INDEX.

F	
Fara insula	90
Ferdinandus Imp. nascitur 102. nuptias celebrat 199. Rex Boem & Vng. 233. 236. 269. dux VVirteb. 290. 293	134
Ferdinandus R. Hisp. Catholicus 84. 100. 112. 114. 120. 142.	100
Ferdinandus R. Neapol.	201. 202
Ferdinandus dux. Calabria	261
Flandria.	102
D. Fleccus	82. 156. 248. 251
Florentinus ab Iselstein	198
Florentinus a Marca 311. Fontirabia	34
Franci Regnum in Gallia incoarunt	59. 318
Franciscus dux Sax. Laob.	60. 165. 263. 272
Francis. dux Luneb.	109. 163. 165. 200
Franciscus Dux Brunf. episc. Mündensis	263. Monast. 278.
Franciscus a VValdec episcop. Mündensis.	316
Franciscus I. R. Gallie 85. 121. 152. 162. 198. 226. 229	105. 120. 154
Franciscus Ximenes Card.	257
Franciscus Bourbonius	301
Franciscus Sfortia	155. 156
Franc. dux. Vrbini	316
Franciscus Boemus	198. 216
Franciscus a Siccingen	106
Franciscus Picolominus	86. 156
Francica Frisia oppidum	34
Franci	34
Francofordia ad Menum	118. 21
Francoford. Academia	147. 157
Fredburg arx Frisia	41. 37. II. 41. 37. III. sapiens 37.
Fridericus I. elect. Sax. 39. 40. 42. 114. 122. 162. 227	39. 21. 137
Fridericus dux Saxonie Alberti filius	236
Fridericus III. Imp.	41
Friderici marchiones Misnia	137
Fridericus Admorsus	218. 219.
Fridericus I. Holfatie Dux 61. 94. Rex Danie	283
Fridericus II. Dan. rex	60. 89. 94
Fridericus Magni filius Dux Brunf. electus Imp.	52
Fridericus dux Brunf.	51
Fridericus Marchio Brandeb. archiepisc. Magdeburg.	287
Fridericus I. elect. Brand.	19
Friderici II. elect. Brand.	19. 32. 20
Fridericus March. Brand. Ansb.	20. 101
Fridericus Palatinus	302
Fridericus III. Dux Lignicensis	150
Fridericus episc. Traiectinus	83. 86
Fridericus rex Neapol.	100
Fridericus a VVeda episc. Monast.	202
Fridericus comes Buranus	82
Fridericus Heneningus	207. 266
Frisia	86. 87. 117. 147. 156. 201
Frislar in Hassia	135
Fulda Cœnobium	135. 335
G	
Gallie Regum proximorum series	120. 121
Galli a Iulio PP. proscripti	142
Galli in Suecia	157. 158
Gartz	14
Gasto Foixius	114. 142
Gebhardus comes Mansfeld.	273
Geldria Ducatus	72. 73. 74. 113
Geldrick ducum Genealogia	80. 81
Gemona Insule	90
Genua	122. 123. 257
Georgius dux Saxon.	39. 117. 118. 147. 257. 258. 293
Georgius Poiebrad rex Boemie	327
Georgius Dux Pomeranie 15. 125. 143. 221. 230. 211.	260
Georgius Dux Bunn. Brem. & Mündensis	278
Georgius March. Brand.	20. 263. 323
Georgius Fridericus filius	20
Georgius Dux Megap.	259
Georgius Dux Bauaria	110
Georgius princeps Anhalt. 44. 123. 124. Præpos. Magd.	146
Georgius a Blumendal	178. 222
Georgius de Austria	290
Georgius a Fronsberg	230. 255
Georgius a Tautenburg	201. 302
Georgius Scarabeus	336
Georgius VVollenuueuer	283. 284. 291. 298
Gerardus comes Oldenburg	87. 82
Gerardus Holfatie comes	62
Gerardus comes & Dux Bergensis	70. 71
Gerardus Omichius	260
Germana Feixia vxor Frid. R. Hisp.	214. 202
Gero. march. Brand.	18
Geroldus episc. Lubec.	61
Geruinius Ronneberg	109
Geruilius episc. VVormat.	145
Giffhorn	168.
Gilbertus Monpensier	85
Glogouie duces	309
Godscalcus Dux Megap. Martyr.	7
Godscalcus Coppus	226. 229
Gommern	318.
Gormo rex Danie.	90
Goslaria	206. 232. 272. 273
Gottingen	267. 273
Groninga obsidio 86. 117. 147. 267. subiecit se aula Bur-	302
gundica	262
Gretzil	81
Grenendal cœnob. Geldria	124.
Grubenhagen	45
Ganterus comes Mansfeld.	160. 178. 196. 320
Gustauus rex Suecie	157
Gustauus arch. VVpsal.	136
Guido Vbaldus	213.
Habsel	224. 330
Hadelaria	157. 219. 297. 298. 302. 303
Hassnia	Ff ij Haga

# INDEX

Haga comitis	249	Heribertus I. Epif. Mind.	64
Halberstadenses episc.	50	Herbertus ab Holle	284
Halberstad. eccles. emendata.	205	Hermannus Land. Hassie epif. Padeb. 278. & Colon.	67.
Hamburga	206. 208. 138. 270. 273. 287	Hermannus Billing dux Sax.	209
Hamma	69	Hermannus de Salza	21.
Hauelburg.	97. 98. 222. 43	Herm. Falco	213
Hannouer	292	Hermannus Tasti	232.
Harimarus I. epif. Padeb.	67	Hermannus Tulchius	266
Hassel. opp. à Geldro captum	248. 249	Hernoia Bosna dux	31
Hassie. Landgrauj	68	Hero Ommeke	66
Hattum	251.	Heruli	4.
Hauelb. episc.	97. 98. 178.	Hieronymus episcop. Brand.	189. 178. 222
Hauelus fl.	98.	Hieronymus VVitzendorff.	266.
Heduuigis Sax. Abbatif. Quedlinb. +	49	Hildegrius epif. Halberstad.	59
Heduuigis Polonica, vxor march. Ioachimi	11. 144. 301	Hildesheimenses epif.	54. 109. 270. 271
Heduuigis Marchica, vxor Iulij Br.	301	Hildes. Bellum 50. 51. 54. 153. 164. 165. & deinceps	180.
Heduuigis Polona, vxor Geor. D. Bau.	26		161. 182. 184.
Helena Danica, vxor VVilhelmi Br.	52	Hirsfeld. coenob.	135.
Helena Palatina, vxor Henrici Megapol.	143	Hoienses comites.	226. pulsi 141. 166
Helena Moscha, vxor Alexandri regis Polonie	24. 144	resituti	181. 597
Alia Vxor Basilij	115. 122	Hollandia	84
Helmstad. oppid. D. Brun.	51.	Holmia	177. 197.
Heneti	3. 4	Holfatia comites & duces	61. 62. 63. 64. 161. 283. 302.
Hengistus Sax. Dux	35	Houstenij comites.	46. 47.
Henricus auceps Imp.	3. 18. 136. 329	Hago marchio Brand.	18.
Henricus Leo dux Sax.	3. 5. 7. 8. 52	Hugo epif. Constan.	233
Henricus mirabilis	52	Huxaria religio emend.	284
Henricus Magni filius, dux Brun.	52.		
Henricus senior dux Brun.	50. 539. 6. 104. 110. 147. 148.	I.	
Henricus iunior dux Brun. 53. 147. 148. vxor & liberi 153.	bell. Hild. 163. 168. 170. 175. 232. 256. 299.	Jacobus III. scotia rex III. 146. V. 144. 327. VI. 23. 144	114
Henricus iunior Dux Luneb. 55. 104. 163. 167. 168. 166. 175.	176. 225. 282. 336	Jacobus Probst Brem.	203. 287
Henricus dux Sax. Alberti filius	5. 6. 39. 86	Iaitza	32. 238
Henricus dux Megapol. 107. 109. 117. 143. 115. 174. 309.	336. 327	Iarimarus Rugia princeps.	8. 107
Henricus dux Sax. Laob. arch. Brem. Osuab. Padeb.	59.	Ieueren Frisia ditio	140. 286. 313
Henricus Land. Tur. Imp.	136	Ingelburgis Danica, vxor pr. Megap.	96.
Henricus Landg. Hass.	68	Ioachimus princeps Anhalt.	44
Henricus Anhaltinus	44.	Ioachimus I. elect. Brand.	21. 118. 301. II. 301. 319. 329.
Henricus Dux Bau. Landeshutensis	110.	Ioachimus Malzan	166
Henricus comes Holfatia	62	Ioachimus Morlinus Theolog.	336
Henricus Carinth in Boem	235	Ioachimus Sluterns	210. 206.
Henricus arch. Bremen. & Monast.	56	Ioanna mater Caroli V. Imp.	84. 93. 113
Henricus I. Anglia Rex 128. II. 128. 129. III. 130. V. 131. 332.	284.	Ioanna Suffolcia, regina Anglia renunciata	154
V. 131. VII. 125. 119. 132. VII. 132. 142. 144. 198. 259. 259	21.	Ioannes Albertus D. Megapol.	5. 228
	21.	Ioannes Albertus rex Polonia	25. 26. 27. 99
Henricus VValpod.	151. 198. 311	Ioannes princeps Anhalt.	44. 112.
Henricus comes Nassou.	46	Ioann. elect. Brand.	15. 20. 21
Henricus comes Stolb.	56	Ioan. rex Boemia	235
Henricus arch. Brem. & Monast.	223. 237. 238. 254	Ioannes march. Brand. Frid. I. Electoris filius	19.
Henricus Palat. epif. Vltraiefti.	64. 65.	Ioannes Friderici Ansbach. filius	28
Henricus episc. Mindensis	60. 138. 218. 222	Ioann. arch. Brem.	56. 57
Henricus Bergmeier epif. Kaceb.	221	Ioann. Dux Cluiua	70
Henricus episcop. Lubec.	299	Ioann. Danie Rex. 89. 90. 93. 94. 96. 104. 133.	140. 144.
Henricus Ranzouius	203. 204	Ioann. Elector Saxon. 37. 38. 42. 142. 227. 203.	232.
Henricus Sutphamiensis	90		
Herardus rex Danie	205. 231. 267		
Henricus VVinkelius	225		
Henricus Bock	225		

# INDEX

<p>Ioannes Ernestus Dux Sax. 38. 183. 145                      Ioann. Frid. el. Sax. 5. 42. 38. 106. 283.                      Ioann. VVilhelmus Dux Sax. 42                      Ioannes Dux Saxon. Georg. filius 316                      Ioan. Dux Saxon. Laob. Episc. Hildes. 54. 109. 163.                      164. 167. 168. 179. 180. 182. 232                      Ioan. Georg. elect. Brand. 287                      Ioan. Senior Dux Hols. 161                      Ioannes comes Hoiensis 97. 218. 226                      Ioannes comes Scouuemb. 167                      Ioannes filius Ferd. R. Hispan. 84. 98                      Ioannes Stuardus 154                      Ioannes III. Lusitaniæ Rex 300                      Ioannes de Zapotia comes Cepusiensis 121. 143. 230.                      Rex Vng. 236. 261.                      Ioan Moschorum Tyrannus 24. 300                      Ioannes Rex Navarra 142                      Ioannes Episcop. Monast. 97                      Ioann. comes Aldenb. 87. 88. 89                      Ioannes comes Ritberg. 51. 66. 314. 337                      Ioan. Episc. Raceb. 60                      Ioan. Blankensfeld arch. Rig. 222. 223                      Ioannes Thuen ep. Suer. 107. 109                      Ioan. ep. Hanel. 97                      Ioan. Episc. Misnensis 42                      Ioannes Raurouius 218. 219. 232. 297                      Ioannes Bugenbadius pastor VVitteb. 173. 231. 208                      266                      Ioann. Briesmannus 212                      Ioannes Poliander 212                      Ioannes Aepinus 208                      Ioannes Auentinus 297                      Ioannes Murelinus 159                      Ioannes Coletus 104                      Ioannes Boldeuan 211                      Ioannes VVesselius 205. 206                      Ioannes VViemmensted. 205. 284. 229                      Ioannes à VVik I. G. 275. 267                      Ioannes Pollius 296                      Ioannes Zegenbadius 206. 207                      Iodocus comes Hoiensis 97. 166. 167. 226                      320. 337.                      Iodocus comes Scouuemb. 65                      Iodocus à Groningen. 201                      Islandia 89. 90                      Isula 72                      Iuliacenses Duces 71. 72. 69. 139                      Iuliana Stolberg. vxor VVillemi Nassau. 272                      Iulius II. P. P. 106. 140. 142                      Iulius Dux Bruns. 53. 46. 153                      Iustus Ionas 328. 332</p>	<p><b>K</b></p> <p>Kedingia 224                      Kniphoff pirata 228                      Kunegundis Austriaca vxor Alb. Bau. III 171                      Kunigundis filia Casimiri Brand. vxor Caroli Badensis 236                      Kyzini 4</p>	<p><b>L</b></p> <p>Lamoratus Egmondanus 82. 156                      Landa Pompeia 256                      Laurentius Ep. Herb. 173                      Lauenburg 58                      Lauuvenstein 164                      Lebusiensis Episc. 222. 17                      Leo X. PP. 145                      Leodien Ep. 119                      S. Leopoldus. 233                      Lettin Liunia 22                      Leubuci 4                      Lingen 160                      LIPPIAE comites 139                      LIVONIA 22. 23. 99. 101. 300                      Loknitz 12. 14                      Longobardi 17                      Louanij collegium Trilingue 611                      Lubecenses Episc. 61. 123. 133. 221                      298                      Vrbs Lubeca 61. 115. 116. 122. 133.                      138. 140. 157. 269. 264. 283. 298                      267. 338                      Lucas Losius 51. 67                      Ludgerus I. Episc. Monast. 85                      Ludoica Sabaudia Francisci Gallie R. mater 272                      Ludoica Henrici III. Gallie Regis vxor. 82                      Ludoicus XII, Gallie Rex 98. 99. 105. 121.                      134                      Ludoicus Bauarus Imp. 110.                      Ludoicus Rex Boemie &amp; Vngar. 121. 150.                      155. 230                      Ludoicus Bauarus march. Brand. 119                      Ludoicus Dux Bauar. Ingolstadt. 116                      Gibbosus 110                      Ludoicus Sfortia 100                      LVDOICUS Landg. Turing. I. II. III. IIII. V.                      VI. fol 136                      Ludoicus elector Palat. Philippi filius 143. 230.                      272                      Ludoicus Erlingshusius magister Prussia 22                      Ludoicus comes Stolberg. &amp; Konigstein 46. 321                      Lusitij 17                      Luneburg 266. 284</p>	<p><b>M</b></p> <p>Magdalena Sax. march. Brand. vxor 287                      Magdeburgenses Archi. 48. 49                      Magdeb. Burggrauius 318. 319. 320                      Magdeb. ciuitas Euang. primum recipit 205                      Magnus Dux Bruns. 55                      Magnus Dux Megap. 24. 96. 107                      Magnus Dux Megap. episc. Suerin. 57. 283.                      122. 123.                      Magnus Anbaldinus 59. 60. 57                      Magnus dux Saxonie Laoburg. 95                      Magnus rex Succia 45. 282. 301                      MANSFELDIAE comites 3. 15. 16. 17. 18. 20                      Marchia Brandenburg. 69                      Marchie VVestp. comites 16                      Marcomanni 283. 290                      Marcus Meier</p>
---	--	---	--





# INDEX

<i>Sabina VVirteb.</i>	68	<i>Stolbergenses comites</i>	46
<i>Saxenburg in Turingia</i>	135	<i>Stolpe</i>	11
<i>Saxonia superioris principum Genealogia</i>	40. 41.	<i>Stoltenau</i>	169
	42. 59	<i>Stransberg Marchia</i>	19
<i>Duces Saxo. Laob.</i>	59	<i>Stutgardia</i>	172
<i>Saxonum prima in historijs mentio</i>	34	<i>SV E C I A E regnum, Reges &amp; bella</i>	89. 95. 96. 144.
<i>Saxones in VVestphalia quando primum confederint</i>	35	<i>Suerinenses Episcopi</i>	89. 107. 109. 124.
	36	<i>Sueinfurt</i>	272
<i>Saxonia limites tempore Caroli magni</i>	36	<i>Sueui</i>	4. 16.
<i>Saxonia superioris &amp; inferioris prouincia</i>	37	<i>Sueuis fl.</i>	98
<i>Schachmet Tattarus</i>	24. 99. 114	<i>S. Suibertus I. Episcopus Verdensis</i>	56
<i>Scauenb. comites</i>	65. 63.	<i>Suinga fl.</i>	224
<i>Sebastianus à Rotenham</i>	169	<i>SVND</i>	107. 108. 138. 211.
<i>Senons</i>	4. 16	<i>Susatun</i>	69. 279.
<i>Serua</i>	3. 30	<i>Sutphania</i>	86.
<i>Seuerinus Dux Saxonia</i>	39. 287.	<i>Suuanto Gubernator Suecia</i>	96
<i>Seuerinus Norby</i>	219	<i>Susanna Bau. vx. Casimiri Brand.</i>	161
<i>Sibylla Sax. vxor Francisci ducis Sax.</i>	39	<i>&amp; Ottonis Henrici Palatini</i>	260
<i>Sibylla Iuliacensis, vxor Ioan. Frid. Sax.</i>	70. 328.	T.	
	332.	<i>Taleri primi in valle Ioachimica cusi</i>	173
<i>Siburus</i>	103	<i>Tattari</i>	24. 99. 101. 143. 173. 185.
<i>Sidoni</i>	17	<i>Tattaris pensionem annuam dare Rex Polonus</i>	capit
<i>Sifridus primus march. Brand.</i>	18.		143
<i>Sigismundus Polonia Rex. 7. 121. 149. 149. 150. 161. 172.</i>		<i>Tekeburgenses comites</i>	160
290. 330.		<i>Tencteri</i>	34
<i>Sigismundus Augustus Polon. rex nascitur</i>	161. 179	<i>Terouuana</i>	144
<i>Sigismundus ab Herberstein</i>	143	<i>Teutones Teutonarij</i>	416
<i>Simon comes Lippiensis</i>	139. 278	<i>Theodoricus Francorum rex</i>	36
<i>Sirinium</i>	32.	<i>Theodoricus marchio Brand.</i>	18
<i>Slau</i>	3	<i>Theodoricus Episcopus Lub.</i>	61
<i>Smalcaldicum foedus</i>	299. 330. 333	<i>Theodoricus comes Frisiae</i>	88
<i>Smolensko à Moschis capta</i>	149	<i>Theodoricus Bulou Episcopus Lebus.</i>	232
<i>Soltouienise praelium</i>	168	<i>Thomas arch. Rigens</i>	223. 271
<i>Solimannus Turc. Imp.</i>	199. 277. 300	<i>Thomas Cromelius Anglus</i>	331. 332
<i>Sophia Hassia Landgr.</i>	136. 137	<i>Thomas Crammerus archiep. Cant.</i>	259
<i>Sophia Megapol. Ioan. elect. Sax. vxor</i>	38	<i>Thomas archiep. Eboracen. Cardina.</i>	153. 259
<i>Sophia Megapol. V. Ern. Luneb.</i>	260	<i>Thyle Insula</i>	89. 90
<i>Sophia Saxonica vxor Antony com. Oldeb.</i>	60	<i>Thyra Regina Daniae</i>	90.
<i>Sophia Pomeranica vxor Erici. II. Pom. II.</i>		<i>Thomas Munzer</i>	228
<i>Sophia Brand. vxor Lignicensis</i>	156	<i>Thomas Morus</i>	300
		<i>Timo Misniae marchio.</i>	40
<i>Sophia Pom. vxor Magni Megapol.</i>	109	<i>Tolentij</i>	4. 5
<i>Sophia Paleolog. vxor Basilij Rusi</i>	115	<i>Tornacum.</i>	144. 161. 198. 261.
<i>Sophia Pom. vxor Frid. regis Daniae &amp; Ducis Holsatia</i>	161	<i>Vltraiectani Episcop.</i>	83. 156. 223.
	171	<i>Bellum Traiect.</i>	237. 238. 248. 253. 254.
<i>Sophia Bauarica, vxor VVirteb.</i>	37	<i>Tremonia</i>	69
<i>Sophia VVenceslai Caf. vxor</i>	20.	<i>Trenta</i>	201. 261.
<i>Sophia Polon. vxor Frid. March. Brandeb.</i>	26	<i>Treua</i>	35
	30	<i>Tribsees</i>	4. 57.
<i>Sophia vrbs Bulg.</i>	224.	<i>Tridentina Synodus</i>	
<i>Sorabi 3. 17. Staden.</i>	312.	<i>Turca in Germaniam qua occasione attracti</i>	236. 261
<i>Stadland. 312. Stegland</i>	180	<i>Turingorum &amp; Saxonum bell.</i>	36
<i>Steinbrugg.</i>	19	<i>TVRINGIAE Landgr. veteres &amp; recentes</i>	136. 41. 42
<i>Stendaliense collegium</i>	94. 96. 134. 157	<i>Tyras fl.</i>	30
<i>Steno Stur, Gubernator Sueciae</i>	30. 112	V.	
<i>Stephanus VValachia regulus</i>	121. 143	<i>Valentinus Stoientin</i>	173. 210
<i>Stephanus Cepusensis</i>	206	<i>Valentinus à Tetleben Epif. Hildes.</i>	185. 312
<i>Stephanus Remppe Hamb.</i>	4. 210	<i>Valentinus Mustens.</i>	205
<i>Sternberg.</i>	210	<i>Valeria</i>	31
<i>Stertin</i>	147. 157	<i>Vallis Ioachimica</i>	155
<i>Stichusen</i>	4	<i>Vandalia &amp; Vandalij</i>	3. 4. 5
<i>Stoderani</i>		<i>Vdo Marchio Brand.</i>	18
			Vdo pri-

# INDEX

Vdo primus Epif. Havelb.	43. 97	VVilhelmus Dux Luneb.	85. 56. 166 <sup>o</sup>
Venedi	3. 4		26 <sup>o</sup>
Veneti	3	VVilhelmus Dux Iuliacensis	71
Venetum bellum	124. 125. 134		81
VE Rdenses episc.	56. 101	VVilhelmus Dux Cliuensis	7. 316. 315
Verona Venetis restituta	155. 157	VVilhelmus Land. Hassia	5. 68. 110. 316
Vgo Moncada	230	VVilhelmus Princeps Aurania	152. 68. 82. 152. 272.
Vielicolucum	23		287. 322.
Vincentius comes de Moeres	76. 78	VVilhelmus Dux Baua.	290
Vienna a Solymanno obfessa	261	VVilhelmus Henrici filius Dux Brun.	163. 168. 170.
V. ncentius episcopus Mersb.	230		176. 184. 299.
Vincentius Rauennas	15. 103	VVilhelmus march. Brand. Arch. Rigen.	271. 334
Vinno primus Magister Liunia	22. 213	VVilhelmus comes ab Honstein Epif. Argentiu.	46
Vifitatio eccl. elect. Sax. prima	229	VVilhelmus comes Noua aquila	333. 334. 325
Vitus a Drachstorff	117	VVilhelmus comes a Nassau.	68. 152. 222
Vladislaus Rex Boemia	32. 121. 139. 150	VVilhelmus Normannus Rex Anglia	127. 128
Vladislaus Rex Polonia	25	VVilhelmus VVaranus	1. 3. 259
Viricus dux VVirteb.	153. 111. 171. 172. 254. 286. 292	VVilhelmus Santphardus	297
Viricus dux Megapol.	5. 254	S. VVillehadus Epif. Bremens.	56
Viricus comes Frifsa primus	86. 87	VVillebrodus I. Ep. Traiect.	83
Vitraiect. episc.	83. 156. 223. 237. 254	VVilini	4
Virzen	163	VVilslaus Rugia Prin.	7. 107
Vvna	67	VVilzi	4
Volradus comes a VValdec	263	VVimiti	3
Volquinus	213	VVimuli	3
Vriel a Gemmingen	146	VVirtib. duces	153. 171. 290. 293
Vrfula vxor Henr. D. Megap.	60	VVismaria	4. 7. 10
Vratislavia	140	VVittikindus Sax. Rex.	40. 64
Vrbanus Regius	260. 266	VVittebergensis Academia instituta	102. 103
		VVolve a Duce Pom. euersum	15
VV. VV.		VVoldemarus Prin. Anbald.	44. 38. 123
VVagria	4	VVoldemarus marchio Brandeb	
VValachia superior	30. 27	VVolfenbittel	50
VVamburgis Ritberg. vxor Eernonis Frifsi	66	VVolfgangus Princeps Anbaldinus	44. 38.
VValdemarus Dania rex	8. 90. 91		263. 272
VValdemarus march. Br.	19	VVolfgangus comes Barb.	47
comites in VValdeck	263	VVOLGA fl.	23
VValpold primus ordinis Teutonici magister	21	VVollenueber Cos. Lub.	283. 291. 298.
VValterus Cronberg.	264. 282	VVormatiens Eccle.	145. 146
VValterus a Plottenberg Liunia magister	22. 99.	VVormatiensia comitia	335
	134. 144. 222. 300.	VVarfavia	158. 223. 224. 226. 313. 330
VVarnus fl.	4	VVarfauia	28.
VVartislaus VII. Pomeran. Dux.	11. 12. 13. 96. IX		Z.
	11. 12. X. 12.	Zabelius vom VVolde	271
VVenceslaus Boemia & Polon. rex.	234. 235.	Zedena Boem vxor Alb. Ducis Sax.	39.
VVenceslaus Lynxus	258	Zedena Sax. vxor Erici D. Bruns.	39
VVenden	3. 4. 7	Zeruestensis inter Duces Brunf. & Epif. Hildes. tractatio.	
VVerda cenob. ad Ruram fl.	51		174
VVerner Schulenb.	14. 15	Zuinglius	272
VVestphalia	36. 35. 37. 64. 66. 70		
VVestphalici circuli prouincia	37		
VVestfrifsi	86. 156		
VViburgum Finnonia	3		
VVigbertus Dux Sax.	67		
VVibo Epif. Osnab.	66		
Wildeshausen	261. 316		
VVilmi duces Saxo.	41		
VVilhelmus III. Dux Saxon.	3915		
VVilhelmus victoriosus Dux Brunf.	50. 53		
VVilhelmus VVilhelmi filius Brunf. Dux.	40. 53. 104		

FINIS.

INDEX

1	1	1
2	2	2
3	3	3
4	4	4
5	5	5
6	6	6
7	7	7
8	8	8
9	9	9
10	10	10
11	11	11
12	12	12
13	13	13
14	14	14
15	15	15
16	16	16
17	17	17
18	18	18
19	19	19
20	20	20
21	21	21
22	22	22
23	23	23
24	24	24
25	25	25
26	26	26
27	27	27
28	28	28
29	29	29
30	30	30
31	31	31
32	32	32
33	33	33
34	34	34
35	35	35
36	36	36
37	37	37
38	38	38
39	39	39
40	40	40
41	41	41
42	42	42
43	43	43
44	44	44
45	45	45
46	46	46
47	47	47
48	48	48
49	49	49
50	50	50
51	51	51
52	52	52
53	53	53
54	54	54
55	55	55
56	56	56
57	57	57
58	58	58
59	59	59
60	60	60
61	61	61
62	62	62
63	63	63
64	64	64
65	65	65
66	66	66
67	67	67
68	68	68
69	69	69
70	70	70
71	71	71
72	72	72
73	73	73
74	74	74
75	75	75
76	76	76
77	77	77
78	78	78
79	79	79
80	80	80
81	81	81
82	82	82
83	83	83
84	84	84
85	85	85
86	86	86
87	87	87
88	88	88
89	89	89
90	90	90
91	91	91
92	92	92
93	93	93
94	94	94
95	95	95
96	96	96
97	97	97
98	98	98
99	99	99
100	100	100

FINIS

Davidis Chytræi  
PROOEMIUM ME  
TROPOLIS.

S E V

SUCCESSIO<sup>nis</sup> EPISCOPORVM  
in Ecclesijs SAXONIÆ & Vandalia  
veteris Cathedralibus  
VIGINTI.

*Ab anno Christi 1500. ubi Albertus Cranzius desijt,  
vsq; ad nostram ætatem deducta.*



ANNO 

---

 M. D. LXXXV.

# EX DAVIDIS CHITRÆI

AD REINERVM REINECCIVM

Epistola longiore ἀποσπασμάτιον.



Idemus de rebus nostra ætate, & in conspectu penè nostro actis, adeo indiligenter & vanè multa literis mandari, vt verè cum Thucydide mirari liceat, ἕως ἀταλάσσωρον πῶς πολλοῖς πλὴν ἀληθείας ζήτησιν εἶναι, adeo negligentes pleròq; & nullius in veritate peruestiganda laboris tolerantés esse. Tametsi non tam penes inquirentes, quam aliorum à quibus veræ & certæ narrationes, & literarum monumenta petuntur, vel inscientiam vel peruersitatem, huiusce rei culpam, residere fateor.

Cùm enim pertexere Metropolin superiore anno instituissem, ideoq; ex senioribus quorundam collegiorum & aularum, partim coràm, partim per literas, quædam sciscitarer: solus episcopus Lubecensis, Eberhardus, Verdensium antecessorum suorum historiam satis luculentè scriptam, & Decanus Havelbergensis nomina & seriem Ecclesiæ illius Episcoporum, quos Cranzius non recensuit, mecum communicarunt. Multi alij ne proximorum quidem ab anno 1700. episcoporum suorum nomina mihi indicare poterant, vel volebant. aliquos etiã in aulis, ex suo haud dubiè ingenio de alijs æstimantes, hanc veritatis inuestigationem, Scriptori necessariam, ambitionis, & curiositatis, & aucupij pecuniæ quærendæ insimulasse, intellico.

Sic penuria monumentorum & annalium, qui in singulis dioccesibus confici olim solebant: & hominum certorum, à quibus petenda illa fuerunt, ignoratione & socordia, vel interpretatione malitiosa impeditus & destitutus, laborem inchoatum tibi vel alijs, me magis idoneis & instructis, absoluendum reliqui.

PROOEMIUM ME  
TROPOLIS.

3



**S**VMVM & pulcherrimum decus Imperio-  
rum & ciuitatum, & fastigium ac corona regno-  
rum & politiarum, denique oculus & anima Rei-  
publicæ & totius vitæ est Lumen veræ de Deo & re-  
demptore nostro IESV CHRISTO Doctrinæ quod  
& veræ agnitionis ac inuocationis Dei norma, &  
consiliorum actionumq; vitæ omnium seu faciendo-  
rum & fugiendorum regula, & omnis firmæ consolationis & æterna sa-  
lutis nostræ origo & fons est.

Ut enim singuli homines ad hoc summum bonum & hunc ultimum  
finem à Deo conditi & redempti sunt, ut Imagines Dei, rectè Deum a-  
gnoscentes & celebrantes, & domicilia ac templa Dei sint, in quibus habi-  
tans Deus Sol veræ virtutis & iusticiæ radios illustres spargat, & hoc su-  
um domicilium regat, sanctificet & seruet:

Sic Politia, ciuitates, Imperia, & regna, in quibus multi homines v-  
nà consociati, & mirandis vinculis coniugij, generationis, educationis,  
legum, magistratuum & similibus inter se colligati & de vincti habitant,  
ad hunc præcipuum & ultimum finem à Deo constituta & ordinata sunt,  
ut Domicilia & templa Dei & redemptoris nostri IESV CHRISTI  
existent, in quibus lumen veræ Christi noticiæ luceat, & alij alios de Deo  
& omnium virtutum Deo placentium officijs doceant, & exempla vir-  
tutum ac testimonia de Deo ostendant, & in publicis ecclesiarum congres-  
sibus communi voce Deum inuocent & celebrent.

Hac luce veræ religionis doctrinæ imperia & vrbes destituta, prorsus  
similes sunt laterna, in qua lychnus nullus in tenebris ardet, seu Cyclopi  
amisso oculo cæcis & temerarijs motibus ruenti. Omnium enim regno-  
rum, ciuitatum & hominum priuatorum consilia & labores, inanes con-  
tentiones sunt, nisi doctrinæ cælestis lucæ, ad veræ pietatis & salutis nor-  
mam dirigantur.

Ut igitur Tabernaculum fœderis, in medio collocatum, castra duo-  
decim tribuum populi Israel in deserto undiquaq; cingebant: ita ciuitates  
& imperia, lychnum veræ Dei noticiæ seu Ecclesias Dei & scholas do-  
centium & discientium veram de Deo doctrinam, toti vicinæ clarum ve-  
ritatis lumen præbentem, in medio sui fouere, & Dei templa ac domicilia  
esse, & castris suis cingere ac tueri debent.

Hunc præcipuum finem & illustrissimum decus politiarum & re-  
gnorum intelligentes ac considerantes pij & laudati Imperatores et Prin-  
cipes, præcipuam in ditionibus sua tutelæ à Deo commissis, & gentibus à se  
domitis, curam plantanda & propaganda veræ de Deo et seruatore nostro

Iesu Christo doctrina & cultuum piorum susceperunt atq; ad eum usum, Episcopos Ecclesiarum & collegia Canoniorum seu Doctorum et custodum ac interpretum Canonis sacra scriptura, Reges Francici in Gallia et ad Rhenum, postea Carolus magnus in Saxonia & multis Germaniæ partibus, deniq; Henricus Auceps et OTTO primus in Cimbrica Chersoneso et vicinis insulis ac gentibus Vandalicis ad Albim et Salam à se ad Christi religionem perductis, eximia pietate & munificentia planè regia instituerunt, ut veram Euangelij doctrinam, in Canone Bibliorum à Deo præscriptam, quæ vera agnitionis et cultuum Dei & totius Christianæ religionis ac salutis nostræ norma est, quotidie legendo & audiendo sibi familiarissimè notam redderent, & alijs prælegerent, ac interpretarentur, & populis prædicarent, et iuxta hunc Canonem Ecclesias suæ inspectioni commissas in tota vicinia regi, et ministrorum ac populi mores & disciplinam regi curarent. sicut paulò post de officijs collegiorum præcipuis copiosius exponam.

Magno enim & graui consilio, FORMA VETVS COLLEGIORVM AD EXEMPLVM ECCLESIAE IN POPVLO ISRAEL INSTITVTA EST, in quo Deus ipse, primam et antiquissimam Ecclesiam Metropolitanam, diuina voce sua, & legibus seu statutis certis, Hierosolyma erexit: & summo sacerdoti seu Archiepiscopo Aarone pulcherrimum collegium Sacerdotum & Leuitarum multorum adiunxit, ut perpetua velut Arx Ecclesia, & ordinaria sedes doctrinae ac gubernationis Ecclesiastica, & Fons augustus & perennis esset, ex quo vera de Deo doctrina, & veri cultus Dei, & concordia, in totum regnum emanaret & propagaretur.

Officia enim Sacerdotum et Leuitarum in populo Israel, non, ut vulgus existimat, cum laniis aut baiulis et coquis communia, sed multò sublimiora fuerunt, quæ custodiam et interpretationem veræ de Deo doctrinae, & vniuersam gubernationem Ecclesiasticam complectebantur. Collegij enim illius functio præcipua erat, non modò assiduis precibus & Psalmis ac cantionibus pijs quotidie DEVM laudare, et fidem, ac pietatē suam excitare et augere: verum imprimis, LEGEM DEI & PROMISSIONES de CHRISTO semine benedicto et eius sacrificio ac beneficiis rectè enarrare, & ex Mose Prophetis populum de DEO et omnium virtutum officiis & veris Dei cultibus fideliter docere, & libros ac doctrinam à Deo traditam fideliter custodire, & aduersus omnis generis errores & corruptelas defendere ac tueri, & controuersias de dogmatibus & cultibus Dei, & alias in toto regno incidentes, non ex propria autoritate & libidine, sed iuxta immotam verbi diuini Regulam piè dijudicare, et ambigentes ac turbatas conscientias verbo Dei erudire & sanare, ut Malach. 2. scriptum est, Labia Sacerdotis custodiunt doctrinā, et legem Dei ex ore eius, requirent, Angelus enim Domini Zebaoth est, Leuit. 10. Docebitis filios Israel.

Israel. Ezech: 44. Sacerdotes populum meum docebunt, ut possint discernere sanctum & prophanum, mundum & immundum, & cum incident controversia, secundum iudicia mea iudicabunt, leges meas & praecepta mea custodient.

Alterum munus sacerdotum erat, offerre Sacrificia diuinitus mandata, (in quorum vicem, Sacramentorum administratio, in nouo testamento, successit) eaq; rectè interpretari tanquam typos & imagines venturae victimae Christi, & exercicia disciplinae & gratitudinis Deo & ministerio debita, & occasiones docendi populum de Sacrificio & morte Christi, quo uno & solo ira Dei placaretur & omnia totius mundi peccata expiarentur.

Deinde suprema Inspectio Doctrinae & cultuum & totius gubernationis ecclesiasticae in toto regno populi Dei, & supremum Iudicium ecclesiasticum seu Consistorium penes Collegium summi Pontificis Sacerdotum & Leuitarum Ierosolymis erat (Deut. 17. 2. Paral. 19.) cui custodia libri Legis, & cura certis temporibus publice eum praelegendi, (Deut. 31.) & Magistros ac Doctores passim in Synagogas seu Scholas inferiorum operidorum Ordinandi, commendata fuit. Quam cum posteri negligenter, Prophetæ, Elias, Eliseus, & alij, peculiare scholas instituere & pij Reges, Iosaphat, Ezechias, Iosias, Collegium Ierosolymitanum ad primam & antiquissimam illius constitutionem à Mose præscriptam reformare coacti sunt.

In primis enim Collegio illi mandatum erat, conseruare studia Doctrinae caelestis & aliarum artium ecclesiae necessariorum, seriem historiarum, Anni rationem, Festorum tempora ad Lunae Solisque motum accommodata, Musicam, artem medicam, &c. & instituere literis ac præparare iuniores, quotidianis pietatis exercitiis imbutos, ad ministerium ecclesiae et usus Reipublicae, ut inde tanquam ex seminario ecclesiae & Reipublicae idonei Doctores & gubernatores sumi possent. sicut Samuel adolescens, ad tabernaculum, velut in Academia, educatus est. S. Paulus Ierosolymis à Gamalele eruditus est. & Christus ipse, collegium seu scholam peculiarem duodecim Apostolorum, & septuaginta discipulorum habuit. & Paulus Episcopis mandat, ut idoneos homines ad ministerium ecclesiae præparent & instituunt, quibus Apostolorum doctrina & scripta velut depositum custodienda & ad posteros fideliter propaganda, concredi possint. 2. Tim. 2. Quae à me audiisti inter multos testes, ea committe fidelibus hominibus, qui erunt idonei ad alios quoque docendos.

Cum autem diuersa Collegia & diuersi Pontifices, non ad unum caput adglutinati, diuersas opiniones & cultus in Ecclesia pariant; & sit αὐθαμον πολίτηρον ἐνὸς κήρυκος ἁκονον : sapienti consilio Deus, ut consensus & unitas doctrinae et cultuum facilius retineri et conseruari posset; unum tantum Collegium, et Pontificem supremum, ad tabernaculum instituit. in quo solo, tanquam perpetuo et ordinario loco, sacrificijs coli voluit, ad

quem annuatim tribus solennibus festis Iudeos ex singulis oppidis conuenire, & quotiescunq; sacrificia offerre volebant, ascendere oportuit, ut hic neruus summi sacerdotij & autoritas publici ministerij conseruaretur: et occasiones sacrificandi Idolis in excelsis montibus aut lucis pracerentur: nec primato consilio & arbitrio cultus Dei & opera Deo placentia eligerent, sed solius Verbi & mandati diuini prascriptum in omni cogitatione de Deo & cultibus diuinis scirent sibi esse sequendum.

Eodem consilio & iisdem de causis, Patres postea, in metropolibus certis, Alexandria, Antiochia, Casarea, Constantinopoli, Collegia Clericorum ampliora, vni Episcopo adiunxerunt, ut non solum ecclesijs, in illis urbibus, ministerio docendi seruirent; verumetiam ut vicinis ecclesijs in tota diocesi, ad metropolim illam pertinenti, Exemplum ac formam sanae Doctrinae, & cultuum DEI verorum, ac ceremoniarum & Disciplinæ Christianæ praberent: & Doctores ac ministros idoneos, studijs doctrinae Christianæ & aliarum artium ecclesiae necessarium rectè excultos suppeditarent, & concordia ac consensus ecclesiarum, ad vnum archiepiscopum & collegium velut ad vnum caput adglutinatum, retineri facilius posset.

Nec vlla in collegijs illis Persona, dignitatibus & beneficijs ecclesiasticis fruente fuerunt, quibus non officia certa, ad ministerium ecclesiae pertinentia, commendata essent. ita ut alij Verbum Dei publicè in ecclesia pradicarent, & docendi seu concionandi munus: quod, in ecclesia DEI summa & maximè salutaris functio est, exequerentur. alij Sacramenta administrarent. alij potestatem clauium & Disciplinam ecclesiasticam regerent. alij ad Ordinationem ministrorum pertinentia, Institutionem rudiorum, Examen de omnibus doctrinae partibus, impositionem manuum, & commendationem coram ecclesia seu Inuestituram curarent. alij vicinas ecclesias inspicerent, & conuocatis semel aut bis in anno Pastoribus, Synodos celebrarent. alij Iudicijs ecclesiasticis seu consistorijs praesent. alij Scholastici & Cantores, studia literarum in Schola regerent, & iuniores clericos in Catechismo, Grammatica, Musica, historiis et alijs artibus erudirent. alijs Eleemosynæ seu bona ecclesiastica fuerunt commissa, ut inter ministros ecclesiae & pauperes rectè distribuerentur. Præter hæc ministeria, quibus ecclesiae seruirent, in vniuersum omnes, vtilia & pulcherrima legendi quotidie sacras literas & earum enarrationes, et certis horis orandi. psallendi &c. exercicia seruauerunt, & vitæ modesta, sobria & pudica exemplis, multitudinem illiteratam, ad religionis amorem ac reuerentiam, & veram pietatis studium inuitarunt.

Vt enim in Academijs certa hora, publicis Theologiae lectionibus destinata sunt: quibus conuenientes, alicubi primum Psalmos aliquot & piam

piam precationem recitant; deinde lectum capitulum seu Textum scripturae Doctor Theologia interpretatur; postremò iterum lectis aliquot psalmis & Gratiarum actione concluditur: ita in collegiis Ecclesiasticis olim, certas horas legenda in conuentu clericorum & interpretanda Canonica scriptura Canonici tribuerunt, quae Canonica inde appellatae sunt. Et omnia in collegiis, praecipue ad ministerium docendi destinata fuerunt, ut verbum Dei opulente in illis habitaret, & vera de Deo ac redemptore nostro IESU CHRISTO doctrina, (per quam solam vera Fides & salus aeterna nobis donatur) quotidie legendo & cantando familiarissime nota fieret, late propagaretur, & pura ac incorrupta ad posteros perueniret, ut Deus quotidianis laudibus celebraretur, & vicina Ecclesia exemplum doctrinae, ceremoniarum & disciplinae à peterent, ac ut in collegiis collegiis instituti ac preparati homines idonei ad aliarum ecclesiarum ministeria sumi possent. sicut in Alexandrino collegio sedes doctrinae & inspectionis ecclesiarum totius Aegypti fuit, in quo amplissimas scholas Theologicas, celeberrimi Catechetae, Pantenus, Clemens, & Origenes habuerunt. & ex Augustinico collegio ecclesiae Hipponensis, multos eruditos & exercitatos ad vicinarum Ecclesiarum gubernationem assumptos nominat Possidonius. & Chrysostomus ex Antiocheno collegio ecclesiae Constantinopolitanae episcopatum accersitus est.

Prorsus eodem consilio & ad eundem finem Collegia Ecclesiarum in Germania & Saxonia & vicinis regionibus Vandalicis, à Carolo magno & Ottone, constituta, & amplissimis redditibus ac praediis dotatae sunt.

Etsi enim Evangelium seruatoris nostri IESU CHRISTI, statim post Apostolorum aetatem, in gentibus Teutonicis, ad Danubij et Rheni oram praedicatum est: nam, ut historiae testantur, LVCIVS CYRENAEVS, qui Act. 13. nominatur, primum in Vindelicia & circa Ratisbonam semina Christianae religionis sparsit: MARCVS Barnabae nepos, cuius Coloss. 4. 2. Timot. 4. & ad Philem. Paulus meminit, Laureaci in Austria supra Anasum, ubi S. Maximilianus postea sub Diocletiano martyrij coronam accepit. TITVS, Pauli discipulus, in Dalmatia, (2. Tim. 4.) quae adhuc nostro tempore pars regni Vngariae est. CRESCENS collega Pauli, (Philip 4.) Metis in Lotharingia. CRESCENS Pauli discipulus (2. Tim. 4.) in Gallia, ecclesiae Moguntinae fundamenta iecit. MATERNVS, Eucherius & Valerius, S. Petri discipuli, TREVERIS & circa Coloniam & Argentinam Evangelion plantarunt. TROPHIMVS Pauli comes (Act. 20. 21.) Arelate in Gallia: de cuius fonte, inquit historicus, omnes Galliae ciuitates fidei riuulos acceperunt. NATHANAEUS, Biturigibus. LAZARVS resuscitatus, cum sorore Maria Magdalena, Martha, Chelidanio & Maximiano, Massilia in Gallia docuit, ubi anno tricesimo postquam à Christo resuscitatus fuit, die 17. Decemb. rursus obdormisse scribitur.

*Allegat etiam Irenaeus Lugdunensis Episcopus (qui non totis centum annis post Apostolorum tempora scripsit) testimonia Germanicarum Ecclesiarum aliquoties libro primo. contra Valentinum. Et Tertullianus, qui circa annum Christi 200. vixit, suo tempore inaccessa Romanis Britannorum loca, Christo fuisse subdita scribit, Et Sarmatarum Et Dacorum Et Germanorum Et Scytharum. Et Hieronymus, qui circa annum Christi 400. in toto orbe Christiano notus ac celebris fuit, ad Suniam Et Fretelam episcopos Germaniae ad Danubium scribit.*

*Verè in vobis apostolicus Et propheticus sermo completus est: In omnem terram exiuit sonus eorum, Et in fines orbis terra verba eorū. Quis hoc crederet, ut Barbara Getarum lingua Hebraicam quæreretur veritatē: et dormitantibus, imò contendentibus Graecis, ipsa GERMANIA spiritus sancti eloquia scrutaretur. In veritate cognoui, quoniam non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, et operatur iusticiam, acceptus est illi. Dudum callosa tenendo capulum manus, et digiti tractandis sagittis aptiores, ad styrium calamumq; mollescunt. et bellicosa pectora, reuertuntur in mansuetudinem Christianam etc. Ieronimi etate S. MARTINVS etiam, Turonensis in Gallia episcopus floruit, qui in Germania non procul ab Austria metropoli Vienna natus est.*

*Quamuis autem, ut dixi, doctrina Evangelij statim post Apostolorum tempora, in Teutonicis quibusdam gentibus, ad Danubium et Rhenum, in Romanorum prouinciis, pradicatum est: tamen paulò post, decedentibus idoneis doctoribus, partim, omnino extincta partim Ethnicis opinionibus mixta et deprauata: nec in Germaniam interiorem, Saxoniam, Turingiam, ac ne quidem in Franconiam propagata fuit. Postea etiam multas ad Danubium et Rhenum ecclesias reliquas, et vrbes florentes, impius tyrannus Attila euertit sicut paulò ante Franci, Rhenum primò transeuntes, Moguntia S. ALBANVM supplicio crudeli affectum Et ceteros in ea vrbe Christianos persecuti sunt.*

*Post Attila mortem, S. SEVERINVS ecclesias in Pannonia Et Norico, circa annum Christi 470. Et 480. paululum erigere Et instaurare coepit. Et aliquot annis post, Imperatoris Justiniani tempore. S. RVPERTUS, iussu Dietberti regis Galliae, qui Metis sedem habuit, Vormatia in Bauariam venit, vbi THEODONEM III. ducem Bauariae, Dietberti generum, baptizauit: et Boijs, qui adhuc Ethnici erant, et paulò ante anno 508. ex Boemia profecti trans Danubium, Romanos eiecerant, fidem Christianam tradidit: et Salsburgensem ecclesiam primus fundauit. Postea S. COLVMBANUS cum discipulis et collegis suis, S. GALLO et S. Leodegario, ex Burgundia, à rege Theodorico II. pulsus, ad lacum Podamicū et S. Gallum, sub Dietberto rege, Theodorici fratre, monasterium et scholas suas habuerunt. Et si autem fratris insidijs capto post*  
aliquot

aliquot annos rege Dietbert, Columbanus in Italiam, ad reginam Longobardorum Theodelindam, D. Gregorij Papa epistolis celebratam, in monasterium Bobiense ad Trebiam fl. profectus est: tamen S. GALLVS, in monasterio, quod adhuc ipsius nomen retinet, mansit, & longè lateq; Christianam religionem, in vicinis Alpibus & Sueuia propagauit. sicut & Constantia Episcopum ordinauit, cui formam officij sui & gubernationis ecclesiasticæ certam præscripsit circa an. Christ. 600.

Non longè post interuallo, Dagobertus magnus, rex Gallie (cuius tempore S. ARNOLPHVS, episc. Metensis, qui præceptor illius fuerat, & S. AMANDVS episc. Traiecti, & successor illius S. LAMBERTVS vixerunt) aliquot ecclesias ad Rhenum, Argentinensem præcipuè, adificiis & redditibus ornavit. Cumq; antea dioceses Episcoporum ad Rhenum, iuxta prouinciarum Romanarum distinctionem, tantum in Gallica Rheni ripa distributæ essent: Dagobertus cis Rhenum etiam, ex Alemannis et alijs gentibus Germanicis, multos populos Episcopis illis adiunxit.

Etsi autem, post huius Dagoberti tempora, adhuc ante annum Christi 700. S. EMERANVS in Bauaria Ratisbona, S. CORBINIANVS Frisinga, S. KILIANVS Herbipoli in Franconia concionati sunt: tamen in Germania interiore, Danubio & Rheno conclusa, & præcipuè in Saxonia & Turingia, ethnicis idolomanijs omnia adhuc permixta, nec ulli Episcopatus aut collegia ecclesiarum certa usq; ad S. BONIFACII ætatem fuerunt.

Is ab anno Christi 718. usq; ad 755. sub Carolo Martello & Pipino rege Francie, in Germania concionatus est. Cumq; Generalis & supremus ecclesiarum Germanicarum inspector à Gregorio II. Pontifice designatus esset: Ecclesias ad Rhenum & in Bauaria passim reformauit, & Ratisbonensem ac Frisingensem dioceses primus distribuit, & in hac interiore Germania, in Franconia, Turingia, Hassia, & Frisia, longè lateq; Euangelion Christi, adiutus à collegis suis S. Burcardo, V Vilibaldo, Lubo, U Unibaldo &c. eximia fide, assiduitate & zelo prorogauit. Episcopam Dryopolitanam, constituto ibi primo episcopo S. V Vilibaldo, S. Valburgis fratre, ad Almonem fl. inchoauit anno 745. Collegium Erfordienſe in Turingia primus instituit, quod Moguntina ecclesia deinceps insertum est. Episcopam Herbipolensem in Franconia, Pipini regis Francie auxilio fundauit anno Christi 751. ordinato ibi primo episcopo S. BURCARDO sene, qui iam 93. annis ecclesia illi & vicinis in tota Franconia piè seruierat.

Postquam verò in Archiepiscopi sedem Moguntia, à Carolomanno et Pipino Carou magni patre collocatus est: non tantum in ecclesias vicinas ad Rhenum et alias à se ipso recens constitutas, verum etiam in Constantiensem, Curienſem, Augustanam, & alias supremam inspectionem

Et superioritatem adeptus est. cum à regionum illarum magistratibus rogatus, ecclesias illas inspiceret, Et collapsas erigere ac reformare conatus esset.

Deinde Carolus magnus, cum SAXONES ad religionem Christianam adegisset, erectis passim in hac inferiori Et veteri Saxonia ad Viresurgim, (cuius occidentalem ripam hodie Westphaliam appellant) episcopis Et collegis, ita Gubernationem ecclesiasticam constituit Et firmavit, ne, ut antea aliquoties acciderat, abiecta rursus fide Christiana in Ethnicas Idolomanias facile relabi possent. ac ut vera de Deo doctrina Et cultus sinceri firmiter retineri Et dilatari, omnes errores Et abusus extirpari Et caueri, iuvenes Clerici ad ministerium ecclesie preparari Et excoli, atque ita late propagari, Et pura ac incorrupta conseruari Christiana religio posset.

Ad hunc finem, ut ordinaria sedes Et cathedra vera de Christo doctrina in tota vicinia essent, splendida illa collegia in veteri Saxonia, OSN Abrugæ anno Christi 780, deinde Halberstadii, Monasterij, Verda, Brema, Minda, Hildesia, Paderborne, à Carolo magno fundata sunt. sicut ipse in literis foundationis ecclesie Bremensis anno 788. his verbis prefatur: Saxones, quos à progenitoribus nostris, à sua pertinacia perfidia semper indomabiles, ipsique Deo Et nobis tamdiu rebelles, quousque illius, non nostra virtute, ipsos Et bellis vicimus, Et ad Baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristina libertate donatos, Et omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam concessit, ipsi tributarios Et subiugales deuotè addiximus: videlicet, ut qui nostra potestatis iugum hactenus ferre detrectauerunt, victi iam, Deo gratias, Et armis ac fide Domino ac saluatori nostro Iesu Christo, Et sacerdotibus eius, omnium suorum iumentorum, Et fructuum, totiusque cultura decimas, ac nutritura, diuites ac pauperes legaliter constricti persoluant. Proinde omnem terram eorum, antiquo Romanorum more, in provinciam redigentes, Et inter episcopos certo limite disterrimantes Et c. Et in Osna-brugensi fundatione: Statuimus, quod in eodem loco, Græcas Et latinas scholas in perpetuum manere ordinauimus, nec unquam Clericos vtriusque lingua gnaros deesse confidimus. Hinc clarissime conspicitur, Collegia Canonorum, Caroli magni adhuc temporibus, scholas pietatis Et doctrinarum fuisse, in quibus non solum sacra Canonica scriptura, sed aliarum etiam artium Et linguarum studia viguerunt, Et iuniores ad ministerium ecclesie, Et alia officia ecclesie ac reipublice necessaria rectè obeunda, preparati Et exculti sunt.

Omnium autem postremò in Germania, hæc Vandalicæ gentes, ad orientalem ALBIS ripam, ad veram Christi cognitionem peruenerunt. In quibus, laudatissimi Imperatores Saxonia, Henricus Auceps, Misna  
Et

Et Marsburgi; Et filius ipsius OTTO MAGNVS, Brandeburga, Et Havelburgi anno 946. Et sexto anno post in Cimbrica Chersoneso, Slesuici, Ripa, Arhusia, Aldeburgi (unde Lubecam postea Henricus Leo sedem Episcopi transtulit) Et in Ducatu Megapolitano postea, rogatu Godscalci principis, albertus arch: Bremensis, anno 1062, Mekelburga (quam Episcopam post 116 annos, Henricus Leo SVERINAE collocauit) ecclesias Et collegia condiderunt.

MAGDEBURG Aetiam, OTTO magnus Imp. Archiepiscopalem ecclesiam, anno Christi 967 perfecit. Cui non modo vicinarum ecclesiarum ad Albim Salam, Et Havelum a se conditarum, verum etiam totius Germaniae Primatum, seu inspectionem Et Iurisdictionem supremam, commendavit. sicut eo ipso prima foundationis tempore, Benedictus VI. Pontifex ad archiepiscopos Germaniae scribens, Albertum Magdeburgensem, Germaniae Patriarcham appellat.

Singulari etiam consilio CAROLVS ET OTTO magnus, natos in Nobilibus familijs, voluerunt in collegijs, partim in vera pietate Et literis institui (sicut Otto Imp. ipse in collegio Hildesensi educatus erat, Et viginti quatuor Regum ac principum liberos uno tempore in Leodiensi collegio vixisse historia testantur) partim ad officia Et ministeria beneficijs adiuncta adhiberi: ut ministerij Evangelici Et studiorum doctrinae Theologicae existimationem Et auctoritatem apud rude vulgus auerent: Et feram nobilitatem Germanicam, ad amorem pietatis Et reverentiam erga ecclesiam Et ministerium Evangelij adsuescerent: ac ut nobiles, Reip. gubernaculis destinati, iuvare Ecclesiam apud summos gubernatores sua auctoritate; Et exculi in collegijs doctrina Et literis, maiori usui Et ornamento esse Reip. possent. Cumq; bona Ecclesiastica in summis collegijs pleraq; a principibus Et nobilibus donata sint, iustissimum fuit, vicissim rationem eorum pro alijs, in fruendis beneficijs, modo officia adiuncta simul fideliter administrarent, haberi.

Cum autem collegia propter hunc laborem docendi, propagandi Et conservandi religionem Christianam, Et studia doctrinarum Ecclesiae necessaria, amplissimis redditibus, a Germanicis Impp. Et principibus dotata essent. Et postea piorum principum Et Nobilium liberalitate, opes collegiorum in immensum crevisset: Et per celibatum auctae essent: accidit tandem, quod Bernhardus iam ante annos 400. queri solitus est, RELIGIO PEPERIT DIVITIAS, Et FILIA DEVORAVIT MATREM Cum enim multi indocti et ignavi Canonici, nobiles et alij, ad dignitates illas et opes eveherentur, qui ad enarrandas sacras literas, et ad concionandum non idonei erant: et labores legendi, docendi, ordinandi, visitandi, et alios antiquitus collegijs mandatos sustinere ac obire nec possent, nec vellēt: tādē  
eō rem

eò rem deduxerunt, ut opimis illis beneficiis in ocio & voluptatibus quietè & suauius frui, & officia beneficiis adiuncta in alios deriuare possent.

Quare studia doctrinæ & lectiones ac interpretationes sacra scriptura, ex collegijs suis, in Academijs transtulerunt, vel satis esse, in cenobijs mendicantium, Augustinianorum præcipuè & Dominicanorum (qui negligentibus officium suum opulentis Canonicis & monachis Benedictinis, spontè labores illos Ecclesiæ necessarios susceperant) studia Theologia coli, existimarunt. Concionandi munus itidem monachis reliquerunt. administrationem sacramentorum in parochijs quæ cum decimis & redditibus collegijs insertæ erant, ab indocto aliquo pastore in circuitu vel alio obscuro angulo peragendam commiserunt. Iudicia & disciplina Ecclesiastica rectionem, in Officiales impuros ac impudentes: Examen & ordinationem ministrorum in suffraganeos: Visitationem in alios reiecerunt. Synodorum umbra in capitulo rurali, quod adhuc alicubi denique nominant, remansit. studia literarum & schola prorsus neglecta sunt.

Omnium tamen facillimum & letissimum officium canendi Horas Canonicas aliquantisper adhuc Canonici obierunt. Vt enim aliquid studerent, & non plane ociosi essent, in peculiaribus libellis seu Breviarijs, certi Psalmi, Homilia, capitula, & alia lectiones, certis Horis legenda & decantanda, ipsis præscripta sunt. atque ita infimorum in Ecclesia ordinum, videlicet lectorum & cantorum officia sola, in Canonibus, non presbyteris solum, sed etiam Diaconis prohibita, retinuerunt dist. 92. c. in sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, ut quidam ad sacri altaris ministerium constituti, cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inserviant, quos ad prædicationis officium & eleemosynarum studia vacare congruebat.

Postea verò Canonici, etiam Horarum Canonicarum cantiones, ad se in Vicarios & Chorales reiecerunt, qui clamoribus & boatu suis, verba Psalmorum & lectionum sacrarum ita obscurant, ut ne quidem lingua latina periti ea intelligere, & ad pietatem veram in animis excitandam et alendam, qui vnus cantionum illarum scopus esse debebat, transferre possint. donec tandem Principes et alij potentes, opulentos episcopatus et prælaturas, ut suam dignitatem, potentiam et opes auerent, ad se pertraxerunt: et Canonici, partim prorsus ignaui et iners otium agentes, partim politica tantum gubernatione occupati, nihil de officijs Ecclesiasticis, ad quæ obeunda initio ordinati erant, præter nuda nomina, et annuos redditus ac bona retinuerunt. Denique, ut de doctrina, et Missa abusi- bus, nihil dicam; omnes intelligentes et vera antiquitatis ac historia Ecclesiasticæ non ignaros fateri necesse est, præsentia collegia, multum ac ferè prorsus à veteri forma et usu collegiorum, ex sacris literis, et Patrum historijs paulò ante indicato, degenerasse.

Nec

Nec verò propterea in uniuersum delenda & extirpanda sunt, & ab Harpyis aulicis diripienda & deuoranda: quod summo cum gemitu et dolore omnium piorum à multis nostra aetate factum videmus: sed emendatis et sublatis abusibus, ad primam institutionem et usum ecclesiae Christi utilitati commodisq; seruientem, quantum omnino fieri potest, reuocari & restitui debebant. sicut de collegiorum & totius Ecclesiastici status reformatione, etiam in Comitibus Imperij nostris temporibus saepe propositum, & deliberationes Imperatori exhibitas fuisse meminimus. quas postea suo loco iuuante Deo recitabimus.

Nunc ex fundamentis verbi diuini, & historia veteris ecclesiae, in hoc proemio, verè & perspicuè demonstrare volumus, ad quos Fines & usus, collegia Ecclesiarum initio condita, & à Christianis regibus et principibus adeo liberaliter dotata: & quae Personarum in collegijs propria officia & exercitia fuerint? videlicet primum in Ecclesijs suis Sacramentum Canonicam scripturam diligenter legere, discere, interpretari, populum pro concione docere, & disciplinam ecclesiasticam gubernare. Deinde vicinas Ecclesias in tota Diocesi diligenter inspicere, & puritatem verè de Christo doctrina, pias ceremonias, honestam ecclesiae disciplinam, et ministrorum ac pauperum alimenta fideliter curare ac tueri. Item iudicia Ecclesiastica seu Consistoria, Institutionem, Examen, & ordinationem, ministrorum, Visitationem & Synodos rectè administrare. Postremò iuniores Clericos, non modò exercitijs pietatis & honestae disciplinae quotidianis, verum etiam studijs doctrinae Christianae & bonarum artium, ac linguarum diligenter excolere, & ad ministerium Ecclesiae & necessarios reipub. usus preparare, ut Ecclesia & Scholis postea utiliter seruire possent.

Postquam verò nunc ab aliquot saeculis, Episcopi & collegia Canonico-  
rum, Imperia politica et principatus mundanos tenuerunt, et Sacro Romano Imperio, velut principes, et membra illius praecipua, sic inserti sunt, ut absq; insigni detrimento et confusione Imperij, non possint commode ad antiquam et primam institutionem et formam penitus reduci: censent omnes cordati et prudentes viri, et publica tranquillitatis et salutis patriae amantes; Episcopos et collegia Ecclesiarum metropoleon et cathedralium, cum ex verbo Dei, et exemplo Ecclesiae in populo Dei, et Apostolorum ac Patrum collegijs, originem traxerint, et ad Christianae religionis conseruationem et ecclesiae utilitatem et concordiam in doctrina et cultibus tuendam primum instituta sint: non debere cum piorum et laudatissimorum Principum fundatorum dedecore et ignominia, et insigni ecclesiae detrimento, et sacri Imperij sapienter constituti quassatione, prorsus mutari et aboleri: Sed omnes suas dignitates, iura, priuilegia, immunitates praedia, redditus, etc. sicut antiquitus ea tenuerunt et adhuc

tenent, sine vlla diminutione & impedimento inconcussas retinere, tantum ut abusus paulatim tollantur: & pura ac sincera de omnibus fidei Christianae articulis, ex verbo Dei, in templis & scholis fideliter doceatur & conseruetur: & reliqua ministeria ecclesiastica, ad quae obeunda episcopi & collegia primum ordinata sunt, per idoneos homines recte & fideliter curentur: & Sacerdotum vita ac mores ecclesiae non offendiculo sint, nec hominum voluntates alienent, sed cum voluntate & verbo Dei congruant, & multos ad amorem & reuerentiam verae religionis & ministerij inuitent.

**V**T autem totius ecclesiasticae gubernationis, ita collegiorum etiam & ecclesiarum Cathedralium pia & salutaris constitutio & emendatio, in his decem capitibus praecipue consistit. Quorum primum & praecipuum est **DOCTRINA** de vero & redemptore nostro Iesu Christo, Deo ipso ecclesiae patefacta & tradita, per quam solam & non aliter hominibus veram sui agnitionem, remissionem peccatorum, iusticiam vitam & salutem aeternam **DEVS** impertit, & iuxta quam solam se a nobis agnoscere, innocari & coli precepit. Haec doctrina, omnis pia & Christianae reformationis fundamentum & nucleus est. Quam velut praecipuum & proprium Ecclesiae patrimonium & thesaurum, in collegiatis & Parochialibus ecclesijs & scholis praecipue conseruari, doceri, disci & propagari oportet. **II.** Sacramentorum diuinitus Ecclesiae mandatorum administratio. **III.** Ordinis Ecclesiastici conseruatio, & personarum, quae in Collegiis viuunt, officia & exercicia quotidiana, quibus Deo & ecclesiae Dei ac Reipublicae, & proximo suo seruiant. **III.** Ministerij Evangelici in collegiatis & Parochialibus ecclesijs pia constitutio per Superintendentes, Pastores, Catechetas, Diaconos & alios Ministros. **V.** Legitima ministrorum Electio, institutio rudiorum, **EXAMEN** de omnibus doctrinae Christianae articulis, **ORDINATIO** cum impositione manuum et institutio in Ecclesias. **VI** **CONSISTORIUM** seu **IUDICIUM** ecclesiasticum, quod dirimendis controuersijs de doctrina, conseruationi honestae disciplinae, concordiae & defensionis pastorum, causis matrimonialibus pie expediendis, ac Excommunicationi legitime ferenda seruiat. Quod non ab vno Officiali, sed prudenter constituto senatu plurium ex praecipuis ordinibus administratur. **VII.** **SCHOLAE CHRISTIANAE**, in quibus vera de Christo doctrina, et aliae artes ac lingua ecclesiae necessariae plantentur ac propagentur, & discipuli ad quotidiana praecumet alia pietatis exercicia adsuescant, & predicando se subinde exerceant, ex quibus tanquam ex seminario, ministri & doctores ecclesiarum, aliquando eligi & vocari queant. **VIII** **VISITATIO** omnium Parochiarum & Scholarum anniuersaria, & Pastorum Synodi. **IX.** Ordinatio externarum & utilium Ceremoniarum &

Et rituum ecclesiasticorum, lectionum, precum, cantionum, Horarum  
 Canoniarum, &c. X. OECONOMIA seu curatio BO-  
 Norum ecclesiasticorum, reddituum, Beneficiorum, Fabrica, Bibliothe-  
 ca, Hospitalium, Clinodiorum, ornatuum, &c. Hæc præcipua capita  
 sunt, ad quæ rectè ordinanda, in omni pia constitutione & Reformatio-  
 ne Ecclesiarum consilia & actiones dirigi debent.

Aliquoties autem in comitiis Imperij, ac imprimis Ratisbonæ anno  
 1541. Deliberationes de Reformatione Collegiorum, & status Eccle-  
 siastici ab Imperatore Carolo V. propositæ, & ordinum Imperij sententiæ  
 quasita, & Imperatori exhibitæ sunt. quas suo loco postea, Deo volente,  
 recitabo, vel certè summam earum exponam. Præbuerunt hæc Caroli  
 Imperatoris postulata & aliis bonis Principibus occasionem de abusibus  
 Ecclesiarum & Collegiorum suorum emendandis diligentius cogitandi.  
 ac proximè sequenti anno 1542 Reuerendiss: & Illustriss: Princeps Ge-  
 orgius Anhaltinus, Magdeburgensis Collegij præpositus, consilium de pia  
 reformatione in Archiepiscopali diæcesi Magdeburgensi, suum, scripto  
 moderatissimo & grauissimo comprehensum, collegis exhibuit.

Altero anno 1543. Hermannus archiepiscopus Colonienfis quoque,  
 cum sua diæcesis ordinibus, & aliis viris doctis, de pia constitutione eccle-  
 siarum sua inspectioni commissarum deliberauit. ac Reformationem, om-  
 nes doctrinæ Christiana articulos piè explicantem, & errores, qui irrepse-  
 runt, moderatè & lenissimè improbantem, & ritus in Sacramentorum  
 administratione seruandos, & cætera, ad rectam & verbo Dei consenta-  
 neam, omnium gubernationis ecclesiastica partium temperationem per-  
 tinentia, integrè ferè complectentem, publicè edidit: & impugnatam ab  
 aduersariis, APOLOGIA luculentà defendit. Sed impediens opti-  
 mi principis conatum iis à quibus inuari præcipuè debebat, Idea illa  
 scripto adumbrata mansit, nec in diæcesi illa effectū optatū sortiri potuit.  
 Nullum tamen de reformatione Ecclesiarum & Collgiorum Cathedrali-  
 um piè instiuenda scriptum illo, vberius & accuratius extat.

Sed exemplum reformatæ archiepiscopalis ecclesiæ in oculos incurren-  
 tis optimum & maxime illustre est MAGDEBURGENSIS Colle-  
 gium, & Hallense, in quo pristinā gradus dignitatem, Iura, priuilegia, &  
 bona omnia Canonici retinent: et doctrina Euangelij sincera quotidie in  
 templis sonat, et propagatur: et missæ secundū Christi institutionem cele-  
 brantur: et Ritus ac cantiones latinæ veteres omnes, quot quot sine impie-  
 tate seruari possunt, retinentur, ita ut à veteri forma minimum recede-  
 re videantur: et cætera gubernationis ecclesiastica partes et officia persona-  
 rum, quæ in collegiis viuunt, mediocriter constituta sunt.

Id exemplum reformationis utinam Principes quidam imitari  
 mallet, quàm prætextu euangelij, Episcopas suarum ditionum et Colle-  
 giorum

giorum ac Cœnobiorum reditus, ad se rapere, vel aulicis Harpyis diripien-  
dos concedere, à quibus nec Deo, nec ecclesia ipsius, nec pauperibus schola-  
sticis, vel alijs egentibus, nec ad ullos ferè usus honestos, nisi ad suum &  
suorum luxum & pompam augendam, quidquam inde transfertur.) Sed  
has querelas deinceps sæpe, cum ad nostra tempora propius peruentum fu-  
erit, repetendas, in proœmio omitto, & ad Metropolim seu successiones  
Episcoporum in Ecclesijs Saxonia & Vandalia veteris Cathedralibus,  
ab eo tempore, ubi Albertus Cranlius desijt, usq; ad nostram ætatem  
continuandas, accedo.

Præclare enim Albertus Cranlius, tum alijs monumentis Histori-  
cis, quibus res in Saxonia, Vandalia, & regnis arctois memorabiles fi-  
delissimè exposuit, de vniuersis his gentibus Saxonice & Danice meri-  
tus est: tum verò Ecclesiastica Historia seu Metropoleos editione, in  
qua duodecim præcipuorum Saxonia & Vandalia veteris diœceson Epi-  
scopos, ab origine religionis Christianæ in has gentes Saxonice primùm  
inuetæ, usq; ad suam ætatem & annum Christi 1504. recensuit, &  
multa quæ in alijs nationibus & regnis ἀλλοτρίοις, in singulorum episcopo-  
rum tempora inciderunt, simul intexuit.

Cum autem DEVS ipse fideliter annotari & scribi res memorabiles  
in Ecclesia & politijs, in quibus viuimus, præcipiat: non solum ut memo-  
ria rerum præteritarum & præsentium, ad posteros conseruetur, verum  
etiam, ut consideratis in historia prouidentia ac præsentia, bonitatis ac ius-  
ticiæ Dei in defensione iustorum & pœnis sceleratorum testimonijs, De-  
um celebremus: Psal. 102. Scribantur hac in generatione altera, & po-  
pulus, qui creabitur, laudabit Dominum: officium Deo gratum, & Ec-  
clesiæ utile, & multis bonis ac pijs viris, & posteritati etiam iucundum  
prestabit, si quis ecclesiasticam illam Cranlij historiam, & seriem Epi-  
scoporum certam, usq; ad nostra tempora pertexet.

Præsertim cum in CATALOGO EPISCOPORVM, postrema edi-  
tioni Metropolis Cranlij, adiuncto; multi, qui nostra & patrum me-  
moriam vixerunt episcopi, prorsus præteriti & omissi sint, ut in Archie-  
piscoporum Magdeburgensium Catalogo, Iohannes Albertus, Frideri-  
ci Ansbacensis filius, & Fridericus, Ioachimi II. Elect. Brand. filius,  
qui immediatè Sigismundum antecesserunt, prorsus prætermissi, & præ-  
sentis Archiepiscopi, Ioachimi Friderici, nomen non expressum est. Epi-  
scopi Lubecenses, cum à Geroldo plures quàm 30. fuerint, tantum 25.  
recensentur. In Mindensi serie, Francisci Ducis Brunsvicensis no-  
men, qui Franciscum comitem à Valdec proximè præcessit, planè desi-  
deratur.

Sic in Verdensi, Georgius Dux Brunsvicensis, loco penultimo collocandus, omnino prateritur. In Halberstadenſi, Iohannes Albertus & Fridericus Marchio Brandeburgensis, qui Halberstadij obiit, omittuntur: & ultimus ponitur N. Marchio Brandeburgensis, cum post Sigismundum nullus Marchio Brandeburgensis, sed Henricus Iulius Dux Brunsvicensis & Lunaburgensis electus sit anno 1566. In Padebornensi, loco quarto à fine, inter Ericum Ducem Brunsvicensem à Grubenhagen, & Rembertum à Kersenbruch, medius collocari debuit HERMANNVS Comes à Weida archiepiscopus Coloniensis; qui annos amplius quindecim Padebornensem ecclesiam administravit. In Hildesienſe, Fridericus Dux Holsatia, qui Burcardum ab Oberg antecessit, omissus est. In Suerinensi, MAGNVS Dux Megapolitanus, anno 1516. postulatus, qui 34. annos præsuit: & successor illius VLRICVS Dux Megapolitanus, qui nunc 23. annos episcopatum tenet, prorsus relictus sunt. ut in Raceburgensi Christophorus à Schullenburg, & CHRISTOPHORVS Dux Megapolitanus, qui iam annos 28. diocesim illam gubernat. Hæc & plura alia, cum in catalogi illius extrema tantum parte, ab anno 1500. vsq; ad nostra tempora pertinere, desiderantur: profectò maiori diligentia & cura, in singulis diocesibus, Episcoporum seriem, & alia, inquiri ab eo necesse est, qui certa & explorata cognita de his rebus memoria posteritati tradere in animum inducet.

Quare initio, nuda Nomina Episcoporum, qui in singulis diocesibus seu Ecclesijs Saxonia & Vandaliæ Cathedralibus, ab anno Christi 1500. vsq; ad nostram ætatem sibi mutuo successerunt, prapponemus.

GERMANIA est omnis diuisa in sex Metropoles, seu Archiepiscoporum sedes ex quibus amplissimam diocesim & latissime patentem possidet MOGUNTINVS: cui duodecim subsunt Episcopi, Argentina, Spira, VVormatia, Herbipolis in Franconia, Augusta vindelicorum Constantia ad lacum Podamicum, Curia Rhetorum, Dryopolis ad Alemanum fl. & in Saxonia, Halberstadij, Hildesia, Padeborna, & Verda.

PRIMATVM autem, seu supremam inspectionem & iurisdictionem in omnes Germania Archiepiscopos, OTTO primus Imp. de consilio & assensu Pontificis & concilij Ravennatensis, MAGDEBURGENSI commendasse scribitur, sicut in literis Benedicti VI. Papa, ad Germania archiepiscopos, de S. Pilgrino & Passauiensi ecclesia anno 973. scriptis, Albertus Magdeburgensis, Patriarcha Germania nominatur. Quinq; autem Episcopatus, partim à patre Henrico Aucupe, partim à se fundatos & auctos, OTTO, Magdeburgensis suffraganeos esse voluit, Misnensem, Mersburgensem, Naumburgensem, Brandeburgensem & Havelbergensem.

**TREVIRENSIS** suffraganei sunt, **Metensis**, **Dolanus**, et **Viridunensis**. **COLONIENSEM** superiorem agnoscunt, **Monasteriensis**, **Osnabrugensis**, **Mindensis**, **Traiectensis**, **Leodiensis**. **SALTZBURGENSIS** jurisdictioni olim parebant, **Ratisbonensis**, **Patavinus** ad confluentem **Oeni** & **Danubij**, **Frisingensis**, **Tridentinus**, **Brixienfis**, **Gurcensis**, **Chiemensis**, **Secoviensis**, **Louantinus**, **Viennensis**.

**BREMENSIS** verò in **Saxonia inferiore** **Lubecensis** **Raceburgensis** **Suerinensis** ac fortasse etiam **Slesuicensis** olim suberant. **Bambergensis** verò in superiore **Germania** ab omni **Archiepiscoporum** jurisdictione liber, immediatè **Romano Pontifici** paret.

Ex his sex **Germania** **Metropolibus**, duas, **Magdeburgensem**, & **Bremensem**, & vicinas illis in veteri **Saxonia**, cis & ultra **Visurgin** **Episcopas** decem, **Albertus Cranzius**, à prima singulorum origine, enumerata **episcoporum serie**, & memorabilibus, quæ in singulorum ætate incidere, rebus gestis, describendos suscepit, & usq; ad annum **Christi 1500**. libris duodecim pertractavit.

Ab eo tempore, ubi **Albertus Cranzius** desijt, si cui idoneo vitam & vires **Deus** sufficiet, usq; ad nostram ætatem pertexere **seriem Episcoporum**, in duabus illis **Metropolibus**, & vicinis in **Saxonia**, **Westphalia**, & veteri **Vandalia**, **Cathedralibus Ecclesijs**: & **Misnensem** ad **Albim**: **Mersburgensem** ac **Naoburgensem** ad **Salam**, **Havelbergensem** ac **Brandenburgensem** ad **Havelum**: **Lebusiensem** ad **Viadrum**, & **Slesuicensem** ac **Caminiensem**: duodecim illis à **Cranzio** descriptis adiungere poterit.

MAGDE

## MAGDEBURGENSI ECCLE-

SIÆ metropolitanæ, anno Christi 1500. archiepiscopus ERNESTVS, Dux Saxonie, Ernesti Electoris Saxonie filius, & FRIDERICI sapientis, qui Carolum V. Imp. elegit, ac IOHANNIS, qui Confessionem Augustæ Carolo V. exhibuit, frater præfuit: ordine tricesimus octauus, ab ALBERTO primo archiepiscopo. cui ex cœnobio S. Maximini ad Treuirim euocato, Imperator OTTO primus anno Christi 967, inspectionem Ecclesiæ Magdeburgensis, & vicinarum in gentibus Vandalicis, ad Salam et Albim, recens, à patre Henrico Aucupe & à se domitis, & magno labore ac fide ad agnitionem & cultum veri Dei & seruatoris nostri Iesu Christi adductis, commendauit: & COLLEGIVM CANONICORVM, seu custodum & interpretum Canonis sacræ scripturæ, qui vniuersæ Religionis Christianæ & cultus diuini norma est; à VVittikindo, in VVesphalia oppido Angaria, vbi monumentum laudatissimi illius Saxonum principis adhuc visitur, institutum; & ab Henrico Aucupe, in agri Lunæburgensis oppidum Vallsleben, præfecto episcopo Marco, translatum; & inde Magdeburgam à se traductum, Archiepiscopo adiunxit, &c.

Ernesto autem, qui anno Christi 1476. cœperat, & 1478. excitata in Salinis Saxonis, inter patritios, salinarum comoda ad se trahentes, & plebeios ab illis oppressos, ciuili discordia, & his episcopum inuocantibus; vtriusque frenum iniiciens, præcipuos salinarum redditus & iurisdictionem ad se transtulerat, & S. Mauricij arcem ceruicibus vrbs imposuerat: ac sequente anno Halberstadienses, etiam sub iugum redegerat; ex rebus humanis anno 1513. exempto.

ALBERTVS, filius Iohannis Electoris Brandenburgici, Ioachimi I. frater, in archiepiscopatu Magdeburgensi successit, ac inusitato antea inter Germanos exemplo, sequenti statim anno 1514. Moguntinus etiam archiepiscopus & Elector creatus, annos 32. vtranque diœcesin, vna cum Halberstadiensi, gubernauit. In huius tempora Religionis mutatio incidit. Obijt. 1545. die 24. Septembris, cui sobrinus ipse, tertio gradu linea æquali agnatus.

1545.

**IOHANNES ALBERTVS** marchio Brandenburgensis; Friderici, qui Onoldsbachij sedem aulae habuit, filius; Alberti Achillis Germanici nepos; Alberti Borussiae ducis, & Casimiri, ac Georgij (cuius nomen confessioni Augustanae subscriptum est) frater successit. in cuius tempora bellum Saxonicum, in quo ab Electore Sax. Ioh. Friderico duriter afflictus est, & Collegij Canonorum ex vrbe Magdeburga emigratio, urbis proscriptio, oppidorum & arcium archidioceseos, vrbi vicinarum occupatio incidit. Ipse quadrimestri ante inchoatam obsidionem obiit die 17. Maij Sabbato post Ascensionis,

1552.

**FRIDERICVS**, Ioachimi II, electoris Brandenburgici filius, introductus die 9. Martij; eodem anno 1552, exeunte, die 3. Octobris, Halberstadij decessit,

1553.

**SIGISMUNDVS**, frater Friderici, 14. annorum adolescens, cui **CHRONICON** Carionis à Philippo dedicatum est. Obijt anno 1566, die 14. Septembris.

1566.

**IOACHIMVS FRIDERICVS**, Ioh. Georgij electoris Brandenburgensis filius, Sigismundi ex fratre nepos, qui nunc sapienter & feliciter dioecesim Magdeburgensem administrat.

BRE

IOHAN

p. III

- BREMENSI ECCLESIAE**, per  
 Carolum magnum, anno Christi 788. fundatae, primus episcopus S. VVil-  
 lehadus Anglus: postea per Ludouicum Germaniae regem, anno Christi  
 870. vnita cum metropoli Hamburgensi, Primus Archiepiscopus, S. Ans-  
 garius, praefectus est. a quo ordine tricesimus nonus fuit Anno Christi  
 1500. **IOHANNES RODIVS**, non ex nobili, sed honesta vrbs Bremæ fa-  
 milia natus, vir modestus & opulentus. Cùm autem propter generis hu-  
 militatem, a suæ diœcesis ordinibus fastiditus, a vicino principe Saxoniae  
 Magno, & comite Oldeburgensi, bello peteretur: Coadiutorē sibi **CHRIS-  
 TOPHORVM** Ducem Brunsvicensē, Henrici senioris filium; **Vvilel-  
 mi** nepotem; Henrici iunioris, qui nostra ætate inter varias fortunæ vices  
 diutissimè ducatum Brunsvicensē gubernauit fratrem; 14. annorum  
 adolescentem delegit.
- CHRISTOPHORVS**, dux Brunsvicensis, Henrici iunioris frater, 1511.  
 Iulij ducis Brunsvicensis patruus.
- GEORGIVS** dux Brunsvicensis senex fratri Christophoro successit. 1558.
- HENRICVS** dux Saxoniae, Angriuariae & VVestphaliae, archiepisco- 1567.  
 pus Bremensis, administrator Osnabruggensis & Padebornensis.
- Ioannes Adolphus** dux Holsatiae, 1585.

Primæ & antiquissimæ in veteri Saxoniae  
 Cathedrali Ecclesiae,

- OSNABRUGENSI**, anno Christi  
 1500. Episcopus praefuit **CONRADVS**, comes à Ritberg, ordine 41mus *capit 1482.*  
 à S. VVihone primo episcopo, Frisio, cui Carolus magnus anno 776. in-  
 spectionem Collegij & Scholarum, quas Latinas & Græcas perpetuò ser-  
 uari in eo Collegio voluit, commendarat.
- ERICVS** dux Brunsvicensis de Grubenhagen, Alberti filius, Phi- 1508.  
 lippi frater, obiit 1532.
- FRANCISCVS**, comes de VValde, Philippi filius, Volradi pa- 1532.  
 truis. Princeps pius, sapiens, iustus, humanus, tolerans veram euangelij  
 doctrinam. vixit vsque ad annum 1553. quo Philippus magnus Dux Brun-  
 svicensis in episcopos VVestphaliae grassatus est, obiit 15. Iunij.

**IOHANNES**, comes ab Hoia, natus ex sorore Gustau regis Sue- 1553.  
 ciae. Princeps ingeniosus, doctus & multarum linguarum peritus.

**HENRICVS**, dux Saxoniae, archiepiscopus Bremensis, 1574.

**MONA**

## MONASTERIENSEM diœcesim

fin, omnium in tota VVestphalia amplissimam, anno Christi 1500, gubernavit CONRADVS comes à Ritberg, episcopus Osnaburgensis: succedens Henrico Comiti Suartzburgensi, anno 1496, defuncto. ordine 4<sup>to</sup> à S. Ludgero, primo episcopo, fratre S. Hildegriani Halberstadenfis.

1508. ERICVS dux Saxonix, Angariæ & VVestphaliæ; Iohannis filius; Magni ducis Saxonix, & Iohannis episcopi Hildesienfis frater.
1522. FRIDERICVS, comes de VVeida, archiepiscopi Colonienfis frater, resignavit 1532. obiit 1551.
1532. ERICVS, dux Brunsvicensis de Grubenhagen, qui Osnaburgensis episcopus iam 24, annos fuerat: obiit cum vix sex hebdomadas in Monasterienfi Cathedra sedisset.
1532. FRANCISCVS, comes à VValdek, cuius initia statim Anabaptistici motus, & Monasterienfe bellum, exceperunt.
1553. VVILELMVS KETLER, amans veræ doctrinæ. quam cum instinctu capituli bona conscientia persequi vel impedire nollet, anno 1557. resignavit. frater optimi Principis Gerardi Ducis Curlandiæ.
1557. BERNHARDVS RASfeld, anno 1566, resignavit.
1566. IOANNES, comes ab Hoia, episcopus Osnaburgensis.
1574. IOHANNES VVILELMVS, dux Iuliacensis, natus anno 1562. cuius frater natu maior Carolus Fridericus anno 1575 Romæ obiit.
1498. PADEBORNENSEM Ecclesiam inter primas in Saxonia, à Carolo, qui stativa sæpè eo in loco habuit inchoatam, & Hadimario, S. Burcardi VVurtzbergenfis episcopi discipulo commendatam: anno Christi 1500. administravit archiepiscopus Colonienfis HERMANNVS Hasię Landgravius, succedens Simoni comiti Lippiensifi, 1489.
1508. ERICVS Dux Brunsvic. de Grubenhagen Alberti filius. Pacis & iustitiæ custos ⊕ 1531. die 14. Maij.
1532. FRIDERICVS comes à VVeida, archiepiscopus Colonienfis electus Administrator 13. Iunij, anno 1532.
1547. REMBERTVS à Kerfenbruch.
1568. IOHANNES à Comes ab Hoia.
1574. SALENTINVS Comes ab Eisenberg, archiepiscopus Colonienfis resignavit. 1577.
1577. HENRICVS Dux Saxonix, Francisci filius, Laoburgensis.
1585. Theodorus à Furstenberg.

## HILDESHEIMENSEM Ecclesiæ

- am anno 1500. multos iam annos tenuerat.
- BERTHOLDVS à Landesberg, episcopus Verdenfis, ordine  
43tius à Gunthero primo episcopo. 1500.
- ERICVS dux Saxonie inferioris filius, Iohannis, Ducis Magni & Io-  
hannis frater, substitutus est. qui anno vix vertente, fratri Iohanni episco-  
pa tum resignavit. 1503.
- IOANNES, dux Saxonie inferioris, Erici frater. Hic moto aduer-  
sus duces Brunsvicenses bello, primùm in Soltaiensi prælio victor anno  
anno 1519. Triennio post ab Imp. Carolo V. proscriptus, maximam dice-  
ceseos partem, à ducibus Brunsvicensibus occupatam amisit. resignavit  
anno 1527. & adhuc vixit 1546. 1504.
- BALDASAR Veldkirch, Imp. Caroli V. Vicecancellarius. obiit 1531. 1528.
- OTTO comes à Scouenburg, præpositus. post sexennium ressi-  
gnavit. 1531.
- VALENTINVS à Teteleben, vicarius archiep. Moguntini. litem  
aduersus duces Brunsv. in curia Romana, à Iohanne, spoliati ante omnia ressi-  
stitutionem petente, inchoatam pertexit, sed latam anno 1540. sententi-  
am, Executio nulla secuta est. 1537.
- FRIDERICVS dux Holsatie, Friderici Daniae regis filius, Adol-  
phi ducis Holsatie frater. 1551.
- BVRCARDVS ab Oberg. 1556.
- ERNESTVS dux Bauariae, Alberti filius, episcopus Frisingen-  
fis, & iam Leodiensis. 1573.

## MINDENSI ECCLESIAE,

anno Christi 780. primùm fundatæ præfuit Episcopus anno 1500.

- HENRICVS comes à Scouenburg, Ottonis filius, Adolphi ne-  
pos anno 1478. 1504.
- FRANCISCVS dux Brunsvicensis, Christophori Bremensis, &  
Henrici iunioris, ducis Brunsvicensis frater obiit 1529, die Catharinae. 1530.
- FRANCISCVS comes à VValdek. 1553.
- IVLIVS Dux Brunsvicensis postulatus statim resignavit. 1553.
- GEORGIVS dux Brunsvicensis, Christophori Bremensis archie-  
piscopi, & Francisci Mindensis, & ducis Henrici iunioris frater. 1560.
- HERMANNVS, comes à Scouenburg, Ottonis filius, Iodoci ne-  
pos. 1582.
- HENRICVS IVLIVS, dux Brunsvicensis, episcopus Hal-  
berstadtensis.

## HALBERSTADIENSEM

Dicepsin fundatam anno 777, in Salingstede. Inde post 42. annos translata-  
tam Halberstadium A. C, 819, sub Hildegrino primo episcopo adhuc vi-  
uente: anno 1500, potenti manu rexit.

ERNESTVS dux Saxoniae, Archiepiscopus Magdeburgensis, tri-  
cesimus nonus à S. Hildegrino.

1513.

ALBERTVS Marchio Brandeburgensis, postea etiam archiepi-  
scopus Moguntinus & Cardinalis annos 32.

1545.

IOANNES Albertus Marchio Brandeburgensis, Friderici Ansba-  
censis filius, Georgij & Casimiri & Alberti Borussiae ducis frater.

1552.

FRIDERICVS Marchio Brandeburgensis, Ioachimi 2. Electoris  
filius. qui eodem anno Halberstadij obiit.

1553.

SIGISMUNDVS Marchio Brandeburgensis, Friderici Frater,  
archiepiscopus Magdeburgensis, annis 14.

1566.

HENRICVS IVLIVS, Iulij ducis Brunsvicensis filius, infans  
electus, sed introductus anno 1578, die 8. Decembris.

## VERDENSI ECCLESIAE,

inter primas in Saxonia, per Carolum magnum, ad Alleræ & Visurgis con-  
fluentem quatuor supra Bremam milliaribus fundata; praefuit anno 1500.

1500.

BERTOLDVS à Landesberg, ordine 47mus à S. Suiberto An-  
glo, primo episcopo. Cùm autem anno 1470. Bertholdus gubernare Ver-  
densẽ dicepsin cœpisset: & postea Hildesiemsem etiam episcopatum te-  
neret: utrunq; morte sua vacuum successoribus reliquit anno 1502.

1502.

CHRISTOPHORVS, dux Brunsvicensis, electus adiutor Archi-  
episcopi Bremensis.

1558.

GEORGIVS, dux Brunsvicensis, Christophori frater.

1567.

EBERHARDVS ab Holl episcopus Lubecensis.

## LVBECENSIS ECCLESIAE

prima sedes ab Ottone I. Imperatore constituta fuit vrbs VVagriæ Alden-  
burga. cui, Vandalicas gentes sibi tributarias, ac Slesuico vsq; ad Panim  
fl. circa annum Christi 970. initio subiecerat: praefecto primo Episcopo  
Marcone, à quo duodecimus GEROLDVS, VVicelini, successor, ab Hen-  
rico Leone, Saxoniae duce, ex Bauarica nobilitate electus, & LVBECAM  
translatus est. Huic anno Christi 1500, vicesimus, quartus ordine suc-  
cessor fuit.

METROPOLIS.

25

THEODORIGVS ARNDESHamburgensis, qui Friderico Holfatiæ duci, Feudum ducatus Holfatiæ, solenni ritu, Kylonix in foro contulit,	1500.
VVILHELMVS VVestphalus Lubecensis,	1507.
IOHANNES Grimholdus,	1509.
D. HENRICVS Bocholt Hamburgensis.	1523.
D. DETLEVVS Reuentlou, Cancellarius Friderici regis Daniæ.	1535.
BALDAZARVS Rantzouu.	1536.
IODOCVS Hutfilter.	1550.
ANDREAS BARBY, Cancellarius Christiani III. regis Daniæ.	1555.
Iohannes Tideman, Hagomensis ⊕ 1561, die 17. Aprilis.	1559.
EBERHARDVS ab Holl, Episcopus Lubecensis, administrator Verdenfis, & Dominus Lunæburgi ad S. Michaëlem,	1561.

RACEBVRGENSIS Episcopus anno

no 1500. fuit ordine 26. à primo.

IOANNES Parkentin, ex familia nobili Megapolitana ortus, seculi 33. annis,	1477.
HENRICVS BERGMEIER Hamburgensis, qui ex humili loco, virtute & Industria, primùm ad munus Cancellarij ducis Saxonix Louenburgeris Magn, inde ad Episcopi dignitatem euectus est, obiit Lubecæ 1524. die 11. Octobris, Schönbergæ conditus.	1510.
GEORGIVS Blumedal, I. V. D. episcopus Lebusiensis.	1524.
CHRISTOFF von der Schullenburg. quo resignante:	1551.
CHRISTOPHORVS, dux Megapolitanus, Alberti filius, anno 1554. exeunte electus, qui adhuc præest.	1554.

SVERINENSEM Diœcesin anno

Christi 1500. rexit D. CONRADVS LOSTIVS, ex patricia VVismariensi familia ortus, ordine tricesimus secundus à primo episcopo & martyre IOHANNE SCOTO, qui, cum prima initia & velut seminarium Ecclesiæ in his gentibus Vandalicis anno Christi 1062. iaceretur, in vrbe tunc ampla & copiosa MEKELENBURG, petente S. Godscalco, Vandalicæ gentis principe Christiano, ab Alberto archiep. Bremensi, qui apud Imp. Henricum 4. omnia gubernabat, Episcopus primus constitutus est. Hunc quadriennio post Vandali Christianam religionem denuò abijcetes crudeli supplicio, manibus & pedibus truncatis affecerunt die 10. Nou. anno 1066. cum paulò ante Godscalcum principem suum Leontij ad aram die 7. Iunij trucidassent.

c

Post

Post 84. annos, sub Conrado III. Imp. alter episcopus Eberhardus & paulò post Benno seu Berno successerunt. qui deleta in bellis Vandalicis vrbe Mekelnburga; **SVERINAM**, ab Henrico Leone, condito insigni templo Cathedrali, translatus est circa annum Christi 1178. Ab hoc igitur Bennone, qui primus Suerinæ sedit, ordine 29. fuit Conradus Lotsius, qui anno 1503. exeunte obiit.

1504.

**IOANNES THVEN**, eques Megapolitanus.

1538.

**PETRVS Vvallekoni**us Sundenfis.

1516.

**MAGNVS** dux Megapolitanus, Henrici filius, Magni nepos, infans postulatus: magna cum pietatis, doctrinæ & prudentiæ laude postea diœcesin illam gubernavit, obiit 1550.

1550.

**VLRICVS** dux Megapolitanus, Alberti filius, Magni præcessoris sui patruelis, nunc 35. annos relictus Episcopæ percipit.

## MISNENSIS ECCLESIAE

ad Albim, Episcopi fuerunt anno.

1500.

**IOANNES VI.** ex familia Salhusiorum, 42. dus à Burcardo primo episcopo quem Otto I. Imp. anno 958 ibi collocarat.

1518.

**IOANNES VII.** à Sleinitz.

1538.

**IOANNES VIII.** à Maltitz.

1550.

**NICOLAVS** à Carleuuitz.

1555.

**IOANNES IX.** ab Haubitz, cuius nomen Libro Concordiæ subscriptum est.

1581.

**AVGVSTVS** Elector Saxonæ, cui Ioannes IX. resignavit.

## MERSBURGENSEM EC

clesiam, ad Salam, anno 1500. gubernavit 41. mus à Bosone qui ex cœnobio D. Emerani, Ratis bona, ab Ottone I episcopus constitutus fuit.

1500.

**TILO** de **TROTE**, electus 1468. obiit 1514.

1514.

**ADOLPHVS** princeps Anhaltinus, Georgij agnatus ad quem Lutherus, primam disputationem de Indulgentijs publicaturus anno 1517. scripsit.

1526.

**VINCENTIVS** de **SLEINITZ**.

1535.

**SIGISMVNDVS** de Lindenau.

1544.

**AVGVSTVS** Dux Saxonæ, administrator in temporalibus, **GEORGIVS** PRINCEPS ANHALDINVS, coadiutor in spiritualibus.

1549.

**MICHAEL SIDONIVS** à Carolo V. constitutus, ⊕ 1561.

1564.

**ALEXANDER** Dux Saxonæ, Augusti filius, ⊕ 1565. die 9. octobris.

1566.

**AVGVSTVS** elector Saxonæ.

## NAOBVRGENSES

AD SALAM,

IOHANNES de Schönberg, ab Ernesto Magdeb. inauguratus, ordine 38, ab Hugone Primo Citi ad Elistrum anno 968, autoritate Ottonis I. fundatoris constituto à quo Hugone quartus Hildebertus, Naoburgum ad Salam sedem & titulum episcopi, paulò post annum Christi 1000, transtulit.

PHILIPPVS Palatinus Rheni, Philippi electoris filius, episcopus Frisingensis, administrator Naoburgensis, obiit 1541.

IULIVS PFLVG, à capitulo electus absens. 1541.

NICOLAUS ab Amsdorff, à Ioh. Friderico electore Saxoniae constitutus Iulio excluso. 1542.

IULIVS Pflug à Carolo V. victore restitutus. ⊕ 1564. 1547.

AVGVSTVS elector Saxoniae. 1564.

## BRANDEBVRGENSES ad Havelum.

IOACHIMVS de Bredau, 1486.

HIERONYMVS, ad quem Lutherus initiò de Indulgentijs scriptus: Scülteri in pago Gramschiz prope Glogouiam filius, Otator excellent. obiit. 1522. VVitstochij sepultus. 1506.

THEODORICVS de Hardenberg, 1523.

MATTHIAS de Jagouu, à Georgio Anhaltino celebratus, obiit 1527.

IOACHIMVS Dux Munsterbergensis, Caroli filius, Henrici fratris, obiit post resignatum episcopatum 1563. 1544.

IOACHIMVS FRIDERICVS, Marchio Brandenburgensis.

## HAVELBVRGENSES.

OTTO KONIGSMARK, ordine 35, à primo episcopo, 1500.

IOHANNES Slaberndorff, Doctor. 1505.

HIERONYMVS SCHVLTES Episcopus Brandenburgensis, ab electore Brand. introductus, cum capitulum D. Georgium Blumendal elegisset, ⊕ 1522, die 29. Octob. 1520.

BVSSO de ALVE Sleben, I. V. D. obiit 1548. 1528.

PRO O E M I V M

- 28  
 1548. FRIDERICVS, Ioachimi II. Brandeburgensis filius.  
 1553. GEORGIVS à Blanckenburg, capitaneus Diocesis Havelberg con-  
 stituitur. cui ad vitam Ioachimo II. promissa erat administratio, sed filius  
 Ioachimi Ioh. Georgius, pro suo filio Ioachimo Friderico, cum illo trans-  
 egit.  
 1556. IOACHIMVS FRIDERICVS, quo ad Magdeburgen-  
 sem archiepiscopatum euecto, pater Elector Ioh. Georgius Havelbur-  
 gensis diocesim gubernat.

LEBVSIIENSIS ad Viadrum Fran-

cofordo vicina episcopa per Miecislam Poloniæ Ducem A. C. 965. pri-  
 mum instituta est. Postea Boleslaus Caluus Henrici Pij Ducis Silesiæ fili-  
 us, bellorum angustijs adactus tum alia patrimonij sui loca, tum verò  
 Lebusiense territorium, Ioanni & Ottoni marchionibus Brandeburgensi-  
 bus oppignoravit vel vendidit circa annum Christi 1260. Ab eo tempore  
 in marchionum Brandeb. tutela Lebusiensis Episc. mansit. cui anno 1500.  
 decennium iam præfuerat.

- 1489 THEODORICVS à Bulouu, primus Academiae Francofordi-  
 ensis ad Viadrum anno 1506. introductæ Cancellarius.  
 1523. GEORGIVS Blumedal, I. V. D. obiit 1550. 14. Xbris,  
 1551. IOHANNES von Hornburg, obiit 1555. 9. Iunij,  
 1556. IOACHIMUS Fridericus marchio Brand, vel pater Tutorio nomine,

SLESVVICENSIS in cimbrica

Chersoneso episcopus anno 1500. fuit.

1499. Derleuus Von der Wisch.  
 1517. Godscalcus ab Alefeld,  
 1541. D. Tilemannus Husenus biennio post ex Episcopo, Superintendens  
 primus.  
 1544. FRIDERICVS Dux Holsatiæ, Friderici I. Daniæ regis filius.  
 1556. ADOLphus Dux Holsatiæ, Friderici frater,  
 1584. Fridericus Adolphi filius coadiutor.

## CAMINENSIS in Pomerania Episcopus Anno

1100. fuit Martinus Caritius Colbergæ natus, qui ante biennium, Benedicto à VValdstein, baroni Boëmico successerat: Viceſimus quartus, ab Adelberto, quem, primum Pomeraniæ, ad Christi fidem à se conuerſæ, Episcopum, OTTO Pambergensis comes in Andechs, in Franconiam reuertens, conſtituerat, Cùm enim Boleslaus III. Poloniæ Rex, Vratislaum & Ratiborum fratres, Vterioris Pomeraniæ Principes, ad Christianæ Religionis cultum adduxisset, Otto Episcopus Pambergensis, Henetæ linguæ peritus, ad doctrinæ & rituum Christianorum institutionem in Pomeraniam euocatus est, qui Vratislaum patrem, & filios Casimirum ac Bugslauum A. C. 1124. sacro fonti initiatos, ecclesiæ Christianæ inseruit, cuius suauis VVartislaus Episcopatum IULINI, in Insula Sueuo & Diueno fluminibus intercepta, vrbe tum populosa ac frequenti, & emporio celeberrimo fundauit, cumq; summa tum D. Adelberti Episcopi Pragensis, qui in Vngaria, Polonia, & Borussia, Christianam religionem propagens, à Sudoicis tandē barbaris in Borussia die 23. Aprilis, Anno Christi 997. prope Fischausen interfectus, & Gnesnæ sepultus, multis statim miraculis inclaruisse scribitur, celebritas & sanctitatis admiratio esset: Templum religionis Christianæ primum Iulini, Diuo Adelberto consecratum est, sicut Innocentij II, literæ, quarum partem adscribo, inter cætera ostendunt.

Innocentius episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Adelberto Pomeranorum episcopo, eiusq; successoribus Canonice substituendis in Perpetuum, Ex comisso à Deo apostolatus officio, fratribus nostris, tam vicinis quam longè positis, paterna nos conuenit prouisione conſulere, & Ecclesijs in quibus Domino militare noscuntur, suam iusticiam conseruare, vt quemadmodum disponente Domino Patres vocamur in nomine, ita nihilominus comprobemur in opere. Huius rei gratia, venerabilis frater Adelberte, episcope, tuis iustis postulationibus clementer annuimus, & commissam tibi Pomeranensem ecclesiam, sub Beati Petri & nostra protectione suscipimus, statuentes, vt in ciuitate VVollinensi, in ecclesia Beati Adelberti, Episcopalis sedes perpetuis temporibus habeatur &c. Datum trans Tyberim per manum Emeryci, sanctæ Romanæ ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & Cancellarij, secundo idus Octobris, in dictione quarta, incarnationis Dominicæ Anno millesimo centesimo quadragesimo, Pontificatus verò Domini Innocentij Papæ secundi, Anno vndecimo.

Obijt autem hic Adelbertus primus Iulini episcopus, A. C. 1158. cui consentientibus Collegij suffragijs CONRADVS successit, sub quo assiduis VValdemari Danorū Regis aduersus Vandalos bellis, Henrico Leone etiam ex continente Pomeraniam infestante, Iulinum tandem incolarum fuga desertum à Danis captum, ac exustum est. Quare in vicinum trans Diuenoam oppidum Caminum, sedes Episcopi per Casimirum, Vratislai filium translata, & pactiones certæ cum episcopo & Canonicis initæ sunt, ne aperta episcopa, vel vacante prælatura quisquam prater Pomeraniæ Principis tanquam Patroni consensum substituere.

1185.  
1188.

Conrado cum decennium Camini sedisset. SIGFRIDVS successit, ad quem Clementis III. PP. literæ sunt, in quibus hæc verba extant. Clemens Episcopus seruus seruorū Dei venerabili fratri Sigfrido Camminensi episcopo. Statuimus autem, vt quia ciuitas quæ VVollin dicitur, in qua episcopalis sedes esse solebat, propter guerrarum incommoda deserta esse proponitur, ipsa sedes, in Ecclesia S. Iohannis Baptistæ, apud ciuitatem Cammin, quæ populosior est & securior habeatur. Datum Laterani per manum Moyli Lateranensis Canonici, vicem agentis Cancellarij, VI. Calend. Maij, Indiēt. VI. Incarnationis Dominicæ Anno M. C. LXXXVIII. Pontificatus vero Domini Clementis Papæ tertij anno primo.

Ab hoc Sigfrido annotata series Episcoporum vsque ad nostra tempora est 4. Sigeruinus, 5. Conradus, 6. Conradus, III. Suizkouia comes, VVilhelmus Theologiæ doctor, Hermannus comes de *Gleichen*/Iaromarus Rugiæ Princeps, suffraganeum habuit Petrum Theologiæ Doctorem, 10. Henricus VVacholt, Conradus IIII. VVilelmus, 11. Monachus, Fridericus ab Eicksted. Ioannes Dux inferioris Saxonix, Philippus de Rhebergk Bugislaus Dux Pomeraniæ, Nicolaus Buck, Magnus Dux inferioris Saxonix, Sigfridus Bock, 20. Henningus Iuen, Ludouicus comes Eberstetensis candidatus, vulgo postulatum dicunt. Martinus de Trigeno, Benedictus VValstein. 24. Martinus Karitte, 25. Erasmus Manteuffel,

1522.

Erasmus Manteuffel,

1543.

Bartholemeus Suanenius,

1549.

Martinus VVeiger.

1556.

Iohannes Fridericus Dux Pomeraniæ.

Cū autem IULINI, vrbs vetustæ ac celeberrimæ, in qua primam Episcopi Pomeraniæ sedem Principes posuerunt, mentio à nobis facta sit, non ingratum studiosis antiquitatum Patriæ futurum arbitrabar, si ea, quæ senex antiqua virtute & fide ac doctrina præstans, Ioannes Lubbechius, consul Treptouij ad Regam, de IULINO, VVinetha & Arcona, vetustissimis & florentissimis olim Pomeranici littoris vrbus, nunc euersis ac excisis, sciscitanti mihi, respondit, cum illis communicarem. Prædie Non. Octob. VVOLLINVM natale solum piæ memoriæ Doctoris Iohannis Bugenhagij Pomerani, auunculi mei, perueni, Et apud sororem meam, contulis ibidem quondam Ioachimi Czimdarlij, Patris Magistri Petri Czimdarlij professoris in Academia Griphsvaldensi, vtriusque piæ defuncti, viduam diuertit. Et quia complurima de oppidi istius antiquissima celebritate, ac Emporij ibidem famatissimi amplitudine, scriptis & dictis memoriæ tradita esse, non immemor eram: ne otio deside tempus ibi tererem, & rei veritatem exquisitius indagarem postera die, Nonis scilicet Octobris comitatus aliquot antiquitatis studiosis viris venerabilibus Loci istius Pastoribus & senatoribus, vetusta Iulini, anno Christi 1170. auspicijs Danorum Regis VValdemari, ductu Absolonis Episcopi Roschilensis excisi, restantia vestigia, oculari de loco ad locum commonstratione perlustrauimus, & quantum illa, mediocris quidem Ciuitatis VVollin, ab antiqua illa celebratissima vrbe Castro magno Iulino, mutata sit, ex rei præsentis inspectione depræhendimus.

Sita est & fuit,  
nunc

nunc vt tunc, in insula *dem Wollinischen Werder* / quæ per pontem præ longum ex continenti Ducatus Pomeraniæ super fluuium Diuenovv, ibi *der Strom* appellatum aditū præbet. Estq; insula in longitudine quatuor milliarius. Ab ortu Diuenovv, ab Occasu Svveno fluuijs, A meridie Lacu recenti *dem Frischen Hase* / Palude Nouem circiter Milliarius, & ad Septentrionem maris Balthici *die Ostsee* / Daniam versus spectantis, ambitu circumcincta, Insula frugum & pecorum admodum ferax. Terra fertilis, aquæ & fluuij piscosi valde. Adeo quod sæpè vidimus vno tractu, proiectis retibus numero Ducentorum vel Trecentorum florenorum valore, pisces varij generis comprehendi, capi & distrahi, Tempore hyemali glacie Lacu recenti constricto.

In huius inquam Insulæ frontispicio, ex antiquis adhuc extantibus aliquomodo ruinarum monumentis, veteris Iulini, apparet & datur videre, Quod florens Iulium habuerit, in circumferentia sua vltra integrum milliare Germanicum commune.

Templum etenim Sancti Michaelis hoc tempore extra oppidum VVollin in aditiore paulū colle, Bethauim sepulchris defunctorum cum suo Cœmiterio destinatum, tunc in medio Vrbis fuisse perhibetur antiqui Iulini. Quod etiam ita deprehenditur.

Tria namq; castella vel Fortalicia ad propugnandum hostiles insulatus in aditioribus vrbis partibus disposita diuersis quasi montibus tribus longiusculo interuallo, locata fuisse, excidij lateres adhuc ostendunt, quorum nomina etiamdum remanent I Kakernel, Secundus Modorovv. Tertius *der Schlosberg* Quartus versus Septentrionem, *der Silberberg* mons cæteris proeminentior, In quo constructa fuisse perhibetur Arx vel propugnaculum multarum habitationum, vbi sæpè adhuc inter excisa fundamentalia Saxa & lateres, Argentea Numismata reperiuntur, Item prægrandium hominum instar Gyantum grandia ossa & costæ aliquando conspiciuntur. Fuit etiã ibi alius vel quartus mons ad Australem vrbis partem inclinans Mons Caluarix *der Galgeberg* in quo Sontes vltimo supplicio affici solebant, non longius ab Vrbis disitis portis, quam quis manuali iactu pertingere posset.

Hodie hic locus vel mons tam longe à portis noui VVollin distat, vt aliquem eò expatiantem benè defaliget. Et in radicibus huius montis, antiquitus terminabatur in parte Australi vetus Iulium florens. Si itaque templum Sancti Michaelis in medio vrbis constitit, & ad quatuor mundi plagas, prædictos montes & Fortalicia, capita Angulatia vel terminos habuit, vt ex ruinis liquet, satis constat magnitudinē veteris Iulini excessisse spatium milliari Germanici in ambitu suorum murorū. Nunc temporis multo etiam quam trigesima parte est contractior & minor, non aspernanda tamen ciuitas VVollinum, Et campus est, vbi Troia fuit, vbi olim ædificia magnifica steterunt, ibi nunc multa agrorum iugera coluntur quotannis, *das wollinsche Stadt* *selde am werder* ad Occalum, *bis abn die Plotzinsche Stege* / Eo usq; vetus pertendebatur Iulium, Ad ortum hodie etiam, pristinum terminum obtinet Fluuentum *den Strom* / Brachium fluuij Diuenovv ponte, vt dixi, stratum, Huius fluenti *des Brügggen Stromes* / hæc est natura & reciproca alteratio saporis aquæ, Quando Austrini spirant venti, tunc fluuius Odera,

qui infra Stetinum duobus miliaribus influit in recentem Lacum, ita commiscetur aquæ recentis Lacus, ut recens sapida & nihil salcedinis concipiat aqua totius Fluentis *des Stroms*, Si verò intensiores paululū incumbant flatus Septentrionales, tunc aqua salsa ex vicino Balthico mari propellitur in Lacum recentem, & hic in Fluentum *den Diuenow Brugken Strom* eiusq; omnem aquam instar marinæ salsam efficit, ita ut nunc recens nunc salsa sit aqua fluenti, pro ut venti Spirant, & maris fluxus & refluxus est in recentem Lacum.


Hæc de situ veteris Iulini sic accepi, nunc paucis addam de statu, Emporium fuit totius Europæ post Constantinopolim, ut ferunt, longè celeberrimum, Tantæ potentia, ut potentissimum Danorum Regem Suenonem primum, ter bello superatum, captumq; exolutis lytris, nihil Daniæ potentiam extimescens, in pauidè dimiserit. Populositatem vel multitudinem ciuium ac incolarum, viginti duo millia ciuium capita, ibi, ab Ortone Bambergensè Episcopo Anno 1124. baptizata declarant. Neq; vero Iulini, vna tantum gens, sed diuersarum Nationum populi, discretæ linguæ, religionis & fidei homines inhabitauerunt & mercaturam exercuerunt, V Vinithi, V Vinni, Heneti, Suenones, Sclau, Vandali, Dani, Sueci, Cambrii, Circipani, Iudæi, Gentiles, Pagani, Rutheni, græca fide vtentes & similes aliæ gentes complures, permiscuè ibi inueniebantur. Quibus omnibus & singulis, ibidem negociandi æqua erat potestas, & saluus dabatur conductus: solis Christianis, sub interdico pœnæ mortis exclusis. & singulæ gentes suas distinctas plateas inhabitauerunt quibus & nomina à se indidēbere. Sclau, Vandali, V Vinithi, Suenones, Rutheni, primarij inter eas perhibentur, pleriq; omnes Poligami homines, alioqui honestis moribus, seruiētes quisque Idolis suis, Coluerunt tamen publicè ex professo Idolum Triglass Deum Tricipitem Quòd primo capite cœlum, secundo Terram, tertio aquas istius Dei gubernaculis, regi, defendi & conseruari dicerent: Arbitror autem eos aliquid ex patriotis Iuis Rugianis & Vandalis, qui, in Italia & Africa bella gesserant, De Trinitate & veritate veri Dei, audiuisse & hinc hunc Triglass extruisse, cui & alios congubernatores Vicarios adiunxerunt Haruitem & Barouit præfides mercaturæ, quasi Martem & Mercurium. Item *Bialbug* & *Bernebug* album & nigrum Deum.

Hæc confusio dissoluta, postmodum ex Idololatria, in tetras libidines & multiplicem Tyrannidem exorbitans peperit excidium florentissimæ Vrbi Iulino, ut primo fulmine cœlesti, aliquoties misere afflictæ, Ruthenos commouerit inde in patriam emigrare, & cum suis consortibus alias sedes in Russia quærere, vbi & Ducatum adhuc hodie V Vollensem dictum fundauerunt, consequutæ sunt aliæ seditiones & negociatorum dissipationes, Quod tandem à V Valdemaro Rege Daniæ expugnata & solo equata, ad eas, quas nunc obtinet, angustias est redacta, impietatis, Tyrannidis & luxus, iusto Dei iudicio pœnas luens meritas.

Similis casus, longo tempore ante hoc Iulini excidium, propter eandem delicta V Vineram aliam longè opulentiozem, in vicinia septem circiter

citer milliaria à Iulino distantem funditus euertisse & inundatione marina oppressisse, fama per manus postoris tradita, & quædam vetusta scripta in Monasterijs reperta, testantur. Neque vero Iulinum & VVinetæ vna eademq; ciuitas, duplicis nominis, vt scriptores quidam Monachi paralogisant. Sed duæ magnæ vrbes diuerso loco positæ fuerunt. Illa quidem in Insula *dem Bollin, den Berder* / Hæc in alia Insula, quam Suenus & Panus fluuij *die Schwine vnd Peene* sinus lacus recentis, & mare Balthicum conficiunt, *das Landt zu Bsedom*, sita fuisse, etiam hodierna demonstrat inspectio.

Atque hæc etiam dilucidius inquirerem progrediens VVollinio, octauo die Octobris, Suenum fluuium Latum hodie magis quàm vel Rhenus vel Danubius est, quatuor à Iulino miliaribus in illam aliam Insulam scapha piscatoria trajiciens perueni, ibi assumpto mihi comite quodam senè; decrepito viro bono piscatore & istorum locorum in Terra & Mari perito *Hans Beterlohn* cuius ante annos quinquaginta noticiam habui: Hic senex nonagenario maior multa mihi de VVineta & Iulino quæ ex vetustis cantilenis & relatione parentum auorum & aliorum in pueritia audita, in memoria habuit, verisimilia narrauit. Et mecum conscendens currû tria circiter milliaria inde deduxisset in litore maris Balthici vsq; eò vbi & regione scopuli & saxa ingentia, vestigia submersæ VVinetæ cerni potuerunt, oco est nomen Damerovv pagus ex tuguriolis piscatorijs constans duobus à VVolgasto sede Principû ultra Panum fl. ad littus positus. Et quia ea die serenû erat cœluû & placidum, stabat mare ventusq; secundus erat, conduxì piscatorem quendâ qui me scapha sua piscatoria super locû ipsium vbi VVineta steterat spatio temporis plus minus dimidiæ horæ vexit, & ab vno loco ad alium circumuexit, Adiunctus autem senex commonstrauit & exposuit quid sibi cognitum erat, ea pleraque omnia comprobauit conductus Nauita dicens se non ita longo tempore antea iuniorem Ducem Brunsvicensem itidem ad conspicienda vestigia restantia à VVineta eadem vexisse cymba, atque tunc similia auduisse a ijs qui Duci adiuncti fuerunt deductores, concionatore Aulico & alijs. Urbem eam nulla hostili vi expugnatam & euersam sed inundationibus marinis & tempestatibus marinis submersam esse. Postea Sueones ex Gothlandia nauigijs eo venisse & quidquid ex operosissimis structuris Marmoreis, Eneis, stanneis, Auro & Argento ex aquis saluari poterat, eruisse, & in Gothlandiam transportasse. Interea, areas maximi ponderis vrbes inuentas portas & in VVisbu translatas antiqua cantilena sonat, Inde fania increbuit Haldungum Regem Sueciæ euertisse & emporium in VVisbu translatum esse, Certum autem est deleta est quodammodo, VVineta viribus & opibus VVisbu, in Gothlandia ad auctiorem excreuisse, vt postmodum magnitudine laborans sua, etiam corruere necessum habuit. Fuit VVineta in longitudinem ab oriente in occidentem ædificata, Quod ex reliquijs videre licet, Ex quibus & latitudo deprehenditur, strata ad plateæ paruis silicibus, destinata & longiore tractu extant, quæ vadari possunt, sicut ego ipse vidi & ex ipsis stratis aliquot mihi silices ex fixis locis extrahi manibus nautæ excepi, Saxa verò maiora, quæ fundamenta fuerunt magnorum Ædificiorum & capita Angularia platearum, in hanc ferè formam disposita esse.



Et quidem hoc latitudinis spatium, quod hodiè adhuc extat videre, latius mihi visum est, quam vel Stralsundium vel totum Rostochium esse putatur, Vnde magnitudo Urbis, quæ, qualis, quanta fuerit, facile æstimari potest. Floruit autem adhuc quando Gensericus Vandalus & post Odoacer Rugianus in Africam & Italiam exercitus duxerunt, inhabitata à VVinitis, Saffonibus, Gotis, Vandalis, Sclauis etc. eiusdem cum Iulinen-sibus religionis & deuotionis. Quo vero Anno Christi & tempore reperierit certum non possum ex historica statuere veritate quidam, licet annum Christi 330. tempore Ludouici Imper. accidisse putant. Nam tempestas & inundatio maxima, qua Rugia in multas partes scissa, & continua olim Ruden à Rugia disrupta & Griphisvaldensium Oe, è regione VVinethæ iacens tam prope vt clare videatur, discreta fuerunt longo post tempore extitit. Et hæc quidem de VVineta, quæ expiscari potui.

De Arcona metropoli Rugiæ olim, nunc Orckunde dicto quadam adijciam, vt me promissi memorem cernas. Sita ea fuit in Rugiæ Insula VVitouia, Spectans Monam Daniæ, de cuius euerfione & quid circa eam accidit, scripserunt Saxo Danicus & Cranzius Gambriuius in historijs Vandalicis & Danicis. Illa autem quæ ego 17. die Octobris de ruinis excisæ Arconæ, videre potui, tenuia admodum sunt, Locus vbi stetit Promontorium incumbens littori Balthico, quod vsq; adeo excelsum est, vt quis exhorrescat in margine stare & despiciere, accolæ Rustici dimensionibus nauticis compertum esse ferunt octo magnis cubitis, altius esse, quam altissima turris in Stralsundio, quod credo. Aditus patet per angustus curru vix peruius, fauces vbi in æditiori loco, vestigia Arcis Iaromarsbach videntur, Cætera alia omnia ita funditus & radicitus euerfa vt agri sint inde facti, & colantur inter arenam lateres & silices. Visa autem Arcona cum sua Arce Zaromarborch, quæ sita est sub Insula Rugiæ VVitouy, non procul à pago Putgarden/ regressus sum in alten Kirchen vicum per vetustum. Ibiq; in aditu templi, saxo incisum antiquissimi ostendebatur Rugianorum Idoli simulachrum Suantoviti, quem nunc Rugiani Vitoldum appellant, Monstri potius quam Dei alicuius simile, capite prægrandi, oculis distortis barba lata & siluosa, mystace longa Turcica, collo tam breui vt scapulis inhæreat, & mentum pectori incumbat, vtramque manum transuersum corpus extendens, tenetq; longum cornu insculptum.

ptum. Crura autem cum pedibus sicuti Pumilionum sunt, divarican-  
tia, & vix palmae longitudinem excedentia cum pedibus, vt ferè, Caco-  
demonis eluceat ex sculptura effigies.

Cùm autem pleriq; superiorum Diœceseon Episcopi, ex illustribus  
magnorum Principum aut comitum & nobilium familijs orti sint; Ge-  
nealogias præcipuorum, mihi notas, ab annis centum aut vltius dedu-  
ctas adscribam: vel vbi in Chronico superiore statim inueniri possint  
monebo.

MAGDEBURGENSIS archiepiscopi Ernesti familia Saxo-  
nica: folio 41. 42. Chronici extat.

ALBERTI, & sequentium archiepiscoporum Magdeburg. ex fami-  
lia Marchionum Brandeburgensium Gentilitas.

FRIDERICVS primus elector Brandenburgicus ⊕ 1441.

ALBERTVS Achilles Germanicus ⊕ 1486.

Ioannes Elector in Marchia ⊕ 1499. Fridericus in Franconia.

Ioachimus I, ele- Albertus archie- Albertus Dux Io, Albertus Geor-  
ctor ⊕ 1535, pis. Magdeburg. Prussiae ⊕ 1568. archiep. Mag- gius  
1513 & Mogunti- deburg. 1547, &c.  
Ioachimus II. nns 1514 ⊕ 1545. ⊕ 1550.

Io. Georgius Fridericus archiep. Sigilmundus archiep. Mag-  
elector. Magd. 1552. deburg. 1553. ⊕ 1566.

Ioachimus Fridericus administrator Magdeburgensis Brandeb. Hauel-  
bergensis &c.

BREMENSIVM archiepiscoporum, Christophori & Georgij, du-  
cum Brunsvicensium Profapia, fol. 52, 53. Chronici recensetur.

HENRICI Ducis Saxoniae inferioris, archiep. Bremensis fol. 52,  
Chronici.

OSNABRVGENSIS Episcopi Eri, Ducis Brunsvicensis de Gru-  
benhagen, supra fol. 52. 53.

FRANCISCI comitis de VVALDEC, episcopi Osnabr. & Mo-  
nasteriensis.

Henricus.

VOLRADVSI. comes in VValdec.

Philippus senior Philippus junior, fratres.  
Franciscus episcopus Monast. Philippus III. Henricus.  
Osnabr. & Mindensis. Volradus II. Philippus.  
Iotias &c. Samuel Daniel, Henricus,  
Guntherus.

IOAN-

## P R O O E M I V M

IOANNIS comitis ab HOYA episc. Osnab. Mon.

Ericus ⊕ 1420.

Ioannes ⊕ 1459.

IODOCVS ⊕ 1501.

IODOCVS ⊕ 1545.

Ericus,

Ioannes ex sorore Gustani  
regis Sueciae.

Albertus ⊕ 1563.

Ericus ⊕ 1575.

Otto ⊕ 1582.

IOANNES epi-  
scop. Monaster. Padebor. ⊕ 1574.MONASTERIENSIS Episcopi, ERICI ducis Saxoniae,  
profapiam fol. 59, contexuimus,

FRIDERICI comitis de VVEIDA,

O

HERMANNVS archiepi,  
scopus ColonienfisFRIDERICVS episco-  
pus Monasterienfis

VVILELMVS

IOANNES comes à VVeida, ad quem Philippus  
insignem illam epistolam de distinctione ordi-  
num scripsit,FRIDERICVS archi-  
ep. Colonienfis  
1562.

Hermannus

VVilelmus.

ERICI ducis Brunsvuicensis & Francisci comitis VValdecij familias  
require paulò ante inter Osnabrugenses,

VVilelmi Ketleri Episcopi Monasterienfis pater Godhardus Ketler.

VVilelmus episcop. Mo-  
nasterienfis.Godhardus Dux Curlandiae  
in Liuania.

Iohannes

Ioannis comitis ab Hoya, vide inter Osnabrugenses

Ioannis VVilelmi ducis Iuliacensis, auita origine Cleuensis maiores  
fol. 70. Chronici recensuimus.PADEBORNENSIS Episcopi Hermanni Landgrauij Hassiae fami-  
liae catalogo adscripta est.

Erici Grubenhagensis fol. 53,

Friderici comitis de VVeida inter Monast.

Ioannis comitis de Hoya inter Osnabrug.

Henrici ducis Saxoniae. fol. 59.

HILDESIENSIS, Episcopi, Erici ducis Saxoniae fol. 59, requiratur.

Ioannis ducis Saxoniae ibidem.

Otonis comitis à Scovvenburg, require fol. 65,

Friderici ducis Hollatiae.

Christianus primus ex comitibus Aldeburgensibus Daniae rex

Fridericus I. Rex Daniae ⊕ 1533.

Christianus III. Daniae  
rex ⊕ 1559.Adolphus Dux,  
Hollatiae.Fridericus episcopus Hildesi-  
ensis ⊕ 1556.

Erne

METROPOLIS,

37

ERNESTI Episcopi Hildesienfis, Ducis Bauariæ,  
Ludoicus III. Imp. ⊕ 1347.

Stephanus,

Ioannes

Ernestus ⊕ 1438.

Albertus ⊕ 1408.

Albertus ⊕ 1406.

VVilhelmus,

Albertus,

VVilhelmus Dux Ernestus archiepiscopus Coloniensis, Leodiensis, Hildesienfis & Frisingensis, Bauariæ.

MINDENSIVM episcoporum, Henrici, & Hermanni, comitum à Scouenburg agnatio. pag. 65. Chronici.

Francisci, Iulij, Georgij, & Henrici Iulij, Ducum Brunsvicensium agnatio supra fol. 52. 53, indicata est.


Francisci comitis à VValdec require inter Osnabrugenses.

HALBERstadiensis episcopi Ernesti stirpem supra inter Duces Saxoniae fol. 42. annotauimus.

Alberti, Ioannis Alberti, Friderici, & Sigismundi Marchionum Brandenburgensium inter Magdeb. archiepiscopos require.

HENRICI Iulij fol. 53. Chronici.

VERDENSIS & Lubecensis episcopi Eberardi de Holle Genealogia, Ioannes ab Holle.



Caterorum LVBECENSIVM superioris ætatis episcoporum, qui ex priuatis ciuium, aut obscurioribus, mihi certè ignotis, nobilium familijs orti sunt, stirpes omitto.

Præsentis episcopi Eberardi ex nobilissimo & vetustissimo genere de HOLLE procreati, maiores iam recensui.

Solam igitur BALDafari Ranzouij episcopi Gentilitatem amplissimam: sicut à nobilissimo Heroë, Henrico Ranzouio, Serenissimi Daniæ regis in Ducatibus Slesuicensi Holsatiæ Dietmarsis vicario, mecum communicata est, hoc loco intexam.

**GENEALOGIA** Nobilis ac vetustæ familiæ RANZOUIORVM, qui inter reliquos nobiles Cymbros Holsatiam ac Ducatum Slesuicensem incolentes, nostra ac patrum memoria celebres extitere, Nam cum Adolphus tertius comes Schouvenburgensis ac Holsatiæ monasterium Reinfeldense fundauit & extruxit Anno Christi 1186, præter suum, præcipuorum quoq; Holsatiæ nobilium insignia ordine appendi fecit ibidem, ita vt comitis insigne sibi primū, Ranzouiorum vero secundum

## PROOEMIUM

dum locum vendicet, quæ deinde reliquorum Holsatiæ nobilium insignia sequuntur. Sic etiam in cista in qua privilegia Holsatica asseruantur primo loco ducum Slesuicensium, comitum Holsatiæ, nec non Episcopatus Lubecensis, & Slesuicensis insignia picta conspiciuntur, post hæc proximus locus armis Ranzouicis assignatus est. In archiuis quoq; Plonensium privilegium quoddam extat, in quo ipsis ius Lubecense ab Adolpho 4. Schouvenburgensi concessum est anno 1236, quod præter comitem duo quoq; Ranzouij tanquam testes sigillis suis confirmarunt. Nonnulli etiam Innocentij septimi pontificis confirmatione vsi Canonicatum Hamburgi posteris erexerunt. Ex his constat Ranzouiorum familiam quantum ad vetustatem, decus ac res gestas attinet reliquis non fuisse inferiorem.

**EX HAC ILLVSTRI NOBILIVM PROSAPIA PATRUM ac nostra memoria nati sunt Reuerend: Princeps BALTHASARVS Episcopus Lubecensis ac præpositus Slesuicensis. D. Iohannes Ranzouius eques auratus, Daniel Ranzouius Serenissimorum Daniæ regum Frederici I. Christierni III. & Frederici II. primarij copiarum militarium ductores ac præfecti, nec non præter hos alij Regij per Holsatiam legati siue vicarij, oratores ac cõsiliarij, tam pacis, quam belli tempore insignes quam plures, cuius familiæ vltra centum masculi nostro tempore adhuc sunt superstites. Et nihil aliud est familia hæc, quam bellicosorum militum & magnanimorum ducum quasi perpetuum seminarium possidetq; arces munitas, castra, prædia ac nobilium domicilia 35, quæ in regno Daniæ ac Norvegiæ, in Ducatu Slesuicensi, Holsatiæ, Lunæburgensi ac inferioris Saxonie sunt sita. Has prædictas possessiones sine mascula virtute non acquisierunt, neq; tam diuturno tempore fuerunt tutati, vt maxima pars Ranzouiorum censum Equestrem Romanorum nempe Cæsaris Augusti tempore decem millia coronatorum in bonis & parata pecunia habeat: Nonnulli horum censum senatorum nempe 25, millia coronatorum adæquent vel etiam excedant, multis interim ad aliquot centena millia progressis. Nam ex hac familia quidam nostro tempore Regiæ Angliæ, Regi Daniæ, Ciuitati Antuuerpiensi, Gandauensi, Lubecensi & Hamburgensi aliquot centena millia thalerorum fere vno eodemq; tempore mutuo dedit.**

**TRES SEQVENTES, A QVIBVS INITIVM HVIVS**

Genealogiæ ducitur, fuerunt fratres aut Patruales.

**O T T H O ——— G O D S C H A L C V S ——— C A I V S**

Dominus quondam in Saltzovv, Rantzovv, Schlage & Lancker, nec non bonorum in terra Oldenburgensi jacentium, quæ posterius eius adhuc possident.	Huius Posterius sub signo ita notato ♀ recensentur folio (41)	Huius posterius numerabuntur folio (42) sub signo.
---	---	--

**D. BREYDO**

Fuit eques auratus, cuius posterius obtinent Neverstorff & Hogenfelde ex quibus nati sunt Hennigus, Breido & Nicolaus in Neverstorp, nec non Daniel, qui fuit

**D. SCHACKO**

Eques auratus, ab Imperatore Alberto eques sui ordinis, cuius insigne fuit Draco cum cruce, electus est in principio anni Domini 1439. Diploma imperatorium, cuius vigore Dux Slesuicensis Adolphus

praefectus militum in bello Sueci-  
co, modo Regis Daniae Friderici  
2. Consiliarius & praepositus mo-  
nasterij Vtersen, qui dimidiam  
partem castrj Sehegarten in dotē  
accepit & adhuc superstes est cum  
duobus filijs videlicet Hansio, qui  
agit annum 18. & Francisco, qui  
ingreditur annum vndecimum  
Vxor eius Dorothea Alefeldia est,  
Ipse Daniel agit annum aetatis 51.

dolphus & hic Schacko eo ordine do-  
nati sunt, in hodiernum vsq; diem in  
Archuis Gottorpiensibus asseruatur.  
Sepultus est in Gikovv: Insulam Ve-  
merensem dux belli expugnauit Anno  
1416. Hic Schacko 5. filios habuit, vt se-  
quitur, qui vixere circa annum Christi  
1469. vt patet ex literis confederatio-  
nis, quam nobiles Holsariae inter se in-  
iere contra vicinas ciuitates & quosli-  
bet alios sibi contra jus vim inferre vo-  
lentes, cui 24. nobiles huius familiae

subscripsere Hi quinq; filij inter se diuisere bona terrae Oldenburgensis, vt  
Saltzovv, Klampe, Lammershagen, Rastorp, Siggem, Pudlosen, Bredovv,  
Loerstorp, Pancker, Helmstede, Quernebeck & Merutendorp.

NICOLAUS, CAIVS, HANSIVS, HINRICVS, HARDVICVS  
Hic dedit caenobio Bret- qui ⊕ 1485. cuius vxor Ca. Huius abne-  
zensi praeter caetera dona 2. Octobris tharina Po- pos fuit Nico-  
militare munus nempe sepultus in vvisch. De hu- laus Ranzou-  
28. equos, Ex cuius poste- monasterio ius posteris vi- us Cubiculari-  
ris Nicolaus Ranzouius, Preitz, de 2. us VVilhelmi  
qui in bello, quod Chri- Landtgrauij

stiernus 3. Danię Rex cum Hassia, qui in venatione aprum interfici-  
Lubecensibus gessit, Tri- ens, eiuldem ictu rursus occubuit, Cassel-  
bunus militum fuit, liae; a Landtgrauio sepultus est Anno Do-  
& cum duabus cohorti- mini 1583.

bus sub Martino Rossenio in Belgium & Gallia se contulit, deinde praefe-  
ctus factus, mortuusq; Lubecae annum agens 77. 3. Augusti Anno Domini  
1584. sepultusq; ibidem in monumento Ranzouiorum, quod Henricus  
Ranzouius filio suo Theodoro extrui antea curauerat.

HENRICVS.

HANSIVS cuius vxor Margaritha Brock-  
torpia Domino quondam in Nienhus, qua  
ipse primus funditus aedificauit, Fuit vir  
doctus ac Canonicus Lubecensis, Canoni-  
catum tamen resignauit, ac postea Haders-  
lebij obiit, vbi quoq; in monasterio sepul-  
tus est. Reliquit 7. liberos qui omnes Da-  
niae regu Friderici I. et Christiani 3. regij vi-  
carij, Oratores & Consiliarij facti sunt.  
Huius posteros versa pag. vide sub signo 4.

D. OTTHO Eques auratus  
(Anna de Breiden vxor) Do-  
minus quondam in Bulcke &  
Knoppe & regis Daniae Ioannis  
senator fuit. Humatus est Chi-  
lonij in aede D. Iacobi in delu-  
bro Ranzouioru anno 1511, vbi  
etia conditi sunt eius filij. Hic  
Ottho. castru Bulcke funditus  
aedificauit & filij eius fuerunt.

CHRISTOPHORVS (cuius vxor fuit Anna Ranzo-  
via de Pudlos) Hic Christophorus & Henricus relique  
re liberos qui adhuc supersunt & possident bona Bul-  
cke, Knoppe, Sehekamp, Borchorst & Schenkel, inter  
quos Melchior qui Dorotheam Rantzouiam de Quernbeck v-  
zorem duxit, castrum Sale-  
vick pro Tuschovv a regia maiestate Daniae titulo permutationis ad se transtulit.

HIERONYMVS HINRICVS  
cuius vxor Margare (cuius Magda-  
tha Brocktorpia ab- na Reuentlovia  
que liberis decessit. vxor fuit )

\*SEQVNTVR HANSII FILII, HINRICI NEPO-  
tes, Schackonis Pronepotes, Otthonis, à quo linea incepta est, abnepotes

1. CASPARVS Margarethæ Ranzouix de Neuerstorff maritus, quon-  
dam Dominus fuit in Schmolde, nec non Regis Daniæ consiliarius et præ-  
fectus Flensburgensis, sepulturæ mandatus est Haderslebij Anno ætatis  
77. vna cum vxore in æde sacra prope chorum, Reliquit. 2. filios, Hinricum  
& Iohannem, quorum hic adhuc viuit & cum vxore castrum Hasselborch  
& Musckentin in dotem accepit, nec non administrationem præfecturæ  
Rendesburgensis obtinet, Regius quoque in Holsatia consiliarius electus,  
& agit nunc annum 54. Hinrici vero hæredes possident Schmolde.

2. MELCHIOR Regis Daniæ Christierni, 3. aulæ præfectus siue Mari-  
schalcus, ipsiq; charus fuit. Nam hoc fati crepto, dixisse fertur, se gem-  
mam ex corona amisse. Obijt Iuuenis & cœlebs Anno Christi, 1539. Fuit ad-  
modum disertus, linguæq; latinæ non imperitus: Sepultus est Haffniæ eo  
loco, qui coronationi Daniæ Regum deputatus est.

3. BALTHASAR VSEpiscopus Lubecensis & præpositus Slesvicen-  
sis nec non Christiani 3. Daniæ Regis consiliarius fuit, captus est à quo-  
dam nobili Regi inimico & in captiuitate vitam cum morte commutauit,  
cum per 11. Annos Episcopatu summa cum laude præfuisset, Anno 1547.  
ætatis 49. Fuit vir insigniter doctus.

4. BREIDO, (cuius vxor Catharina Heister) hæres in Bolgenstede &  
Redyvisch à Rege Daniæ Christiano in Frisiam missus est cum copijs  
equestribus ac pedestribus, vt Capitaneum Menardū de Hamme obsidio-  
ne solueret, a domino Georgio Schenckio autem Caroli 5. gubernatore  
Phrisio captus fuit. Vir etiam eloquens, nec non in Ducatibus Holsatiæ  
&c. locum tenens Daniæ Regis, Præpositusq; Pretzensis fuit, obiit Anno  
1562. 13. Octobris, ætatis 56. sepultusq; est in Parochia sua Eggebeke.

5. HINRICVS hæres in Esselsmarck & Satvvisch (vxor eius Dorothea  
Vvonischfled) fuit Adolphi Ducis Holsatiæ consiliarius & præfectus Got-  
torpiensis, sepultusq; est Roslebij, Reliquit filium Hansium qui bona pa-  
terna possidet, Dominusq; est pro rata sua castri Nienhus, & arcem Sax-  
torff cum vxore Margaretha Alefeldia ratione dotis est nactus. Habet 3.  
filios, Hinricum, Marquardum, & Sifridum.

6. SIFRIDVS Dominus quondam castri Nienhus, Insulam Vemerens-  
sem & præfecturam Haderslebiensem administrauit. Fuit Ducis Holsatiæ  
Iohannis consiliarius & sepultus est in Gikovv, cœlebs obiit.

7. OTTHO Margarethæ Alefeldiæ maritus, hæres in Ranzovv & Scho-  
nenvveide, adhuc existit in vivis cum 4. filijs HANSIO, BALTHASARO,  
MELCHIORE & HENRICO. Hic OTTHO etiam certam partem castri  
Nienhus obtinet.

8. HACTENVS DE LINEA OTTONIS. SEQVITVR NVNC  
LINEA GDDSCALCI, qui alter trium illorum, à quibus genealogiæ initi-  
um ducitur,

GODSCHACVS I. adfuit tanquam testis confirmationi privilegio-  
rum monasterij Reinfeldensis factæ à Gerharo Duce Slesuicensi Anno  
1398, cuius senator fuit, ⊕ Anno ætatis. 63.

GOD.

**GODSCHALCVS 2.** (cuius vxor fuit Elisabetha Sehestede de Clu-  
uensick) vixit anno 1469. quod patet ex literis foederis inter primores toti-  
us Holsatiae iusti, cui 24. nobiles huius familiae subscripsere, in quibus lite-  
ris fit mentio Godschalci Ranzouij Godschalci filij. Ex quo colligi potest,  
tunc temporis multos etiam Ranzouios extitisse, quorum in hac genealo-  
gia non fit mentio. Hic Godschalcus vixit annos 63.

**ANTONIUS** (Druda Ranzouia Petri Ranzouij filia vxor eius obiit  
1540) Dominus in Nienhaue, quod castrum funditus extruxit: Fuit Fri-  
derici I. Regis Daniae consiliarius & Praefectus Gottorpiensis, obiit anno  
1533. Anno aetatis 63. in aede sua parochiali VVestensche vna cum vxore  
humatus est eleganti monumento muro inserto,

**CLARA** nupsit Christopho- **GODSCHALCVS III** (cuius vxor fuit  
ro de Schulenborch domino Margaretha Bockvvaldia, Dominus ex-  
quondam in Engeren & Bezen- titit in Nevvenhaue, VVammendorp, &  
dorff quae haeredes adhuc obti- VVilstede, Christianiq; 3. Daniae Regis  
nent. senator fuit, Ambo in conditorio maio-  
rum humati jacent in VVestensche, attigeruntq; annum aetatis 63. Excessit  
autem e viuis Godschalcus anno Christi 1564. 92. die Martij, quemadmo-  
dum ex monumento lapideo, quod in memoriam eius posterij statui cura-  
runt, patet. Vxor eius ⊕ eodem anno 22. Februarij.

**SEQVNTVR GODSCHALCI 3. FILII, ANTONII NEPO-**  
potes, Godschalci 2. Pronepotes, Godschalci 1. Abnepotes.

1. **DANIEL** Dominus quondam in Nienhaue & VVoldenhorn, in  
juuenilibus Annis Imperatori Carolo 5. operam militarem praestitit, in ex-  
pugnatione Dithmarsiae primum duarum cohortium ductor: Deinde Re-  
gis Daniae Friderici 2 summus belli Dux contra Sueciae Regem designatus  
est, atq; hoc munus in septimū vsq; Annum summa cū laude administra-  
uit, Regem Sueciae aliquot praelij superauit, exiguo exercitu ingentes ho-  
stium copias fudit, vt in campo Astorsheide 4. millibus, 26. millia hominū  
prostrauit. Tandem in obsidione arcis Vvarburgicae, quae paulo post dedi-  
tione facta expugnata est, globo ex tormento aeneo exploso per caput eius  
adacto expirauit, aetatis circiter Annum 40. 11. die Nouembris Anno Chri-  
sti 1569. in parochia sua VVestensche apud Maiores sepultus est splendido  
monumento cryptae eius instrato, vna cum alijs Epitaphijs in memoriam  
ibidem erectis absq; haeredibus mortuus est, Desponsata ei fuerat Catha-  
rina à Damme quam postea ipsius frater Petrus in vxorem duxit. Linguā  
Latinam, Italianam, Gallicam, Danicam ac Germanicam egregie calluit.

2. **ANTONIUS** (vxor Heilvvigis Sehestede) haeres quondam in  
VVilstorff fuit, quod praedium Regi Daniae Friderico 2. vendidit. Postea  
quoq; post obitum fratris Danielis castrum Nienhaue ipsi celsit. Hic ad-  
huc viuit cum duobus Filijs **ANTONIO** & **GODSCHALCO**, qui literis  
dant operam & linguae gallicae & Latinae non imperiti existunt, Antonius  
(pater) iam agit Annum 52.

3. **PETRVS** (cuius vxor Catharina à Damme fuit) Dominus in Arens-  
borch siue VVoldehorn, cuius fundamenta iecit prima fossaq; ac vallo  
munire

munire instituit & VVammendorff, quod pro Trojeburg cum Rege Daniæ Friderico 2. permutauit, hæres quoq; existit in Schirensche & Mollendorp, nec non regius Danicus Consiliarius, præfectusq; Flensburgensis. Vxor defuncta reliquit ei vnicum filium iam 13. Annorum, quem merito fratris nomine Daniele appellari fecit. Donatus est etiam à Friderico 2. Daniæ Rege ordine Danico nempe aureo Elephante cum turri, & iam Annos natus est 47.

\* SEQUITUR LINEA CAII, QVI VLTIMVS EST TRIVM

fratrum, à quibus genealogiæ initium ducitur.

CAIVS.

Dominus castri Crummendick & bonorum palustrium ac circa oppidum Itzeho iacentium, sepultus ibidem in æde sacra Diui Laurentij continua monasterio nobilium monialium, prope altare S. Trinitati dicatum Hic diuisionem ordinauit inter comites Holsatiæ & Stormariæ Anno 1397 quæ scripto compræhensa in hodiernum vsq; diem in Archiuis Gottorpiensibus in custodia habetur. Huius filius fuit.

BREID O.

Hæres in Crummendick, cuius vxor fuit Druda Radlouia, quæ mortua est anno 1451. 24. Augusti, Ipse vero mortem  $\ominus$  anno 1440. eodemq; loco Itzehoæ tumulatus est. Huius libri sunt sequentes 5.

1. P E T R V S qui bona prope Itzeho sita ad castellum Crummendick quondam spectantia, dicto monasterio Itzehoensi vendidit anno 1480. filiamq; reliquit Drudam, cum qua Antonius Rantzouius matrimonium contraxit.
2. B A R T H O L D V S qui fuit Præpositus Hadeleriensis, Canonicusque Bremensis, excessit è viuis Buxtehudæ anno 1459. 8. Ianuarij, translatusque Bremam vbi in sacra æde Cathedrali sepultus, cum Epitaphio quod Hinricus Ranzouius regius Danicus vicarius renouari fecit. Hic Bartholdus si diutius vixisset forsitan etiam ad dignitatem Episcopalem Bremensem euectus fuisset.
3. H I N R I C V S, I. hæres bonorū feudalium in Itzeho: quondā Hamburgensium præfectus in arce Steinborch,  $\ominus$  Sexagenari9, Anno. 1497. apud maiores sepulturæ mandatus. Huius vxor Olegardis Bockvoldia fuit, quæ decessit Anno. 1528. prope maritum condita est, Annos 41. vidua fuit, vitam ad Annum 80. perduxit, filia Domini in Borstel & Syrhagen. Huius liberi sequuntur, post VVoldemarum & Mettam.
4. V V O L D E M A R V S hæres in Crummendick cuius posterii castrum Crummendick Sehestedijs vendiderunt. Et illorum stirps arefcet cum nulla masculi hæredis spes superfit.
5. M E T T A sine hæredibus defuncta, quamuis in matrimonio Reuentlauio nupta vixerit, cœnobio Itzehoensi quinq; millia Marcarum in testamento donauit, vt patet ex maiorum relationibus & diplomatibus de super confectis nec non saxo sepulturæ ibidem instrato, obiit Anno 1489.

METROPOLIS,  
FILII HENRICI I,

43

1. BREIDO qui perijt in Dithmarfia Anno 1500. cum tribus alijs Ranzouijs, cum Rex Daniæ Iohannes hanc bello opugnaret, vbi etiam tumulis obruti sub dio iacent. Nam honor sepulturæ, quem ipsorum propinquæ & agnatæ moniales nobiles cœnobij Itzehoensis eis tribuere instituerant, à Dithmarfis est negatus.

2. PAVLVS Regis Daniæ Friderici. I. aulæ moderator siue præfectus fuit, inq; florecente ætate extinctus est Anno 1521. Itzehoæ sub lapide sepulchrali humatus iacet. Reliquit filium quendam HINRICVM qui aliquandiu castra secutus in Gallijs apud Martinum Rossemium vnus equitum turmæ ductor fuit, aqua submersus perijt, Slesuiciq; sepultus est Anno Domini 1546. ætatis 28.

3. CAIVS, cuius vxor fuit Ida Blomia de Sehedorff, Dominus quondam in Hanrovv, Kledkampe & Cherubi, mortuus Anno 1560, ætatis suæ 72, maiorum sepulchris illatus est. Fuit Duci Holsatiæ Adolpho à Consilijs nec non præfectus Trittauensis: vulneratus est in bello Lubecensi tormento, cum propugnaculum Trauemunda ipsis ereptum est.

Filij ipsi fuere 4.

1. HINRICVS Canonicus Hamburgensis nec non vir militaris, stipendium meruit sub comite Balthararo de Vidmunde contra Bremenses, Hic ab obsidione vrbs Metensis cum Duce Holsatiæ Adolpho vnus turmæ equitum ductor discedens, apud Treuiros peste interijt, ibidèq; in tēplo cathedrali sepultus est anno 1553. monumento in memoriam eius posito.

2. PAVLVS qui fuit signifer Caroli 5. in bello contra Principem Electorem Saxonie prope Lipsiam gesto, ibidemque pestifera lue infectus perijt ac in oppidulo Zeitz tumulatus est, fuit vir doctus, jurisque non ignarus.

3. MAVRICIVS, cuius vxor fuit Barbara Sehestedia, Dominus in Hanrovv & Holtenklincke, Ducis Holsatiæ Adolphi consiliarius, præfectusq; Gottorpiensis, Dithmarsensis ac Reinbeccensis, & in expugnatione Dithmarsica ac Gotana vnus equitum turmæ ductor fuit. Hydrope correptus Lubecæ obiit anno 1572. Itzehoam in sepulchrum maiorum translatus, monumento in memoriam eius, parieti iniuncto. Habuit vnicum filium Caium qui adhuc superstes agit annum ætatis 19.

4. DETHLEVVS, cuius vxor Margaretha Hinrici Ranzovij de Satvvisch filia, Dominus in Kledkampe & Cherubi, Ducis Holsatiæ Adolphi consiliarius & præfectus Cismariensis habet filium qui CAIVS appellatur literisq; incumbit annum agens 15.

4. DETHLEVVS Canonicus Bremensis & Hamburgensis, Bononiæ aliquandiu in studijs bonarum artium versatus linguam latinam addidit, postea Romam se conferens ibidem obiit anno 1504.

CATHARINA quæ per 20. annos Abbatissæ munus in Cœnobio Itzehoensi sustinuit, vixitque annos 81, ac mortua est anno 1564. 23. Ianuarij, vbi monumentum ei positum est.

## P R O O E M I V M

6. D. IOANNES Dominus in Bredenberg, Bodkamp, Scurenhagen, & Melbeck, Hierosolymis decore Balthei militaris insignitus est circa id tempus cum Zelimus Turcarum Imperator eam ciuitatem bello superasset, tribus Daniæ Regibus summus bellorum dux ac intimis à consilijs fuit, Regis insuper Daniæ Christiani 3. regias in Holsatia vices gerens, Lubecam obsidione cinxit, aliquotq; Lubecensium prope Oetini profigauit. In Iutia Rusticos seditiosos domuit, Nauarchum Clementem qui semetipsum propria autoritate pro rege gessit, cepit, capitisq; supplicio affecit Haffniam in Selandia etiam bis vna cum alijs obsidione presit, Seuerinum Norbium Regis Daniæ Christiani, 2. Summum belli ducem patientibus in campis prælio in Scania superauit & cepit. Comites quoque aliquot in Fionia in loco Ochsenberch dicto fudit: inter Imperatorem Carolum 5. ac Daniæ Regem Christiernū 3. Spiræ vna cum socijs legationis pacem composuit ac stabiliuit Anno 1544. Tandem cum Daniæ Rege Friderico 2. nec non Holsatiæ Ducibus Iohanne & Adolpho in Dithmarsiam expeditionem suscepit. Vixit annos 73. & mensem vnum, licet Anno 72, ægrotare cœperit, placidè ⊕ Anno 1565. 12. Decembris Castra Bredenborch & Bodikampe precio suo emit & funditus ædificauit quorum pius inter munitissima totius Hollatiæ recensetur.

HVIUS VXOR fuit Anna VValstorpia vltima eius familiæ vixit Annos 72, obiitq; Anno 1582. 19. Decembris prope coniugem honorifice condita sub sepulchro splendido Itzehoæ cum varijs Epitaphijs, quæ filij mœrentes patri nec non ipsi, statui curarunt, Vidit liberos nepotes ac pronepotes numero 49.

## IOHANNIS HVIUS EQVITIS

aurati filij fuerunt.

HINRICVS Dominus in Bredenberg et vicarius regius, de quo pagina sequenti. fuit eiusdemque ducis vexillifer in obsidione Metensi, nec non legatus, cum idem dux Adolphus bis mille equites ex mandato Philippi Regis Hispaniarum duci Albano adduceret. In iuuentute Alberti Marchionis primi Ducis Borussiae cubicularius fuit. Obijt in Reinebeck, Iszehoæque apud maiores honorificè tumulatus est, anno 1579, Annos vixit 51, menses 5, dies 6.

Eius filij sunt.

1. GERHARDVS ab alio quodam nobili Holsatiæ gladio interemptus in singulari quodam certamine altero etiam grauiter vulnerato anno 1580, Otoniæ, vbi etiam sepultus est circa id tempus cum Duces Holsatiæ Ducatum Slesuicensem, à Rege Daniæ Friderico 2, in feudum suscepere ætatis	2. CAIVS sepultus Dreldæ Anno 1580. 9. Septembris ætatis 14.	7. HINRICVS versatur in literis annum 2.
	3. BREIDO agens annum 22.	8. DA. NIEL. fere
	4. MELCHIOR agens annum 20, in Vngaria contra Turcum militat.	

tere suæ 27. Latine, Gallicè & Italicè loquebatur expedite, Nam in Italia & Gallia literis operam nauarat.

5. OTTO, 6. IOHANNES agens ætatis annum 18.

9. BARTRAMVS annum agens 16.

NVNC PERTEXTVR LINEA

Hinrici 2. Vicarij Regij.

**HINRICVS** Dominus in Breidenberg, Ranzouifholm, VVandesborch, Tuschenebeck, Nutzkou, Melebeck, & Redingestorff, Regum Daniæ, Christiani 3. & Friderici 2. in Ducatibus Slesuici, Holtatiæ & Ditmarsia vicarius, consiliarius ac administrator præfecturæ Segebergensis fuit

**CHRISTINA** ab Holle, hæres in Drakenborch & Rintelem, Francisci ab Halle vnica filia, vxor.

per spacium 30. annorum, loquitur ac scribit latine expedite & eleganter, Gallicæ quoq; linguæ non imperitus. Ab inclyto Rege Daniæ Friderico 2. titulo emtionis 55. millibus thalerorum Ranzouifholmium comparauit. Nutzschovv VVandesburg & Redirgestorff similiter coemit & extruxit. Expugnationi Dithmarsia quam subjugatam inter Regem Daniæ, Holsatiæq; Principes diuisit: nec non tractationi pacis inter Daniæ, Sueciæ ac Polonia Reges & ciuitatem Lubecam Stetini vna cum reliquis interfuit Anno 1570. Donatus est etiam à Friderico 2. Daniæ rege ordine Danico nimirum aureo Elephante cum turri, iam agit Annum Sexagesimum.

FILII HINRICI II.

1. **FRANCISCVS** Regis Daniæ Friderici 2. præfectus in Cassor vbi traiectus est inter Fioniam & Selandiam, linguam callet Gallicam, Latinam & Danicam, Annum agit ætatis trigesimum. In iuuentute operam dedit literis Louanij cum principis Vvilhelmi Aurantij filio, quo Antuerpiam vocato & capto, in Hispaniamq; abducto, hic Franciscus à duce Albano Louaniam remissus est.

Vxor eius Anna Rosenkranzia quæ possidet bona in Norvvegia ac Fionia.

2. **BREIDO** regius Danicus senator regni & præfectus insulæ Langelandt loquitur item latine, Gallicè & Danicè expedite, agens Annum 29. fuit in magno discrimine vitæ Lutetia cum ibidem nuptiæ illæ cruentæ regis Nauarra celebrarentur.

Vxor eius Sophia Rosenkranzia quæ obtinet bona in Norvvegia & Fionia.

3. **FREDERICVS** Archidiaconus nec non Canonicus Slesuicensis, Latina linguæ non ignarus, apud Palatinum Casimirum in expeditione Coloniensi aliquandiu commoratus est Anno 83. cum regio Danico Admiraglio profectus est in Liuoniam versus Osel & Arnsburgum, vbi de nouo regi Daniæ Friderico 2. iuramento sunt obstricti. Anno 1584. Annum nunc agit 28. & iam cum Ernesto à Mandello castra sequitur.

4. **GERARDVS** Regius Danicus præfectus propugnaculi maritimi Cronenburg, Canonicus Bremensis & Lubecensis antè aliquot annos per Germaniam versus vrbem Constantinopolitanam iter suscepit, inde Hierosolymam se contulit, nec non per Italiam, Galliam, in Hispaniam versus Madrilum & Vlissobonam profectus, iter suum Lutetiam Parisiorum conuertit ac hoc modo in Angliam indeq; rursus in Daniam se

recepit.

recepit. Ad has profectioes perficiendas in primis ipsi profuit linguæ Gallicæ ac Italicæ cognitio, tum quod Latinæ quoq; non planè inscius fuit, edueatus est à comite Arenbergio in inferiori Germania vbi linguas didicit, Annum agit ætatis 27.

5. CAIVS præpositus nec non Canonicus Hamburgensis loquitur Gallicè & Latinè, agitq; nunc annum ætatis 23.

6. THEODORVS obiit Anno 1572, etatis 11, Lubecæ vbi etiam sepulturæ mandatus est in summo templo, Pater in memoriam eius monumentum satis honorificum poni fecit.

7. IOHANNES peste perijt Heidelbergæ Anno 1582, 17. Octobris attigeratq; ferè Annum ætatis 18, ibidem quoq; sepultus est in cuius memoriam Pater ipsius monumentum sepulturæ ad sacram ædem D. Petri fieri fecit eodem loco vbi requiescit.

Hi septem proximè enumerati sunt HENRICI 2. filij, IOHANNIS nepotes. HINRICI primi pronepotes BREIDONIS abnepotes, CAII, vnde lineæ initium ductum est, atnepotes,

DE FAMILIA RANZOVIA.

*Scipiadas, Brutos, Pompeios atq; Camillos,*

*Æmilios, Fabios, Roma superba dedit,*

*Fabricios, Curios, & cum Cicerone Catones*

*Præstantes studijs Martis & arte togæ.*

*Æterna quorum fama monumenta dicata,*

*Posteritas positas suspicis & statuas.*

*Desine mirari, totidem gens unica terris*

*Protulit Arctois proxima Ranzovios.*

*Inter quos Schacko, Caius, numeratur, & Ottho*

*Breidaq; cum Paulo, Mauritioq; simul.*

*Nicoleos præstans, & cum Daniele Ioannes,*

*Qui ducibus Romæ Marte fuere pares.*

*Quorum dexteritas, nec non Mauortia virtus,*

*Per varios casus saepe probata fuit.*

*Constat enim cunctis, magna quod laude vebendi*

*Præfecti fuerint, militiq; duces.*

*Melchior, Hinricus, Detleuus Balthasarusq;*

*Bartholdusq; illis annumerandus erit.*

*Insigni functa est pars munere præsulis horum,*

*Æmula facundi pars Ciceronis erat.*

*Ac ultra centum Ranzovio sanguine natis*

*Est sospes nostro tempore vita simul.*

*Quorum pars Danici Regni sunt membra senatus*

*Consilio Holsaticos pars iuuat usq; duces.*

ALIVD DE EADEM.

*Sunt duo, quæ faciunt ut quis sit nobilis, Ars, Mars.*

*Maior ab arte venit gloria, Marte minor,*

*Maxima nobilitas à laude paratur utraq;  
Vt consummatus sic coalescat honos.*

*Vna Minerva Dea est studiorum, Diva q;  
Præsudet ingenijs, militia q; fauet.*

*Nobilis imprimis igitur Ranzouia gens est,  
Stemma per antiquum ceu chypens q; probant.*

*Arma nitent duplici, roseo niuseo q; colore,  
Vnus erit belli, pacis at alter erit.*

*Cur non sanguinei roseus sit tessera belli?  
Candidus ingenua non nota pacis erit?*

*Quis neget, huic genti sub auito tempore quod sit  
Indole partus honos? sanguine partus honos?*

*Quis tales tantosq; viros non iure fuisse  
Heroas magnos iudicet, & celebres?*

A L I V D.


*Ars, Mars, Sors, celebres, illustres, atq; potentes,  
Ranzouios reddit, laude, decore, bonis.*

*Laus artis, Martis decor, & bona plurima sortis,  
Salua manent, pietas est quia sancta comes.*

VT FACILIVS GENEALOGIA PRÆCEDENS IN-

TELLIGATVR. Breuis hæc subiecta est eiusdem delineatio,

OTTO — GODSCHALCVS 1. — CAIVS



RACEBVRGENSIS episcopi, Christophori Ducis Megapolitani; & Suerinensium,  
Magni & Vlrici Ducum Megapolitanorum agnatio.

ALBERTVS primus Dux Megapolitanus A. C. 1348. obiit 1380.

Magnus

Ioannes fundator Academiae Rostochiensis 1419.

Henricus obiit 1477.

MAGNVS obiit 1503.

Albertus

Henricus obiit. 1552.

Io. Al. VLRI- CHRISTOPHorus Epi- Caro- MAGnus episcop, Suerinen. obiit, 1550.  
bertus cus scopus Raceburgensis lus

MERS.

## PROOEMIUM METROPOLIS.

MERSBURGENSIS Episcopi Adolphi, & Georgij, Principum An-  
haldinorum series pag. 146. & 44. Chronici,  
Alexandri, Episcopi Mersburgensis,  
Albertus Dux Saxoniae ⊕ 1500.

Georgius ⊕ 1539

Henricus ⊕ 1541

Mauricius  
⊕ 1553.

Augustus novem filios genuit, quorum ple-  
riq; ante iustam ætatem obierunt.

Alexander episcopus Mersburg. ⊕ 1565.

Christianus Dux Saxoniae,

Christianus

Io. Georgius,

NAOBURGENSIS episcopi PHILIPPI Palatini Rheni,

RVPERTVS Imp. 1400.

Ludoicus

Ludoicus.

PHILIPPVS ⊕ 1508 octo filios reliquit ex quibus,

1. Ludoicus Elector ⊕ 1544.
2. Rupertus ⊕ 1504. pater Ottonis Henrici
3. Fridericus elector ⊕ 1556.
4. Georgius episcopus Spirensis ⊕ 1529.
5. PHILIPPUS, episcopus Naoburgensis, ⊕ 1541.
6. Henricus episco-  
pus Ultraiectinus & VVormatiensis.
7. Iohannes Episcopus Ratisbo-  
nensis.
8. VVolfgangus.

BRANDEBURGENSIS episcopi, Ioachimi Ducis Munsterbergensis,

Georgius Poiebrad Boemiae rex ⊕ 1471.

Henricus Dux Munsterbergensis,

Carolus Dux Munsterbergensis praeses totius Silesiae ⊕ 1536.

Ioachimus episcopus Brandeburgensis.

Henricus &c.

Ioachimi Friderici Marchionis Brandeburgensis maiores supra inter  
Bremenses inuenies.

CAMINENSIS in Pomerania episcopi Ioannis Friderici, & Cas-  
miri, Ducum Pomeraniae supra fol. 13. Chronici.

SLESVICENSI VM, Friderici, & Adolphi, Ducum Holsatiae.

Christianus I. Daniae rex ⊕ 1482.

Fridericus I. Daniae rex ⊕ 1533.

Christianus III. ⊕ 1559.

Ioannes Dux Adolphus Fridericus episcopus  
Holsatiae senior. | Slesuicensis & Hil-

Fridericus II.

Fridericus desiensis ⊕ 1556.

Rex Daniae,

coadiutor Slesuicensis.

*Laus Deo.*